VICTORIS TRINCAVELLII VENETI, PHILOSOPHI AC MEDICI CLARISSIMI,

IN

GALENI LIBROS DE DIFFERENTIIS FEBRIVM,

atque in Priorem

DE ARTE CVRANDI AD GLAVCONEM

EXPLANATIONES,

VNA CVM PVLCHERRIMO TRACTATV DE FEBRE PESTILENTI,

In Patauino Gymnasio factæ, dum Practicam Medicinæ partem in primario loco summa cum laude profiteretur,

NVNC PRIMVM IN LVCEM EDITAE.

Accurata BELISARII GADALDINI *Philosophi ac Medici adhibita diligentia.*

Quibus accedit Index & Capitulorum, & Rerum omnium Notabilium, quæ in toto Opere continentur, ab eodem Belisario locupletissimè confectus.

CVM PRIVILEGIIS.



VENETIIS, apud Camillum, & Rutilium Borgominerios, fratres, ad Signum Diui Georgij. M. D. LXXV.

PAVLO THEVPOLO,
STEPHANI, PROCVR.
S. MARCI, FILIO, EQVITI,
PATRICIO VENETO,

APVD GREGORIVM
XIII. PONT. MAX.
ORATORI,

BERNARDVS TRINCAVELLIVS,
VICTORIS FILIVS, S. P. D.

QVICVNQVE in lucem vel ſuas, vel aliorum lucubrationes editurus eſt, licet eæ & circa eas ſcientias verſentur, quæ de rebus difficilioribus, altioribusque pertractant; & præclara methodo, ac eleganti ſtilo, alijsque ornamentis abundent, quibus elucere ſolent excellẽtium virorum ſcripta: illas tamen ferè nunquam adire in publicum patitur, niſi nomini alicuius nitantur, & amantis, & magni viri, qui eas & auctoritate à detractorum iniurijs protegere; & humanitate ac beneuolentia fouere; & iudicio ſuo commendare velit, ac poſsit. Ita enim (dicam ne natura, vel fato, ſiue alia quauis ratione, vel cauſa?) omni tempore, in omni vrbe, & apud omnes gentes eueniſſe comperimus, vt & inuidi, improbique homines aliorum opera potius malignè carpere, quàm benignè laudare; & improbare potius, quàm imitari: & virtute, ac dignitate præſtantes viri illorum morſus auertere, audaciamq; reprimere conſueuerint. Ego itaque cùm ſim hoc tempore emiſſurus quaſdam Prælectiones venerandi apud me nominis patris mei; cui nam potius, PAVLE THEVPOLE, vir ampliſsime, eas dicare; & cuiuſnam auctoritatem potius, quàm tuã, debeam & depoſcere, & deprecari? vt ſiquis, aliena ſolitus, quàm ęmulari accuratè, promptius, & libentius reprehendere, in hæc mei parentis ſcripta manum cupiat inijcere, vt, quæ ille in ſtudioſorum gratiam doctè quidem, & prudenter diſſerit, acerbè vellicet, ac iniurioſè dilaceret: tua deterritus auctoritate, qui & Senator huius

Vrbis optimus, ac sapientissimus, & grauissimo, clarissimoque parente natus, maioribusque magnis in hac Republica administranda viris; & omni genere literarum es perpolitus; & patrem ipsum meum, dum vitam ageret, valdè amasti; eruditionemque, & sententias suas laudasti sępe, & magnifecisti; & te ab eo vehementer diligi, ac mirificè obseruari nosti: inuitus etiam se cohibeat, abstineatq; ne, dum sibi ex maledicentijs laudem parere iniustè quærit, & te lædat, cui malefacere, & maledicere ęquè semper displicuit; & eorum sibi quoque odium paret, quibus tua virtus egregia, tuę gentis splendor, morum tuorum candor, & singularis innocentia vitę multos ante annos non sine maxima tua, Reique huius publicę gloria cognitæ sunt. Hos tu ergo libros, senator eximię, quos tuo nomine insignitos imprimi volui, sub tuis auspicijs inter homines exire permitte; & oblatrantes, ac obstrepentes nugacium voces tuo nutu comprime: & quemadmodum ipsorum auctorem omni officio, & beneuolentia prosecutus es; ita me, qui, si non doctrina, at in te summa animi propensione, ac pietate etiam cum parente contendo, tua gratia foue, tua complectere humanitate: ita enim & quod magnos viros decet, tui videlicet similes, à te fiet: & si quis inest mortuis sensus, vt verè inest, dum mihi filio amorem tuum imparties, patris mei, qui te semper coluit, manibus rem facies adeò gratam, vt nihil vnquam gratius aut acceperit, aut ab vllo sit accepturus. Vale.

LAVRENTIVS MARVCINVS MEDICVS

DE OPTIMI MEDICI VICTORIS TRINCAVELLII VITA

Ad Optimum Medicum Ioannem Antonium Siccum.

VICTOR Trincauellius nostris temporibus vir grauis ex familia inter Venetos ciues clara, parentibus dignis ortus, domui suæ, vrbi, orbique vniuerso plurimũ profuit; siquidem is vnus Philosophiam, ac Medicinam aliâs barbarie deturpatas è græcis fontibus eruere semper studuit: quod præstare facilè potuit, cùm humanioribus studijs in latina, græcaque plurimum insudauerit lingua, Paterque illius nulli vnquã pepercerit sumptui, vt cupidissimo bonarũ literarum filio omnibus in rebus honestissimis obsequeretur: multis sic postea ipse commodis, græcorumque exemplarium copia optimè munitus maiora quærere studia sibi proposuit, Patauiumque pergens, Dialecticam primò adijt facultatem, eoque in genere breui sic se præstitit, vt disceptationibus, theorematibusque discutiendis, publicè, ac priuatim agens omnibus ingenij perspicuitate, & doctrina maximæ admirationi esset. Maioris verò adhuc nominis occasione Bononiam se contulit atque ibi per septennium commoratus est: quo in loco plus certè olei, quam vini consumpsit. Vnde breui postea præceptoribus suis charissimus euasit, qui minimè erubescebant sępius ipsum in rerũ difficultatibus consulere, petentes, vt locis scriptorum tenebrosis lucidioribus interpretationibus suis opem ferret; quapropter nominis excellentia Græcus sæpius appellatus fuit. Eoque tandem gloriæ deuenit in Academia, vt non

ſecus hoc vno auditore Bononia exultaret, ac de ſtrenuo milite multis palmis decorato
gloriari ſoleant maximi exercituum Imperatores. Philoſophiam autem Medicinæ
ita ſemper coniunxit, vt expulſa veteri barbariè, recentis Greciæ odor fragrantiſsimus,
ſuis undique vigilijs redoleret. Sic relicto illic nomine laudatiſsimo, multis coronis or
natus athleta fortiſsimus, victor tandem in patriam ob doctoratus inſignia petenda re-
uertitur; ijſque meritò ab ea ciuitate receptis, in qua & natus, & educatus erat,
patrijs voluit felicius ornamentis quieſcere, quàm externis glorioſius decorari: ſic
patriæ ſemper vixit amantiſsimus. Nec multo poſt inter celebres viros ſui temporis
cùm reponeretur loco Clariſsimi Sebaſtiani Foſcareni Venetijs publicè Philoſophiam
profiteri, à maximis ſenatoribus, qui illum deguſtauerant, etiam coactus fuit: in quo
munere fungendo non ſolum communem ſuperauit expectationem, ſed Philoſopho-
rum ſui temporis gloriam non parum obſcurauit. Ampliſſimaque illius fama vagante,
dum artem quoque medicam fauſtè admodum exerceret, non paruo ſtipendio accer-
ſitus fuit à Magnifica Ducatus veneti Ciuitate Murani, ex inſulis Venetiarum, loci vi-
cinitate maximè probata, templis veneranda, ædibus magnifica, viridarijs amęniſſi-
ma, piſcandi arte, vitrique opificio celebris, & valdè clara; in quam, veluti in locum
apprimè opportunum ad ſua ſtudia libenter æquoque animo ſe contulit. Qualem au-
tem, & quantum ſe oſtenderit hoc in loco, quantumque ab omnibus excoleretur, te-
ſtes adhuc ſunt multi ſeniores, qui ſuum etiam nunc deperditum plorant Aeſculapium
tantaque illius creuit in immenſum fama ex operibus diuinis, ex conſilijs prudentiſ-
ſimis & integerrimis, vt illum tota Venetiarum vrbs cęperit admirari, atque expetere.
In hac loci amęnitate Themiſtium Clariſſimi Hermolai Barbari ſcholijs, adnotatio-
nibuſque doctiſſimis illuſtrauit, quas omnes typis tradidit, vt quantum græca in Phi-
loſophia profeciſſet, ex illis cognoſceretur. Celebrem etiam de re actione Quęſtionem
edidit iuxta decreta Ariſtotelis, & Auerrois; in qua ſummum ingenium, miramque
doctrinam demonſtrauit. Græcis autem literis maximè addictus imprimi curauit The
miſtium, Ioannem Grammaticum, Simplicium, & alios. Vagantibus autem opinio
nibus, dubijſque diuerſis in re medica excellentiſſimorum virorum illius temporis
intrepidus athleta cum ſummis medicis in palęſtram deſcendere minimè veritus eſt:
duaſque medicas Quæſtiones æterni nominis promulgauit, quæ excuſæ reperiuntur:
Altera vtrum in morborum initijs, ſolum cùm materia turgeat, purgantibus medica-
mentis vti liceat: Altera de vena in pleuritide, cæteriſque internarum partium inflam-
mationibus ſecanda. His ſic de rebus tota ciuitas commota, virumque mirificè ſuſpi
ciens non permiſit amplius extra vrbem doctiſſimum ac illuſtriſſimum medicum tan-
ta cum iactura manere, ſed in commodum, & vtilitatem publicam, ſummis precibus
ad proprios lares reuocarunt. Porrò cum magna ſui nominis dignitate extra vrbem
ſe geſſiſſet artem medicam exercendo, cœpit poſtea Venetijs conſilio; & opere adeò
ſe ipſum extollere, vt breui poſt tempore magnos inter medicos vrbis viſus ſit.
Etenim Galeni multa ex græco in latinum ſermonem tranſtulit, eiuſque opera ab
alijs latinitati donata recognouit, ac in lucem purgatiſſima edidit, vt eius vigilijs
celeberrima etiam nunc habeantur. Fuit etiam diligentiſſimus in omni re vir, &
exactiſſimus, omnibuſque Veneti Medicorum Collegij dignitatibus exornatus, cu-
ius etiam orator ſępius ad Senatores fuit, Statutorumque eiuſdem Collegij, ac immu-
nitatum acerimus defenſor: vnde ob maximam illius eloquentiam, & libertas
crebro Medicorum ordini ſeruata eſt, & aucta dignitas; indeque pater, ac omnium me
dicorum princeps euaſit, illique tandem licuit ſuis eximijs virtutibus cum Senatoribus
inter publicas ſedere ſedes, non vulgari fauore, Principe ſic iubente (tantum ab vniuer-
ſa Republica diligebatur, excolebaturque.) Præterea vigilijs & laboribus ſuis ad eam
nominis celebritatem peruenit, vt non ſolùm Venetijs, verùm in tota etiam Italia ma-
ximus Philoſophus & Medicus haberetur, ad quem omnes, tanquam ad Apollinem vn
dique confluebant. Morte verò Ioannis Baptiſtæ Montani medici eminentiſſimi, ac
præceptoris mei chariſſimi, cùm vacaſſet per plures annos primarius ille locus Practi-
cæ in Academia Patauina, præ hominum penuria, propterea que illi Cathedræ Medici-
næ profeſſor idoneus maximè deſideraretur, noſtra hæc ciuitas, quæ inter alias bonum
publicum ſemper excolit, & cæteris rebus omnibus anteponit, vt ſatisfaceret vtilitati

studentium, suo voluit Hippocrate denudari. Annum sic agens nonum & quinquagesimum, Victor Trincauellius ard iam alioquin prouinciam suscipere coactus est Patauinæ Lectionis in supremo loco Practicæ: quo quidem munere dignissimo functus est tertium supra decimum annum, relictis magnis Ciuitatis lucris, quæ tria aureorum millia excedebant: in obsequium autem Reipublicæ auctorari voluit mille & ducentis, cùm reliquum nihil proposuisset sibi ex voto, quàm in publicam seruire gratiam, & Medicinæ studiosis omnibus prodesse. Hoc tempore legendo, consulendo, atque scribendo, multa nobis nomine suo digna reliquit. Iamque in lucem missi fuerunt libri tres, & quarti fragmentum de Ratione ac vsu componendorum medicamentorum: Nunc autè tota Praxis, quam duobus voluminibus complexus est, altero scilicet de ægritudinibus particularibus à capite vsque ad pedes: altero verò de febribus, in quibus artis Medicæ vis tota cognoscitur, ac Trincauellij viri in arte summi excellentia ostenditur. Scriptis præterea mandauit expositionem in Quartam Primi Auicennæ: necnon Commentationem in libros Galeni de Compositione medicamentorum per loca, Expositionemque in secundam Prognosticorum librum Hippocratis, & Epistolas complures medicinales, tùm suas, tùm Excellentissimorum virorum ad ipsum conscriptas: in quibus voluminibus, Deo fauente, multa dignissima conspicientur, quæ summam huiusce viri eruditionem præseferre poterunt. Extant præterea ducenta eius & plura Consilia, & Opuscula quædam, vt de Febre hectica, de Affectibus Ventriculi, Iecinoris, & Lienis, Quædam Anatomica fragmenta, de Vulneribus capitis, de Morbo Gallico, & alia non nulla, quæ quidem omnia, (vt in prioribus feci) curabo, & hortabor, vt in publicum exeant, vt quantæ frugis semper fuerit Excellentissimus Victor Trincauelius, tandem ab omnibus cognoscatur. Ad culmen agitur gloriæ cùm ascendisset artis studio, atque experientia, externis æquè ac suis Venetis clarissimus habitus est: vnde post multas ob magnos Heroas perpessus est peregrinationes, multasque cursitationes ad patriam pro senatoribus suis libenter sustinuit pro curandis illorum ægritudinibus. Iussu postremo Principis, ac Senatorum decreto, extra Ciuitatem mittitur in Forum Iulii, vt opem ferret Andreæ Pegel viro sapientissimo, Cæsareæque Maiestatis Cõmissario, qui Vtini magna ægritudine detinebatur, de qua parum aut nihil sperabant medici: Sic senio confectus ciuis fidelissimus, magis alienæ, quàm propriæ saluti in seruitium patriæ consulens, libenter omne periculum subijt, breuique restituto ad pristinum valetudinis ægro, febre ipse postea ex incommodis corripitur; diemque vltimum præuidens, rediens Victor in Patriam, senectute, ac laboribus publicis nimiũ defatigatus, felicissimè obijt, annum agens ætatis suæ septuagesimum secundum: relictis fratre Magnifico Vincentio viro optimo, duobusque filijs, in quorum accurata educatione adeò semper studuit, vt alter, excellentissimus scilicet Franciscus latina lingua patris æmulus, peritissimus euaserit, & Iuris consultus inde effectus à multis ciuitatibus connocatus fuerit, in quibus inditij synceríssimi, ac exactissimi perenne nomen reliquit: Alter verò Bernardus, litteris perpulcris, ac moribus ornatissimus, literatorum hominum, ac senatorum plurium maximam sibi gratiam in vrbe conciliauit. Iis sic optimè educatis filijs, meritò postea ab eisdem amplissimo funere decoratus fuit, & apud Crucigeros publicè ab almo Medicorum Collegio deploratus, concione doctissima Excellentissimi Dominici Castelli; vniuersæque Ciuitatis lachrymis magnifico sepultus monumento, morum probitate, fide, ac religione colendus, viuensque adhuc, vt gloriosè discessit à nobis, sic etiam feliciter illius anima ad cælum euolauit. Hæc autem pauca de vita eius scribere ad te volui medice Illustrissime, vt ad eum, qui minimè defuturum esse certè sciam, cùm & me diligas, ipsumque non solum veneratus semper fueris, sed longè magis excolueris, vt testis esse potest opus tuum de Optimo Medico ad Optimum Medicum Victorem Trincauellium, quod opus initium est tuæ Veteris Medicinæ nunquam satis laudatæ, quæ posteris lumen adeò magnum promittit, quòd futuro alio sole non egebunt amplius medici in medendo. Est etiam Hieronymus Mercurialis, qui in eundem primum Practicæ locum, quo ipse publicè Patauij legerat, meritissimè successit, qui magnus in re medica vir tùm gratia in me sua, atque beneuolentia, tùm loci, cui deuinctus est, dignitate, nunquam eius gloriæ deficiet. Opus certè Illustrissimum est, & ita expurgatum

gatum exit Belisarij Gadaldini Medici diligentia, quòd nihil amplius èxoptatur; propterea non eget tutoribus, sed tantum deuotissimis illius nominis amicis, qui, vt celebre est, ita etiam contra quoscunque calumniatores inuidos, & malignos, quorum plena est hæc nostra ætas, & contra eos, qui auram popularem malis artibus venantur, velint liberè suorum laborum vtilitatem omnibus aliis anteferre, vt etiam præferendum cognoscunt

Interim ego Bassani loco amenissimo, quo me contuli studiorum gratia, post multas & longas maris peregrinationes, & vbi Medicam artem profiteor procul ab omni ambitione, omnibusque negotijs semotus, & alienus, pranis detractoribus, sicubi opus fuerit, respondere non recusabo: Cura, vt valeas, & me dilige.

LAVRENTII MARVCINI
MEDICI VENETI
CARMEN

Doctus Apollinea prius Acron floruit arte:
Obtulit hinc fructus maximus Hippocrates.
Niconides sequitur, quem Pergama mœnia tollunt,
Hic medicas artes è tenebris reuocat.
VICTOR dehinc venetus, ventis dans vela secundis,
Tutum carpit iter, barbariemq; fugat:
Iure igitur secli decus admirabile nostri.
Splendet ab Eois Victor ad Hesperios.

VICTORIS TRINCAVELII
EPITAPHIVM
Ex Aloisij Luuisini Parnasso.

Dij meliora, obijt modò Trincauellius, Heros
Aut est causa necis Germanicus, aut Venetus Dux,
Aut iter. ille vocat. iubet hic. hoc ducitur illum heu
Non Heros, non Dux, nec iter. Mors inuida Victrix
Sustulit, vt victo Victore superbior iret.
I modo, vince tuis Victor virtutibus orbem.

INDEX CAPITVM TOTIVS OPERIS TRINCAVELII

DE FEBRIVM TRACTATIONE

CAPITA PRIMI LIBRI DE DIFFERENTIIS FEBRIVM.

CAPITA SECVNDI LIBRI.

CAPITA PRIMI LIBRI De Arte Curatiua ad Glauconem.

TRACTATVS DE FEBRE PESTILENTI.

Errata sic corrigito.

Pag. 3 c vmus lege vnus.
6 b noluit l. voluit.
8 d ipse 4. lib. com 3. in 6. lege ipse primo lib. Com in sextum.
9 a anxitas. l. anxius.
10 b quadam l. quodam.
11 d intemperiem l. intemperie.
14 c Aponentibus l. Aponensibus.
16 d quam l. quum.
18 a febricitaret l. febricitat.
30 b spiritum innatum calidum &c. lege spiritum: at in lib. de Rig. Palp. & cat. dixit animam & naturam nihil aliud esse, quam innatum calidum &c.
30 d facti l. facit.
31 c corde. l. calore.
31 c accipit l. accipi.
31 d autem l. aut. ibidem autem l. aut.
34 b folet l. folent.
37 d recessionis l. accessionis.
38 c sepialis l. epialis.
38 c infert l. refert.
39 b constirpationem l. constipationem.
40 d putrefacto l. putrefactio.
41 d materia l. natura.
45 d gignitur & ratio vtraque l. gignit: & adeo vtraque.
47 c typeis l. typis. ibidem tytis scripere. l. typis scripsere.
48 d exiccante 10 & l. exiccante & 10.
48 d annis l. anni.
50 a explicemus l. explicabimus.
51 b abilructis l. obstructis.
51 c parte l. partes.
51 d aliquiarum l. aliquarum.
51 a quod l. quam.
51 c adsit & vel enarema 3. adsit vel ἐναιώρημα
53 d pungenti l. pungentis.
54 d humor melancholicus ad morbi & pituitosus vero crassus est: crassiti es autem humoris plurimum facitque longitudinē. lege humor melancholicus & pituitosus crassus est: crassities aūt humoris plurimū facit ad morbi lōgitudinē.
56 c ostendunt, corporis l. ostendunt, sicuti corporis.
63 a & illud l. & per illud.
64 d nostræ l. naturæ.
65 a notæ l. nothæ.
66 a perfrigeratione l. perfrigerationem.
67 a pares l. partes.
68 c erat. Non l. Non erat.
68 d quonia l. quoniam.
69 a variaque l. varieque.
69 b procederet. l. procedet.
70 c re perfrigeratione l. ea perfrigeratione.
70 d ipsius morbus l. ipsius morbi.
71 a exquisitia ḡnis l. exquisitæ sui generis.
71 d nimirum l. nimium.
72 a tam l. eam.
72 b neque dici l. nequit dici.
74 b sanguinis l. sanguis.
74 c in putredinis l. in pleuritide.
74 d curare l. curari.
77 d nitititur l. nititur.
77 d sit l. fit.
80 a Acabes l. Arabes.
80 d irritatur l. irritat.
81 c notioni l. rationi.
84 a correptam l. correpta.
87 d quę sunt l. quæ narrata sunt.
88 d sumpserit l. sumpsit.
89 b & leui l. ex leui.
89 d causæ, quę l. causæ, quas.
90 c cogitandi l. cogitabundi.
90 c longè) autem l. longe autem.
90 d visurus l. visorius.
91 b fit l. fit.
91 d loco signa l. loco refert signa.
91 b primum l. primi.
91 d interpretamur l. interpretaremur.
94 a sit calor l. si calor.
95 b tum l. tamen.
99 d enim febras l. enim fibris.
101 c incrementura l. incrementum.
103 d pathognomicam l. pathognomica.
105 a ... l. ...
108 b rationem vi l. rationem in. ibidem nondum l. nodum. ibidem esset l. essent.
109 a tabe l. tabem.
111 b conspicuam l. inconspicuam.
111 b quascunque l. quoscunque.
113 a seruata l. seruanda.
115 c vomitu; l. vomitui.
118 c genere l. gerere.
118 d irascente l. irascet. ibidē euadetur. l. euadet
119 a aliorum l. alterum.
119 c quantitates &c. habendum l. quantitatis &c. habendam.
119 d veruntamen l. verum tamen.
120 c tandem l. eandem.
121 b plurimum l. plurimam, ibidem tamen cibum l. tenuem cibum.
122 c cibi l. cibos.
123 c nam l. naturæ.
123 d illis l. illi. ibidem exquisita l. exquisitæ.
125 c ipsi s l. ipsi se.
127 b alcni l. alui.
127 c iniciunt l. inijciuntur.
127 d à supra l. supra.
128 a artificium l. artificum.
128 b adhuc natura l. adhuc materia
130 b alium l. aluum.
131 c ita & non facilem &c. l. ita & non facile distribuuntur: tandē.n. & non facilē &c.
131 c humectantur. l. humectent.
132 a exercatur, l. exercetur ibidem generatur l. generari.
132 c ... l. ...
133 d proferre l. perferre.
134 c est ustione l. est exustione.
135 d seruatur l. seruet.
140 c felicius, melius l. facilius meliusque.
141 a multæ sunt l. multæ sint.
141 a harum febres l. has febres.
141 c definitionem? l. diffinitione.
144 b ... l. ...
144 d iuncta & composita l. iunctæ & compositæ
146 d anxie l. anxij.
146 d ve exquisitius l. vt exquisitius. ibidem aliquius l. aliquibus.
148 c impediatur l. impedit.
149 b detrahant l. detrahat. ibidem noluit l. voluit. ibidem c. ipsam l. ipsa. ibidem d. pertinent l pertinet.
150 d proprietatem l. proprietatum.
151 c minus l. minus.
154 a extinguntur l. extinguuntur. ibidem c. mixtus l. mistus. ibidē desenteria l. dysenteria ibidem d. διαφορῶν l. διαφορῶν.
155 b consentire l. consentiens.
155 d & immodica l. ex immodica.
156 b a obis percipiatur l. nobis nō percipiatur.
156 d superabat. l. superat.
161 d & quod l. quod.
163 c humoribus l. tumoribus.
164 b profluat. Modus l. profluat, modus ibidem c. cessitamus l. resistimus. ibidem c. coquuntur l. coquantur.
166 a aperitus. In l. aperitur, in.
167 a profluuij. l. profluuijs. ibidem. b. frecare l. fricare.
169 b aut multa l. aut mulsa.
170 a feratur l feratur.
171 c vnguen. ea l. vnguenta. ibidem d. l. palmellis. ibidem. l. milinum.
170 b oenanthe l. oenanthe. ibidem ledatur l. sedatur. ibidem afficiuntur l. afficitur.
174 b vtique l. vtrique.
177 b noluit l. voluit. ibidem lapi. l. lapsi.
180 c solet, animi l. solet contingere animi.
181 b si cordes l. se pordis.
181 c tanta fit. l. tanta fit.
182 b legatis. l. ligatis. ibidem ... ibidem l. oxy hodinum.
184 c res nam relinquenda l. rem naturæ relinquendam.
185 a fere l. fore.
187 d si sinistram l. si sinistram. ibidem & ad excretionis l. & excretionem.
188 d afficiantur, vel l. afficiantur, vitiant, vel.
188 d oblasionem pro &c. l. oblæsionem excitabit, pro &c.
189 a ad l. ab
190 d refrigerateruet l. refrigerantes, sinerit &c.
190 d embrochiis l. embrochis.
191 d qua adhoc l. quæ adhoc.
193 a communem l. commune.
194 d alienam l. aliena.
195 d morbo l. morbos.
198 c maior l. maiore.
200 a sanguis l. sanguinis.
200 d dissoluti l. dissoluit.
203 b ferè curandi l. ferè spirandi.
203 c aere l. aera ibidem non ... l. non etiam.
204 d habeant l. habeat. ibidem Monet. l. Mouet.
205 d enim pestilentis. l. enim ea pestilentia. ibidem quidam ægrotantibus l. quidam in ægrotantibus.
208 a indigene l. indiget.
206 d ad mas l. ad mas.

INDEX LOCVPLETISSIMVS EORVM, QVAE IN TOTO HOC opere continentur.

B

crapula

excre-

in febribus

febris

Labium

L

M

morbi

N

pia

pisces

Q

Sisym

Ste-

Syno-

T

V

vena

Ven-

Vomi-

FINIS.

A

VICTORIS TRINCAVELII PHILOSOPHI AC MEDICI VENETI,

IN PRIMVM GALENI LIBRVM DE DIFFERENTIIS FEBRIVM EXPLANATIO.

B

Præfatio.

NOBIS hoc anno onus incumbit rationem curandarum febrium exquisitius, quoad per nos fieri poterit, vobis exponere. At verò ea neque vna est, neque simplex, sed diuersa, & varia, sicuti variæ, & diuersæ sunt hanc artem exercentium sectę. & vt methodicos in pręsentia prętereamus, vtpote quorum secta ab omnibus ferè nunc sit deserta: reliquę, quæ adhuc sunt in aliquo honore duę sunt; perinde ac dupliciter possumus inire rationem varias curandi, ac diuersas febrium differentias, quę vt & natura, & symptomatibus sunt differentes, ita & medicamenta, & omnino remedia differentia requirunt, atque instrumenta, quibus tollantur. In horum autem instrumentorum conquisitione, & recto vsu, vniuersa ferè peritia, & ars medici consistit: vnde quemadmodum duplex est via, qua medicus potest inuenire, & indicare medicamenta, & reliqua remedia apta, & congrua ad curandas cùm febres, cùm alias morborum differentias; ita etiam duplex in medicina secta medicorum extitit. Alij enim soli symptomatum obseruationi, & experientiæ incubuerunt, atque hęc sequentes, & inuenere remedia opportuna, & inuentis congruè usi sunt, nec ulterius progressi sunt, quàm sensus ipsi ostenderent. cùm enim obseruantes inuenerint, quòd cùm in vnum aliquem affectum aliqua certa symptomata conueniunt, his vsi remedijs, ægrotantem ab omni tandem morbi molestia liberauerint, hoc memoriter tenentes, his eisdem deinde remedijs subinde utuntur, cùm ijdem eorundem symptomatum conuentus ipsis fuerint oblati, neque aliquid aliud inuestigant, neque cuius naturę sit morbus ille, neque è quibus causis excitatus fuerit. Nam hæc, quę suaptè natura abdita sunt, & à sensibus plerunque remota, partim tanquam superuacanea, & minimè curandis morbis necessaria, partim verò tanquam ea, quorum nulla sit certitudo, & despiciunt, & prætergrediuntur. & hi ab ea, quam solam sequuntur, experientia empiricos se appellauere. Alij verò fuere, qui & ipsi symptomata quidem, & quæcunque in ęgrotantibus apparent, & ab ipsis sensibus conspici possunt, diligenter obseruant; neque tamen in his deinde consistunt, sed ulterius progrediuntur ad inuestigationem abditarum rerum, nempè naturæ, & essentię ipsius morbi, atque causarum eius. symptomatibus autem, & reliquis rebus sensibus conspicuis vtuntur, tanquam occasionibus quibusdam, & indicijs animũ medici incitantibus, ad perscrutandas causas horum omniũ, vtpote quæ possint deinde omnem ferè rationem curationis ostendere quasi in speculo. rei enim natura est, quę exquisitè, & adamussim potest indicare omnem remediorum rationem, & scopos, quibus intendens medicus, omnem constituat curandi methodum. Hi verò quanuis experientiam non negligant, quia tamen rationem, tanquam præcipuum ducem, in medendo sequuntur: ideò cùm rationales, tùm dogmatici sunt appellati. Hi sunt qui verè methodum profitentur, & ex methodo medentur, non perinde, ac qui se methodicos nuncupauere, & communes quasdam, generalesque rationes, indicationesq; persequebantur; quorum, quia iam ab omnibus explosi sunt, neque etiam alioqui meminimus.

C

D

minimus. Vera enim methodus, & si res ipsas in propria genera tandem dissoluat, mox tamen genus per proprias differentias diuidens ad ultimas usque tandem progreditur. nulla enim differentia est (de proprijs & per se loquor) quæ non aliquam habeat indicationem, quę ad absolutam, & integram methodi rationem pertineat. quare qui febres ex methodo curaturus est, oportet, ut accepto communi genere, ac uniuerso, quod febres omnes complectitur, id per proprias differentias partiendo, etiam ultimas omnes particulatim secetur, ac earum rationes persequatur, earumq; causas, & symptomata, vel signa, quæq; inter se conueniant, & qua dissideant: mox verò depromptis ab uniuscuiusque eorum, quod aliquam potest indicationem, uel scopum habere indicationibus, tùm communibus, tùm proprijs, ita deinde curationem ex arte, & ratione constituat. Vnde tractatio febrium ex ratione instituta, quatenus ad medicum pertinere potest, duas habet pręcipuas partes, alteram, quæ uersatur circa exquisitam peruestigationem differentiarum febrium, & eorum, quæ ad ipsas pertinent, sicuti sunt causæ, & symptomata, quæ illi in signa transeunt. alteram verò quæ ex his cognitis indicationes depromere docet, & scopos constituere, & illis remedia particulatim iuxta pręscriptam ab indicationibus methodum accommodare. Has autem duas partes Gal. duobus libris complexus est, non vno, & eodem, ut Auicenna, vna & eadem fen: nempè ut ita omnia seorsum exposita, & in suum vnumquodq; ordinem digesta, facilius, & exquisitius percipi possent. Primam hoc libro, quem uobis hoc anno explanandum proposuimus, cuius titulus est de differentijs febrium, persecutus est. Alteram verò diffusè quidem, &, ut ipse dicere solet, per diexodum, in 8. 9. 10. 11. & 12. metho. succintè verò, & per compendium, primo libro artis curatinę ad Glauc. Nos verò quia nimis longum euaderet nostrum institutum, si uellemus omnia persequi, ideò capita libri artis cur. ad Glauc. capitibus libri de differ. febr. subnectentes, cognitionem febrium curationi accõmodabimus, ut absolutam rationem utramque habeatis. Nam medicinam rationalem, & dogmaticam profitemur, non empiricam. Quia vero inoleuit consuetudo apud omnes ferè libri alicuius expositores, ut quædã capita in initijs suarum explanationum exponant, quę docilem, & attentum possunt auditorem, vel lectorem reddere: ideò, ne ea, & nos neglexisse uideamur, summatim, & breuiter percurremus. Primum ergo caput est scopus, &, ut iuniores aiunt, intentio auctoris; sed id iam expositum est, si rectè animaduertatis. pręcipuus enim scopus est docere curare febres. Nã cũ medica sit hæc tractatio, cuius finis est sanitatẽ efficere in humano corpore, aut tueri: hæc pars non ad tuendam pręsentem sanitatem spectat, sed recuperandam amissam. quæ quidem non recuperatur, nisi morbo illi aduersario abacto. scopus ergo proximus huic parti medicinæ est curare omnes febrium differentias in humano corpore consistentes, & hoc quatenus ad uniuersam febrium tractationem pertinet. Sed si loquamur de libro de differ. febr. eius scopus est, nobis exquisitam febrium cognitionem tradere tam in uniuersum, & secundum genus, quàm particulatim omniũ differentiarũ, & cæterarum rerũ omnium, quę ad febres pertinent. libri uerò primi ad Glauc. scopus est docere curare febres in corpore humano. unde omnia, quæ de febribus docti sumus in alijs libris, ea referre, & accommodare ad rationem curandi febres in hoc libro docemur; & proinde liber hic quasi finis, & absolutio est eorum, quę exposita sunt in libro de differ. febr. Quare dicemus, si latinos sequamur, quòd subiectum in libro de differ. febr. est febris, quatenus tamen eius cognitio ad curationem potest conducere, subiectum verò primi libri artis ad Glauc. est febris, quatenus ex ratione in humano corpore curanda est; uel corpus humanum, quatenus aptum est, ut à febre ex ratione & methodo curari possit. Ex quo deinde vnicuiq; potest patere, quanta sit futura utilitas ex hac tractatione ijs, qui illi diligens studium hoc anno sunt adhibituri. Nam nullus frequẽtior, aut ferè maior morbus solet hominibus spontè contingere quòd enim frequentissimi sint febriles affectus, nemo non nouit, ꝙ autem in maximis morbis si non omnes, saltem multæ febrium differentię ponendæ sint, res ipsa, & experientia apertissimè demonstrant. Etenim quę hecticæ dicuntur, præcipuè verò cum inueterascunt, deterrimæ sunt: de putri- D
Cap. 3. dis autem præsertim continentibus ita Hipp. 1. lib. Epid. comm. verò Gal. lib. 3. ait, sunt autẽ acutissimi, maximi, grauissimi morbi, ac præ cæteris omnibus lethales in febre continente. Ordo aũt horum librorum talis est, ꝙ cùm præcipuæ medicinæ partes, medicinæ inquam, quæ ratione, & methodo progreditur, quinq; sint: Prima est, quę græcè φυσιολογική dicitur, utpote q̃ de ijs agat, quæ spectant, & pertinent ad naturã humani corporis, ut sunt elementa, temperaturę, humores, facultates, membra, & eius partes. Altera uerò, quę παθολογική, quia rationẽ, & naturam affectuum, & eorundem causas persequitur. Tertia σημειωτική quæ uidelicet de signis, & prosperę, & aduersæ ualetudinis sermonem habet. Quarta ὑγιεινή, hoc est salubris, quia de tuenda, uel seruanda sanitate agit. Quinta θεραπευτική appellatur, quæ rationem, & methodum curandorum affectuum docet. liber de differ. feb. quidẽ primariò ad secundã, quam pathologicẽ appellari diximus, pertinere uidetur, sed aliqua ex parte ad semioticẽ; de signis siquidem, quibus particulatim differentię febrium distinguendæ sint, multa verba facit. liber verò artis ad Glauc. præcipuè quidem ad curatricem methodum pertinet, aliqua tamen in illo traduntur ex multa rerum connexione: quæ ad semioticem pertineat

tineat

A neat. Vnde ordine quidem naturæ prima physiologica est, deinde pathologica, tertia semiotica, quartum locum ygieine occupat, postremum therapeutica: ordine verò à nostra ratione, & cognoscendi modo accepto, semiotica præcedit, & pathologicam, & sequentes. nam in cognitionem sanitatis, & morborum non nisi per signa deuenimus. Ad partem autem pathologicam pertinent libri de differentijs morborum, & symptomatum, ac de eorum caussis, qui priores sunt libro de differentijs febrium. Ad semioticam autem libri de locis affectis, in quibus docet, qua ratione, & quibus signis oporteat discernere sedem, & locum, in quo affectus in internis partibus consistat. Ad curatricem partem spectat liber ad Glauc. methodus. lib. de comp. medicam. tàm per loca, quàm per genera. Diuisio autem libri de differentijs febrium hęc est, quòd in principe parte, hoc est in primo cap. de febre, ac eius differentijs agit in vniuersum, & secundum communes, & generales earum rationes, in 2.3.& 4. de earum caussis, in sequentibus particulatim ad proprias rationes exponendas accedit. & de hectica quidem, & ephemera in primo libro agit, vtpote quæ simpliciores sint, neque multas, & valdè diuersas habeant differentias. putridis autem, quoniam multipliciores sunt, ac plures, & valdè inter se differentes rationes habent, secundum librum dicauit. Quæ autem ad primum artis ad Glanc. attinent, mox suo loco explanabimus.

B De titulo, nel inscriptione horum librorum: præterea verò de auctoris nomine nihil est, cur multa sint à nobis dicenda. cui enim non est notum, libros hos ab omnibus fuisse in Galenum Pergamenum, maximum medicinæ illustratorem, tanquam in auctorem relatos? vel quis est, cui Galenus ignotus sit, qui aut medicis, aut philosophicis disciplinis delectetur? Methodi autem, quibus ipse vtitur in hac disciplina tradenda, sunt quatuor illę, quibus uti solent, quicunque artes, aut scientias ex ratione, & methodo describunt, videlicet resolutio, diuisio, diffinitio, & demonstratio, quarum omnes tàm Peripatetici, quàm Academici philosophi meminere, & ipse etiam Galc. in lib. de ijs quæ in medica officina, præcipue verò diuisiua methodo, & hoc potissimum in lib. de febr. diff. secus autem in lib. ad Glauc. nam vt vtrobique compositiuam sequitur doctrinam, modos tamen doctrinę diuersos sequitur in hoc de differ. febr. libro, & in arte ad Glauc. in hoc enim doctrinam per diexodum tradit, non modò theoremata medicinalia tradens, uerum ea diffuse explanans, & probans, in arte autem curandi Glauconi dicata compendiarium modum doctrinę sectatur, & solas rerum conclusiones breuiter exponit. Et hęc, quatenus ad ea pertinet, quæ in initijs librorum ab expositoribus proponi solent, satis esse posse puto. iam ergo sententias auctoris aggrediamur. Cō. 3.

C

De generali febrium diuisione. Cap. I.

FEBRIVM differentię, quæ quidē maximè propriæ, &c. Anteaquā sententias Gal. explanandas particulatim aggrediamur, altius sumpto principio, aliqua in vniuersum ex ipsomet Gal. sunt exponenda, quę non parum lucis allatura sunt illis, quæ hic à Galen. nobis proposita sunt. Est itaque aduertendum, quòd vt consentiunt omnes, tùm medici, tùm philosophi, medici finis vnus est, nempè sanitas; duo verò sunt scopi, ut in lib. de opt. secta expositum est; alter ad pręsentem sanitatem pertinet, & est eius tutela, alter ad absentem, & amissam, & est eius recuperatio, ab acto nimirum morbo: vnde & duę sunt tanquam præcipuæ medicinæ partes, ad quas reliquæ omnes velut in finem referuntur: & prima quidem quæ est de tuenda sanitate, nihil ad nostrum institutum pertinet in præsentia; quippe cùm officium sit nobis demandatum exponēdi rationem morbos curandi, & illis curatis sanitatem restituendi. sed morbus ex instituto, nunquam curari D rectè potest, nisi cognitus, præcipuè verò si methodo, & ratione sit curandus. cùm prima indicatio, & quę veluti omnium fundamentum est in curandi methodo, sit ea, quæ à natura, & essentia morbi sit depromenda, & sicuti qui omnes morbos curaturus est rectè, & ex ratione oportet, ut omnes morbos particulatim inueniat, ut probat Gal. primo metho. atq; inuentos cognoscat; ita qui rectè febrium omnium curandarum rationem addiscere, aut docere instituerit, necesse est, ut omnes febrium differentias prius inueniat, ac earum naturam, & essentiam perdiscat; deinde verò earum curationis methodum instituat. Primum autem in libro de differ. febr. à Gal. docemur, quo methodum, & uiam exponit, qua possumus vniuersas febrium differentias inuestigare, & reperire. Methodus verò, qua id consequi possumus, est ea, quam docuit Hippo. 6. Epid. sed 3. libro, commen. Gal. nempè, ut prius singularia contemplemur, ac illis mutuò collatis, quatenus illa similia sunt, in vnum amplam similitudinem, & vnum primum, & commune genus referamus, & illud mox per dissimilitudines eorum, quę in eo sunt genere, partientes, hoc est, per differētias in diuersas spēs diducamus; quas item species contemplari mox oportet, an pręter cōem similitudinē, per quam in eam speciem collectæ sunt, aliquas particulatim, per quas differant, dissimilitudines Lect. II Cap. 5. Cō. 10

habeant;ac per eas iterum differentias cõis illa species erit diuidenda, atq; sic subinde agendum,do A
nec peruentũ sit ad ultimas differentias, quæ eas species constituant, quæ nullas amplius dissimi
litudines contineant, per quas tanquã differentias possint in alias secari. tunc enim, ut & Por-
phirius ex sententia Platonis consuluit, in partitionibus consistendum est, nec vlterius pro-
grediendum. Hæc recta via est, qua vsi sunt omnes, qui artes aliquas constituere, ait Hippo.
eadem etiam quę rectè in eis inuenta, & acta sunt, probantur: & quæ perperam, improbantur.
Hac ergo via, siquis voluerit febribus ex arte, & ratione mederi, incedendum est. vt nempè inuẽ
to primo, & communi omnium febrium genere, id diuidendo per communiores primum diffe-
rentias in suas primas, & communiores species partiamur, atque eas mox in alias, donec ad ulti-
mas sit peruentum, quę nullas alias differentes species contineant. Ita verò agere necesse est,
quia nulla est species, vel differentia, & morborum aliorum, & febrium, quæ priuatam suam,
propriamque methodum, vt quarto Meth. docuit Galen. non habeat. Hac itaque via incedens
Gal. nobis febriũ tractationem in præsentia expositurus est, quod vt exquisitius facere possit, non
modò nos res ipsas docere sibi proponit, verum & methodum eas scrutandi, & inueniendi tradit,
præterea quomodo possimus ab hac via diuertendo, & aberrãdo, in uarios errores incidere osten
dit; & non modò id ostendit ratione, sed & exemplis eorum, qui istius vię ignoratione in varios B
errores lapsi sunt, aperit. Vt autem hęc omnia melius intelligantur aduertenda quędam, immò à
primis dialectices rudimentis in memoriã reuocanda: nẽpè, ꝙ triplex est differentiarum modus, uel
ratio, sicut triplicis naturę sunt ea, quib. alterũ ab altero differre potest. quicquid. n. ab alio differt,
aut substantia, & essentia differt, aut accidẽtibus, vt & Porphirius tradidit, qui differentiã ex substã
tia rei acceptã maximè ꝓpriè differentiã appellandã esse dixit, & cum duplex sit accidentium genus,
quędam. n. cõia sunt, & quasi differentia; alia propria, quæ, & si non constituant substantiã rei, pri-
uatim tamen naturã differentis rei consequũtur; & hęc prope substantiã accedunt. differentiã à
communibus accidentibus acceptam, differentiam communi quadam ratione, & lata diciait, non
propria appellatione: quę verò accipitur à proprijs accidentibus concomitantibus naturam, &
substantiam rei, proprior est differentiæ nuncupatio. Hæc verò in primis dialectices rudimen-
tis didicistis, quę hic in memoriam reuocata sunt, quia non parum prosunt ad ea intelligenda,
quæ hic à Gal. exponuntur. Quo loco aduertendum est; quòd qui exquisitè uoluerit inquirere, ac
etiã inuenire particulatim omnes febrium differentias, & species, illi necesse est, vt progrediatur
partiendo primum, & summum genus per primas differentias, ac eas rursus per alias istis pro-
ximas, & sic subinde, donec peruenerit ad ultimas, quę nullam pręterea admittunt partitionem C
præter eam, quæ in singularia fit, quæ omnino indiuidua sunt. Quod si rectè acturus est, id im-
primis illi procurandum est, ut hoc distinctè agat, vnamquamque differentiam ad suum proxi-
mum genus referens, & ea, quæ vnius generis, non confundens cum ijs, quę alterius generis sunt.
præterea verò, ut omnes persequatur, & nullius immemor sit. alioquin enim partitio vitiosa
fuerit; neque alterum, aut utrunque vitium fugere potest. duplex enim error, vt ex Hippo. Plato-
nisq; sententia declarat Gal. 9. de Plat. & Hippo. decretis, primus, si aliqua omittatur propria dif-
ferentia, ad id genus pertinens; alter, si aliqua differentia cum propriis connumeretur, quæ ab eo
genere per se aliena sit. hęc autem euitamus, cùm vnumquodque differentiarum genus seorsum,
& separatim tractamus, nec alterum cum altero confundimus, cumque omnes dissimilitudines
eorum particulatim examinauerimus, quę sub vno genere continentur. Quod cùm antiqui me-
dici, aut neglexerint, aut ignorauerint in multiplices, & uarios errores, in enumerandis, & ex-
ponendis differentiis febrium collapsi sunt. Aliqui enim aliquas differentias diuidendo, pręter-
gressi sunt, & eas quidem non modò utiles, sed & perquàm necessarias, quales sunt illę, quæ per
se differentię sunt, & ab ipsa rei substantia deprompte. ita ut non nulli fuerint, qui cùm om-
nem operam in his exponendis consumpserint, quæ communes, & ex accidentibus acceptæ sunt, D
totum hoc genus deinde prætermiserint, quòd quàm maximè utile & necessarium est. Alij eius
quidem meminere, sed aliquas ipsius differentias pręteriere, & pro illis quasdam ab hoc genere
alienas interseruere; Alij mutuò hęc genera confudere, & miscuere. Qui omnes si Hippoc. sequi,
ac imitari uoluissent, insontes ab hac calumnia se custodiuissent. Hippo. nanque exquisitè, ac in-
tegrè febium partitionem per omnia genera molitus est, & utiles omnes differentias 6. Epid. Com-
ment. verò Galen. lib. 1. vbi ait.

C6. 29 Febrium hæ quidem manui mordaces sunt: hę verò mites; aliæ non mordaces quidem, sed
post increscentes: alię quæ acutæ sunt, verum à manu vincuntur: &c. His verbis si animum diligen-
tem intenderimus, percipiemus quàm benè Hippo. viam, cuius paulò ante meminimus, ince-
dens omnes utiles febrium differentias, atque earum modos, vel genera partiẽdo scrutatus inue-
nerit. Sed vt hoc facilius percipiatis, ad ea, quæ paulo antea exposita sunt, redeundum
est, nempe quòd primum ea, quæ per partitionem sumus secturi usque ad vltimas, tùm
species, tùm differentias, contemplari oportet, in quibus similia sunt, & quibus dissimilia,

A & à dissimilitudinibus ascendendo ad similia, colligere ea, quæ primò dissimilia sunt uisa, non ita tamen dissimilia, & differentia, vt non aliqua etiam ratione sint similia. Nam si nullam haberent similitudinem, & conuenientiam, neq; sub vno genere, neque sub vna specie contineri possent. Ex similitudine ergo dissimilium indiuiduorum colligimus, constituimusq; vltimam speciem, quá specialissimam appellant iuniores, imitati Porph. ut Gal. declarauit ante Porph. 2. de diff. puls. & ante Galen. Plato. Ex similitudine autem dissimilium specierum constituitur genus Cap. vltimo.
& ex horum genera generum, usque ad supremum genus. Vnde, & Alex. Aphrod. in suo libro de anima huic sententiç attestatur, vbi ait, q̃ species est tenuis similitudo indiuiduorũ, & genus magis tenuis specierum. Secundum hanc rationem Hippo. cùm dixit, febres quidem, aliæ ad manum mordaces: aliç &c. vt febres omnes, quç alioquin particulatim differentes, & dissimiles inter se sunt, collegisse in unam rationem communem, & similitudinem, per quam febres omnes dicũtur, & communi nomine febris dictç sunt, & deinde hoc cõe per eas, quibus particulatim differunt rationes, & dissimiles sunt, tanquam per proprias differentias diuidit. Sed vt rem hanc clarius explanemus, sequentes rationem methodi à Gal. cap. 1. Meth. nobis traditam. Primũ de febre, quatenus est id cómune genus, quod partiendum proponit, verba faciamus: & contemplemur, quæ sit Cap. 4
B illa cõis ratio ipsius febris, in qua omnis febris cõsentit. Postea de differentiis agamus, quç diuidentes hoc genus, ad varias species id deducunt. Dicamus ergo, q̃ ipsum cõe febris nomen ad ipsum significat, q̃ igneus calor tàm grecè quàm latinè: grecè namque πυρετὸς dicitur ἀπὸ τοῦ πυρὸς, vt 3. de fracturis exposuit Gal. hoc est ab igne. significat enim igneum calorem, & præter naturam, & morbosum, diffusum per corpus animantis. latinè verò febris dicitur à feruore; feruidũ enim calorem significat, & qui excedit naturales terminos. Vnde hoc adeò omnibus & conspicuum, & notum est, ut nõ modò medici oẽs, & philosophi, sed & vulgares in hanc conspirarint sententiam, q̃ febris in genere sit caloris præter naturam. & hoc etiam Gal. tùm hoc loco, tùm vel maximè primo lib. Comm. in 6. Epid. vbi hanc Hippo. sententiam explanat, tanquam omnibus notum accepit. Ac Cõ. 8. Cõ. 18
cipiamus ergo in præsentia hoc tanquam primũ, & cõe genus febris: nimirũ q̃ sit calor extraneus, vt dicit Auic. qui ex his duobus locis vniuersam ferè suam desumpsit febris diffinitionem, vel vt hic Gal. præter naturam, q̃ si addiderimus eas differentias, quas huic generi addit Gal. his duobus locis, parum sanè deerit ab absoluta febris diffinitione, videlicet q̃ accensus in corde primum, mox per vniuersum corpus diffunditur, uel saltem per principes partes. Sed de his differentiis postea erit sermo habendus. In præsentia vero ad ipsum genus redeamus, & eius naturam exquisitè ex-
C plicemus. nam si ea fuerit perspecta, ab omnibus intricamentis, & confusionibus, quibus Latini nostri inuoluuntur, nos explicabimus, Cognita siquidem hac natura cõi, cætera facilius poterunt expediri. Quod vt facilius exponi possit, explanãdum primum, an in hoc genere aliqua lateat equiuocatio. solent enim, vt Arist. testatur, in genere çquiuocationes latere. Et vt cętera missa faciamus, vnius meminisse operç pretium fuerit, cuius meminere Arist. quidem, sed frequentius, & abundantius Gal. multis in locis, precipuè verò primo lib. Comm. in Aphor. & libello contra Lycum, quo Cõ 14.
defendit hunc Hippoc. Aphorismum à calumniis Lyci. & in primo libr. de temper. ea verò homonymia, ut Græci aiunt, est in nomine caloris, quòd quidem duplex habet, quãrum ad præsens negotium pertinet significatum. aliquando enim pro ea qualitate, à qua aliquid calidum dicit', quæ θερμότης græcis, caliditas latinis dicitur: immò apud latinos antiquos calor, frigus, humor, & squalor nomina sunt idem significãtia, quod iunioribus significat caliditas, frigiditas, humiditas, & siccitas. aliquando verò calor non pro ipsa qualitate, sed pro substantia, vel corpore calido accipitur. apud græcos verò sunt duo nomina, alterũ quod, vt iuniores nostri soliti sunt appellare, concretũ dicitur. Gal. uerò παρώνυμον, quod iuniores denominatiuum interpretantur, vt est τὸ θερμὸν, hoc est calidum: alterum verò abstractum, vt θερμότης vel θερμασία, hoc est caliditas. & propriè quidem apud Cap. 7.
D ipsos θερμότης, uel θερμασία solam qualitatem significat; vt Galen. ait primo de temper. τὸ θερμὸν verò, idest calidum, quandoque qualitatem, quandoque verò corpus seu substantiam calore affectam. Cùm ergo ita hæc res se habeat, antequam vlterius procedamus, tollenda hæc ambiguitas, vel homonymia, ne in errorem aliquem nos perducat. Et primum considerandum est, quando dixit Gal. quòd genus febris est calor prçter naturam, uel aduentitius, vel, vt Auic. dixit, calor extraneus, num calor sit hic accipiendus pro ipsa duntaxat qualitate, ac si dixisset, quòd caliditas præter naturam sit genus febris; an potius accipiendus sit calor pro calido; vt non solum referatur ad qualitatem, sed ad ipsum corpus, vel substantiam, quç caliditate extranea affecta est. Et si rem ipsam, & Gal. etiam verba velimus conferre, & rectè perpendere, videbimus ipsum ancipitẽ, & variè fuisse in varijs locis de hac re loquutum, & ferè sibi non consentire. In hoc enim loco, hoc est, in primo capite satis apertè ait, θερμότητα παρὰ φύσιν genus esse febris, hoc est caliditatem; sed, ut ipse primo de temp. testatus est, nemo θερμότητα retulit, nisi ad qualitatem, non autem ad corpus calidum. possem & alia loca in hanc sententiam facientia afferre; sed mihi satis sit is locus. cum tamen & 1. Apho. & 4. lib. Com. in 6. Epid. & 2. de rõne vict. in ac. mor. genus febriũ esse τὸ θερμὸν dixerit, Cap. 7. Lect. III. Cõ. 14 15. Cõ. 17 25. Cõ 22

hoc est calidum, quod relationem habet tum ad qualitatem, tum ad substantiam, quæ caliditate A
affecta est, nec modo in aduētitio calore, qui febris genus est, ita varius est Gal. sed etiam in natu-
rali, interdum enim calidum appellat, interdum caliditatem. In fragmentis enim commentariorum
in Timęum Plato, & 5. comm. in 6. Epid. primo Aphor. & alijs locis quos superius citauimus,
caliditatem, uel θερμότητα appellat, & cum differens ratio significetur, ut parum anteà exposui-
mus, cùm caliditatem, & cùm calidum, uel calorem dicimus. ideò anceps admodum uide-
tur in hac Gal. doctrina. Nos tamen putamus sinceram esse, & vndiq; sibiipsi consentientem Gal.
sententiam. quod ut percipiatis animaduertendum, quòd Gal. semper vnam, & eandem rem intel
ligendam nobis proponit, & cùm caliditatem appellat naturalem, uel præter naturam, & cùm cali-
dum naturale, vel pręter naturam. Nam secundum varias considerationes aliquando θερμασίαν ali-
quando τὸ θερμὸν appellat. semper. n. in nobis, cæterisq; animantibus, immò in omnib. uiuētibus
est corpora quędam substantia, quæ calida quidem est natura, & in ea ignis superat; cùm multa ta-
men aerea, aqueaq; substantia, humida sanè & mixta, quam quidem substantiam nihil aliud q̃ ani
mam esse putasse Hippo. tradit Gal. multis in locis; ipse tamen ait, quòd vel est ipse animus, vel
saltem primum, & proximum animi instrumentum in omnibus functionibus obeundis. Hæc sub-
stantia ex tenuiori humidioriq; substantia, & vaporosa sanguinis generatur, & constat, & alitur. Et B
dum suum temperamentum aptum, & accomodatum actionibus animi seruat, omnia in ani-
mantibus rectè, & salubriter procedunt: cùm verò ab eo temperamento recedit, iam morbosum
fit corpus, & si refrigescat quidem, ut in libro contra Lycum docuit Gal. morbi frigidi contingunt,
sed si incalescat, arescatq; & ad igneam naturam accedat, tunc morbi calidi suboriuntur, præcipuè
uerò febres. Dum ergo benè temperata est hęc substantia propriè naturalis calor uel insitus, uel
innatus dicitur, cùm uerò limites naturales sui temperamenti excedit, eatenus & rationem caloris
naturalis excedit, ac naturam, & rationem induit caloris extranei, & aduentitij, seu caloris præter
Cô.14 naturam; & ad id genus pertinet, in quo febris continetur tanquam in proprio genere, & hoc
est quod Gal. primo Apho. significare uoluit cùm ait, q̄ febris est calor naturalis mutatus in igneū,
& 2. de facultatibus naturalibus, ubi ait, q̄ naturalis calor immodicus febris est. item 2. & 8. Meth.
Cap.7. dum ait, q̄ calor ita auctus, ut ex eo corpus laboret, est febris. Hæcq; est indubitata, & inconcussa
tam Hippo. quàm Gal. sententia, si omnia uoluerimus in vnum conferre, & colligere, quæ ab ipsis
Cap.7. uariis in locis de hac re sunt probata, præcipue uero lib. 5. Com. in 6. Epid. vbi ait, quòd innatum
calidum. cui referendum esse acceptum censuit Hippo. omne opus in animātis corpore, cùm igne
Cap.1. scit hoc est ad naturam ignis uergit, non modo non potest priores actiones perficere, neque nos C
Cô. 5. alere, quod tamen erat illius pręcipuum munus, verùm potius perdit, & colliquat, consumitq;
perinde, ut ignis. potest autem esse manifestum cuicunque rationem inuenti, & conspicienti colli-
Cap.9. quationes corporis ab exurentibus febribus excitatas. Sed & apertissimè hoc exponit Galen. 3. de
causis Pul. ubi in hunc modū loquitur, cùm ait Hippo. qui crescunt plurimum habent innati ca-
lidi, non dixit calidi absolutè, sed addidit innati; ut pote qui & alterum calidum nouerit aduenti-
tium nimirum, quo plurimo adulti iam abundant. & innatum quidem calidum bene tempera-
tum est, aduentitiū autem intemperatum, ac quasi igneum. In eundem modum ait uentres hyeme,
& vere calidissimi sunt natura, sed neque hi absolutè calidissimi sunt, sed natiuo calore. Nam neq;
id genus calidi participes sunt æstate, uerùm eo tempore aduentitiū calidum, quod squalidum est,
in illis abundat, quodq; colliquat potius, quàm nutriat corpus, & actiones non modò non melio-
Cô.14. res edit, verū neq; pares illis, quæ in moderato obeuntur. Ecce ergo, quàm apertè, & sermone bre-
uissimo rem hanc exponit Gal. cui sententiæ si ea addiderimus, quæ conferens primo Apho. adul
tos adolescentibus, & aduentitium calidum in quo tanquam in genere febrem contineri dixit mul
tis in locis, innato, pręcipue uero illis uerbis ubi ita ait: cum igitur duę substantiæ sint, & hæc qui-
dem suauem habeat caliditatem, hæc verò tristem: alteram quidem plurimam habent pueri: alte- D
ram verò illi, qui adulti sunt. Et nulli dubium est, quòd prior ad calorem insitum pertinet: alte-
ra uerò ad illum, qui tanquam febris genus est. sed & ex eodem etiam commentario ubi ait, quòd
ascititius calor in iuuenibus augetur, & imminuitur genuinus, nulla alia ferè ratione hoc ait, nisi
quatenus substantia genuini calidi exiccata, & accedens ad igneam naturam, in eam transit, quæ
iam tristis incipit euadere. Est tamen hic animaduertendum, quòd caloris aduentitij, qui fit ex tran
smutatione substantiæ caloris naturalis suauis, & vaporosę in squalidam, & fumosam, non vnus,
sed plures sunt ordines. aliquando enim tanta adhuc non est trāsmutatio, ut excedat limites sanita
tis, & hęc transmutatio fit ex mutatione ætatis. Secunda transmutatio est, qua exceduntur sanita-
tis fines, vt insigniter inde lęsis operationibus corporis animantis, iam morbidum corpus redda-
tur. Postremò verò transmutatio est, quæ non solum extra terminos sanitatis calorem ingenitum
animantis deducit; sed etiam vitę quò ubi uentum est, iam necesse est mori. Sed dicet forsitan qui-
Lec.4 spiam, quo ergo pacto Gal. defendendus, qui ita varius videtur, & à se ipso dissentiens? qui hic &
multis alijs in locis dixit, substantiā febris, ac eius genus: caliditatē præter naturam corporis esse
cali-

A caliditas autem ita qualitatem significet, ut nullus eam vnquam ad substantiam, uel corpus calidū
referat, in alijs autem locis iam citatis, & alijs quorum breuitatis gratia noluimus meminisse, il-
lum comprehendit sub calido aduentitio; tanquam proprio eius genere; & de calido loquitur, tan-
quam de corpore quodam, uel substantia calida, non autem de pura qualitate. Vt ergo res hæc ple-
nius intelligatur, aduertendus animus est, quòd omnis substātia corporea, siue simplex sit, siue mix-
ta, quamuis propter aliquam operationem sit à natura creata, ipsa tamen per se, & sola nihil age-
re potest. in substantia enim per se, & proxima, non est facultas agendi aliquid; sed eget aliquo alio,
quo vtatur tanquam principio, quo agat, aut tanquam instrumento proprio: simplicia enim cor-
pora per primas qualitates poximè agunt. Ignis enim ut dixit Arist. in libr. de sens. & sens. non
agit quatenus ignis, sed quatenus calidus: neq; tamen qualitas ipsa (siue modò qualitates sint ele-
mentorum formæ, siue formas sequantur) potest & ipsa per se & seorsum aliquid agere. suppositorū
enim ut Philosophi tradidere sunt actiones. Vnde totum elementum est id, quod agit, quo tamen
agit, tanquam principio, est qualitas ipsa. ita ēt in mixtis, totum mixtum est id, quod agit, & edit
suas operationes; agit tamen per suum temperamentum, tanquam per principium, quo agit, si pu-
tandum sit, vt Gal. sensisse uidetur, & Hippo. attribuit, quòd forma mixti sit ipsum temperamen-
B tum. uel tanquam per suum proprium, & proximum instrumentum, si alios velimus sequi, qui
sensere, præter temperamentum, aliam in mixto esse formam substantialem, per quam mixtum
suum esse habet. Et hinc est, quòd quamuis singulatim hęc omnia sint vnamet res, uerbi gratia
ignis vnum corpus est, quod semper agit, diuersimodè tamen de eo loquuntur auctores, & inter-
dum quidem omnia referunt ad qualitates, interdum uerò ad totā ipsam ignis substantiā, quia inter-
dum ipsi principio attendunt, vel instrumento, per quod ignis agit, quodcunque agit: interdum
uerò considerant non solum id, quod est principium, uel instrumentum agendi in igne, sed illud,
quod per se, & propriè agit, & est totum ipsum. Ita & Arist. in lib. de Generatione & interitu, &
in 4. Metheor. & in lib. de Gener. & partibus animalium, aliquando effectus, & transmutationes,
quæ contingunt in corporibus naturalibus, in ipsas qualitates refert; aliquando in ipsas corporā
substantias: aliquando caliditatem effectricem. v.g. esse ait illius effectus, nonnūquam ignem. Ita &
Gal. actiones, quę naturaliter in animantium corporibus integrè aguntur, sicut est concoctio, nu-
tritio, incrementum, & istiusmodi reliqua, à calido innato fieri ait, quod vel animum esse ait, aut
proximum instrumentum, uel subiectum animi. Et ipsum esse substantiam asserit in Cōmentarijs Cap.8.
primi Apho. Sed & eadem de temperamento corporis idem pronuntiauit, aliquando enim dixit,
C sicuti 2. de natul. facul. quòd actiones à temperie manant, & 5. de loc. effec. secundum temperamē-
ti proprietatem particula agit. in lib. etiam quòd animi mores seq. &c. ait, temperamentum est ani- Cap.vltim.
mæ essentia, uel quatuor qualitatum, uel quatuor primorum corporum, immò primo de præsaga-
tione ex pulsu ait, quòd temperatura proba fit ex quatuor elementis. Et quamuis hęc uerbis diuer-
sa uideantur, eadem tamen est sententia. Omnia enim hæc à calore naturali prodeunt, qui quidem Cap 25
per suam temperiem probam agit, sicut ignis per caliditatem agit. ita etiam, cùm vitiatur eius tem-
peries, neque amplius naturalis est, sed extraneus, neq; amplius ad sanitatem pertinet, sed ad mor-
bum, & non modò non est causa operationum integrarum, sed illis potius officit, & lædit. hæc
tamen agit ratione temperamenti contracti. Et proinde neq; mirum est, si febris, cuius essentia
in hoc intemperato calore consistit, à medicis inter morbos recenseatur, qui in intemperie consi-
stunt; quia ratio, ut iuniores aiunt, formalis morbi est lædere operationes: & quamuis calor ex-
traneus, sicuti & naturalis, sit substantia quædam corporea, non tamen lędit ratione suæ substantię,
sed ratione sui temperamenti improbi, sicuti ignis non comburit proximè per suam substantiam,
sed per suum calorem. & ideò etiam febris non est morbus in numero, sed in temperie, Et hæc
quidem satis in præsentia sint, quatenus pertinet ad genus febris, quę non modò declarant Gal.
D sententiam in hac re, sed & Auic. in prima statim sententia prima fen quarti Can. vbi ait, quòd fe-
bris est calor extraneus. Sed ulterius & hoc considerandum, quòd & si dixerimus extraneum calo-
rem, uel aduentitium esse genus febris, non tamen id ita intelligendum est, vt sit proximum, &, vt
iuniores logici aiunt, immediatum genus febris, sed potius remotum. Nam, vt paulo antea di-
cebamus, alia est differentia, uel ratio aduentitij & extranei caloris, qui plurimus dicitur esse in iu-
uenibus iam adultis, & qui æstate etiam multus est; alia vero differentia istius caloris est, quo iam
morbosa corpora sunt affecta. cum priori .n. adhuc sanitatis ratio seruatur, cum hoc uero nequa-
quam. sed is etiam morbosus calor alias habet differentias. est .n. qui febris est, & est etiam alius,
qui & si operationes lædat, & extraneus sit, nō tamē adhuc febris est; sicuti Gal. 4. Com. in 6. Epid.
exprimit. calida enim & sicca interdum intemperies in ventriculo potest esse, neque tamen ad- Cō. 25
huc dici febris potest. sed & inferius ait Gal. quòd quantumlibet reliquum corpus ab hoc externo
calore corripiatur, tamen nisi ad cor perueniat, nunquam febris esse poterit. Vnde Auic: & ipse Cap.3.
hic accepit primam differentiam in sua diffinitione febris, vbi ait, accensus in corde. Nisi etiam in
totum corpus is calor expandatur, uel in plures, uel in pręcipuas partes, non erit febris, ut Gal.

 etiam

Cap.2. etiam in libr. de cauſ. morb. docet: febris enim eſt, ait ipſe, immoderata totius corporis caliditas. A
Sed de his plenius in poſterum. Nunc ſatis ſit hoc declaraſſe, quòd febris ſit calor externus, vel prę
ter naturá, non ſicut calor extraneus, factus ex exiccatione naturali, q̃ illi, ex ętate accidit, ſed maiori
tráſmutatione, qua iá ſanitati contrarius, lędit operationes inſigni lęſione, quodque ſicuti natura-
lis calor ſecundum rem, & propriam naturam ſubſtantia corporea eſt, quę maximè in ſanguine, &
ſpiritu ſuum eſſe habet; ita & extraneus corporea quędam natura eſt, immò illa eadem, quæ pręter
rei naturam facta eſt, ob vitium, & tranſmutationem factam in commodo temperamẽto, per quod
genuinus, & naturalis calor dicebatur, vnde ſicut origo, & fons temperamenti, & naturalis caloris
eſt cor, ita viciata eius natura, & temperie, erit cauſa, & ſcaturigo caloris pręter naturam, qui per to
tum corpus expanditur. Quibus ita expoſitis genere nimirum & natura febris in vniuerſum, parti
culatim tandem ad explanandas ipſius ſpecies, & differentias accedamus. Triplicem itaque ordi-
nem differentiarum febrium conſtituit Gal. explanans prædictam partitionem. ut aliæ ſint per ſe, &
propriæ, vtpote quę ab ipſa rei ſubſtantia ſint acceptæ. & hę omnes ab ea ratione accipiũtur, qua ca-
lor pręter naturam per ſe poteſt eſſe uarius in corporibus, in quibus eſt: aliæ vero ab illis, quæ huic
calori accidunt; & hæ ſunt duplices; nam aliæ ab ijs, quæ priuatim, & propriè accidunt ipſi ſubſtan
tiæ rei, & illi ꝓpinquiora ſunt, alia vero remotiora ſunt, & magis aliena à natura propria ipſius rei. B
Tria verò ſunt, quæ propriè reperiuntur in natura, & ratione caloris, qui alienus à natura rei eſt, &
diuerſitatem aliquam faciunt in ipſo. Primum eſt quia res, quęcunque eius eſt particeps, vel ca-
lidior dici poteſt, vel minus calida; & hanc differẽtiam accipi iuniores dicunt ab eo, quod magis vel
minus dicitur. In hac autem differẽtia aliqua eſt abuſio, quatenus ad ipſam pertinet nominum vſur-
pationem. nominibus enim quantitati accommodatis ſæpiſſime vtimur pro illis quæ qualitatis pro
pria ſunt; & maiorem, vel minorem febrem appellamus, itemque maiorem, & minorem calorẽ, quæ
propriè ad quantitatem pertinent, pro intenſiori, & remiſſiori, quę qualitati magis accommodata
ſunt, & ita has differentias dicimus accipi à magnitudine caloris. Alterum verò, quod ad naturá ca-
loris pertinet, eſt materia, in qua primum accenditur is calor, vnde cum corpus animalis ſit integra
rum, & coagmentatum ex triplici ſubſtantia ex humoribus nẽpè, & ſpiritibus, & ſolidis particulis;
in quibus duo illa continentur; in his omnibus poteſt primum calor accendi: & ſicut varia eſt ho-
rum natura, & ratio, ita etiam diuerſa, ut declarabimus paulo poſt, caloris natura euadit: quo fit, vt
non ſit deinde mirandum, ſi ſuę etiam ab his ſint accipiendæ febrium differentię. Tertium autẽ q
in calore hoc reperitum, eius etiam diuerſitatis in cauſa eſt, quę diuerſarum differentiarum occaſio
nem affert, eſt modus motus caloris. Nam, aliquando calor hic externus citiſſimè moueri videtur; C
interdum lento quaſi gradu. citus motus eſt, quãdo ſtatim, vbi manum admoues febricitanti, tibi
videtur acris, & mordens eius calor. aliquando autem in prima admotione manus, vix calor perci-
pitur, vel eius acrimonia; uerùm vbi diutius eam ibi detinueris, tandem calor percipitur, & acrior
Lect. V. fit. Vnde in primo caloris modo ſtatim ſenſui calor, & eius acrimonia ſe offert, celer ergo uidetur
eius motus: in altero autem; vt vim eius percipiamus, lógiori tempore opus eſt. Has ergo omnes, fe-
brium differentias Hippo. breuiſſimè, & exquiſitiſſimè complexus eſt, nulla pretermiſſa: differẽtias
autem quę ab ijs, quę calori extrinſecè accidunt, non omnes perſequutus eſt, ſed eas tantũ, quę in
inſigniores, & vtiliores ſunt: reliquas verò nobis addendas reliquit eadem methodo inhęrentibus:
quod ipſe innuit in extrema parte huius ſentẽtię, vbi ait & alia quęcunque huiuſcemodi ſunt. quod
Cō.28. notauit etiam Gal. lib. 1. com. in 6. Epid. exponens præfatam Hipp. febrium partitionem. Sed hic ad
uertendum, quòd Hippo. his verbis non explicauit eodem modo omnes has differentias febriũ, ſed
diuerſimodè: quia illas, quæ à quantitate caloris acceptę ſunt, ſecundum propriam rationẽ & no-
minibus ſtatim, & proximè eas ſignificantibus explicauit: ſimiliter & eas quæ à motu caloris: primas
enim interpretatus eſt, vbi dixit, quædam ſtatim exardentes: quædam ſemper puſillæ: alteras verò cũ
dixit, aliæ acutę. acutas autem alio modo intelligendas eſſe cenſet Gal. quàm cùm dicimus morbũ D
aliquem eſſe acutum. nam acutum morbum, vt eodem cõmentario exponit, cuius tempora cito trá
ſeunt, hic autem acutas febres eas intelligit, quorum ſtatim manu appoſita percipiuntur calor, & a-
crimonia: citiſſimè enim ſe manui offerũt. & hoc propriè pertinet ad motum caloris, nempè quod
ſtatim, & citius manui, aut tardius occurrat. Eas verò, quæ naturam materiæ, in qua calor accẽſus
eſt, conſequuntur, non hoc modo explicat, ſed earum rationem inſinuat per quędá indicia, & quaſ-
dam notas, quibus dignoſcendæ ſunt. & hoc eſt, quod Gale. ſignificare uoluit, cùm ait, quòd Hippo.
fecit febrium partitionem, tùm à natura, tùm à dignotione. Vnde quanuis non expreſſerit hecticá,
ephemeram, & putridam, vel febrem in ſolidis particulis accenſam, vel in humoribus, vel in ſpiri-
tibus, has tamen differentias per ea indicia ſignificauit, quibus diſcernendæ ſunt. Nam cùm febres
diuidit in mordaces, & mites, nulli dubiũ eſſe debet, quòd per mites intelligendæ ſunt febres epho-
merę in ſpiritibus accenſę. hæ enim, vt inferius docebimus, omnium mitiſſimę ſunt. ita tamen hoc
intelligendum, ut ipſe 4. lib. com. 3. in 6. Epid. expoſuit, quòd mitiſſimę ſunt in ſuo genere, & cum
alijs febribus collatę, non autem abſolutè; ita vt calor aliquis febrilis poſſit ęquè mitis, & ſuauis eſſe,

A vt in integris, & ſanis corporibus. neque enim externus, & aduentitius calor, vtpote qui præter naturam, & naturæ noſtræ aduerſarius ſit, ex æquo poteſt cum natiuo, qui nobis naturalis eſt, & familiaris, eſſe mitis, & ſuauis: ſed aliarum comparatione mitis, & ſuauis eſt harũ febrium calor; acriores autem ſunt calores aliarum febrium, nempe putridarum, & hecticarum. Differunt tamẽ hæ. nã vel ſtatim, vbi manum applicueris, percipitur acris, & mordax calor. vel primum quidem nulla ferè percipitur acrimonia, & mordacitas caloris, ſed paulo poſt quantò magis manum detinueris, tanto magis mordacitas continenter augeri videtur, & quaſi è profundioribus partibus emergere: & prior quidem differentia ad putridarum febrium genus pertinet, quæ ex putreſcentibus humoribus ortum habent; altera verò ad genus hæcticarum, quæ primam generationem habent in ipſis ſolidis particulis. Sed hæc de febriũ differentijs ſummatim, & per capita expoſita ſunt in pſentia, particulatim verò & magis diſtinctè in ſequentibus explicabuntur. Interim verò non erit ab re etiã meminiſſe quarundam quæſtionum, quæ expoſitores noſtros latinos, tàm huius lib. quàm primę Fen. 4. Can. Auic. anxios admodum detinuere: Oriuntur autem ex verbis, quæ hic à Gal. prolata, & ab Auic. prima 4. recitata fuere. Nam ait quòd differentiæ, quæ penes id, quod magis, & minus calidũ dicitur, & quæ à modo motus caloris accipiuntur, quæq; à materia, in qua accenditur febris, ſunt
B maximè propriæ differentiæ, & quæ ab ipſa eſſentia vel ſubſtantia ſunt; deinde has mutuò conferẽs ait, quod illæ, quę à materia, in qua accenditur caloris naturæ cõtrarius, prę alijs maximè propriæ ſunt. Hęc autem videntur omnino aduerſari principijs philoſophiæ naturalis. nam hoc tanquam principium à philoſophis omnibus conceditur, quod magis aut minus non uariant, neque mutant ſpeciem. Deinde verò, ſi philoſophos ſequamur, ratio & eſſentia ipſius ſpeciei ab ipſa forma accipiẽda. vnde apud græcos eodem uocabulo forma, & ſpecies ſignificantur. εἶδος enim vtrumque ſignificat. Quomodo ergo differentiæ à materia acceptæ ſunt maximè propriæ? potius enim hæc videtur diuiſio accidentis in ſubiecta, quàm generis in ſpecies, & quæ potius ſit in illis ponenda, quę diuiſiones per accidens dicuntur, quàm in illis quæ per ſe. Sed & difficultatem augent recẽtiores, qui omnes in hanc ſententiam videntur conſpiraſſe, & eam tãquam principium habẽt in hoc negotio. Sententia verò hæc eſt, nimirũ ꝙ hęc tria, videlicet ſpiritus, humores, & mẽbra nõ ſunt propriè materia febrium, ſi tamen exquiſitè loqui velimus. nã neque ſunt materia, ex qua ſit conſtituta febris, ſicut compoſitæ ſubſtantię conſtituuntur ex materia, & forma. febris. n. accidẽs eſt, quod eiuſmodi materia caret: neque præterea materia inquam, quæ idem eſt, quod ſubiectum, in quo accidentia cõſiſtunt: quia neque ſpiritus, neque humor poſſunt eſſe ſubiectum febris. Morbi enim in animato
C corpore, tanquã in proprio ſubiecto fundantur. unde aiunt ipſi, quod calefactum ꝙ in his eſt, quando febris accẽſa eſt, eſt potius effectrix cauſa ipſius febris, quã febris. quod ſi ita ſit, non amplius defendere poterimus, quòd differentiæ hę ſint ab ipſa rei ſubſtantia depromptæ: quia effectrix cauſa extrinſeca eſt, & ad rei cauſatæ ſubſtãtiam non pertinet. Has quæſtiones mouẽt latini noſtri iuniores, & per multas inuolutiones tandem in hanc reſolutionem deueniunt, ut dicãt, quòd ſi velimus propriè loqui, & ſecundum veram harum rerum naturam ſeorſum, & per ſe, hę non ſunt uerè propriæ & per ſe differentiæ. hoc enim ſatis apertè probant rationes iam recitatæ. Verum ſi eas ad medicum referamus, cuius munus, & officium eſt per artem ſuã congruis adminiſtratis remedijs, morbos profligare, poſſunt tanquam proprię, & per ſe differentię accipi. quicquid enim per ſe medico differẽtẽ curandi rationem indicat, id tanquam propria, & per ſe differentia illi habendum eſt. quia omnia quę in finẽ aliquem referuntur, per relationem ad eum finem, ſuam habent rationem. ab iſtis autem febrium differentiis medicus differẽtes indicationes depromit, & ideò tanquã per ſe & à rei ſubſtantia acceptas differentias illas habet. quanuis ſi propriè loqui velimus, & ſecundum rerum ipſarum naturam, tales minimè ſint. Mihi tamen nequaquam horum probatur ſententia, vt qui neque rerũ ipſarum naturam ſequantur, neque methodi rationem, & ordinem ſeruent. duoſque errores viden- Lect. VI.
D tur committere. Primum quidem cùm aiunt materias has, è quibus tres accipiuntur febrium differẽtiæ, ſi exquiſite velimus loqui, & ex ipſa rei natura, propriè materias appellari non poſſe, ſed potius cauſas iſtarum febrium. dicunt. n. ꝙ calefactum in ſpiritibus, humoribus, & ſolidis membris potius eſt cauſa proxima febris, quàm febris ipſa. Alterum verò committunt, cùm aſſeuerant nõ eſſe veras differentias, ſed pro talibus accipi à medico, quatenus rẽduntin differentes rationes, & modos curationis. hoc enim ſatis eſt medico, cuius inſtitutum eſt curare morbos. Sed de primo errore inferius loquemur, ubi magis congrua erit hæc tractatio. In pręſentia verò de altero verba faciemus. In hoc à recta via aberrare videntur, quòd cõfundunt, & peruertunt veram methodi rationẽ. Nam quemadmodum philoſophi dicunt ſcientiam noſtrã non eſſe effectricem rerum earum, quę à nobis ſciuntur, ſed eam potius à rebus pendere, & conſtitui: ita nos, ſi rerum naturam uelimus ſequi, & doctrinam nobis à priſcis, & probatis auctoribus traditam, dicemus, quòd differentię febriũ non propterea dicuntur per ſe differre, quia nobis diuerſas indicant, & demonſtrant rationes medẽdi; ſed potius quia ipſæ inter ſe, & ex propria natura diuerſę, & differentes ſunt: ideò & diuerſam methodũ nobis oſtendunt. methodus enim indicationibus conſtat, indicationes omnes ab ip-

ſa

ſa rei indicantis natura,& ſubſtantia ſuam habent originem.2. enim methodi medendi (ſi memor A
ſum) ita Gal. rem hanc expoſuit, ab ipſa rei natura exordiri , & ab ipſa ſumpto initio, quod conſe-
quens eſt, citra tamen experientiam inuenire, hoc eſt per indicationem inuenire:& paulò poſt me-
thodi principium ſtatuẽdum eſt, nimirum ipſa cognitio morbi, nempè qualis ſit eius natura. vnde
poſſumus à poſteriori, ut logici loqui ſolent, argumentum formare. Indicant diuerſos curationis,
modos: ergo ipſę diuerſam habent naturam,& eſſentiam. Quod ſi quiſpiam dixerit, quomodo er-
go tu defendere poteris has eſſe veras,& per ſe differentias? Id facilè fieri poterit, ſi rem hanc altius
exordiri velimus, verùm operæ pretium forſitã faciemus, ſi prius reliquum iſtius capitis explanaue
rimus: quędam enim ſunt, quę rectè explanata non parum facient ad clariorem perceptionem eorũ
quæ exponenda ſunt. Omnium autem dicendorum hoc tanquam fundamentum ſumendum eſt, q
noſtrum corpus, atque adeò etiam cęterorum ferè animantium ex triplici ſubſtantia cõſtat,& coag
mentatum eſt. Prima eſt ſubſtantia ſolidiorũ particularum, ſicuti ſubſtantia cordis, ſubſtantia oſ-
ſium, neruorum, copularum, arteriarum, venarum,& tandem carnis. Altera verò ſunt quatuor hu-
mores, qui tanquam proxima elementa corporũ animantium conſtituti ſunt ab Hipp. ex quibus ge
nita ipſa ſunt,& aluntur,& augentur. Tertia ſunt ſpiritus, qui ortum ſuum habent in corde , & ab
eo impulſi impetu quodã deferuntur,& per arterias in vniuerſum corpus digeruntur.& ab his om B
nibus ita dependet vita,& integritas, perfectioque animantis, vt ſine his ipſum uiuere vel breuiſſi-
mo tempore nequeat. Hęc Hippoc. quę dam quaſi enigmate inſinuans diſtinguere voluit, cùm di
xit tria hæc eſſe continentia, contenta,& impetum facientia. continentia enim ſunt ſolida membra
in quibus humores omnes, & ſpiritus continentur, contenta propriè ſunt humores, impetum, fa-
ciunt ſpiritus, vt diximus, per vniuerſum corpus. Sed vlterius & hoc conſiderandum eſt, quòd vita
potiſſimum in calore naturali conſiſtit. generatio enim, vt ait Ariſto. in lib. de morte,& vita, eſt pri-
ma participatio animi à calore naturali,& vita eſt eius permanſio. Vnde ſicut cor eſt fons, & primũ
initium caloris innati, ita eſt fons , & origo vitę. & proinde omnis particula, quæ vitę particeps
eſt, id acceptum refert à corde. Ex quo deinde ſequitur, quòd ſicut à corde effluit calor natiuus, tan
quam à prima origine; ita nequit is natiuus calor corrumpi, vel vitiari in vniuerſo corpore, niſi ma
le prius cor afficiatur. In febribus ergo, in quibus ntauralis calor in extraneum corrumpitur in vni
uerſo corpore, niſi aliquid, vt paulò poſt dicemus, impediat, prima origo à corde petẽda eſt. Breuita
tis igitur, & clarioris doctrinæ gratia in exponendis differẽtijs febrium, de quibus in præſentia ſer-
monem inſtituimus, ad cor ipſum orationem dirigamus. Itaque in corde ſunt hæc tria, nimirum cor
pus ipſum,& ſubſtãtia cordis: ſecũdo humores qui in ipſo cõtinentur,& ex quib. tùm ipſum alitur, C
tũ in eò ſpiritus, qđ tertiũ eſt, tanq̃ in propria minera, gignũtur. Et ex iſtis tribus tres primæ febriũ
differentiæ ortum habent,& quæ maximè omnium ſunt propriæ differentiæ febrilis generis. immò
aliæ omnes differentiæ, quantumlibet per ſe ſint, ab his omnem ferè rationem ſuam, vt oſtendemus,
habent vnde interdum febris ſuam originem habet à cordis ſubſtantia, ac mox in alias partes diffun
ditur, nimirum in ſpiritus, & humores: interdum autem initium habet ab humoribus, indeque ca-
lor ad ſpiritus & ſubſtantiam cordis tranſit: quandoque verò primum ſpiritus accenduntur externo
calore, mox verò & humores,& cordis ſubſtantia concaleſcit. Et prima qudem differentia eã febris
ſpeciem conſtituit, quæ à græcis hectica eſt appellata, eò quòd fundamentum ſuum habet in habi-
tu corporis. habitus. n. corporis, ſi gręcos ſequamur, ad ſolidas particulas pertinet.& q̃a illę iam in ca
lefacto ſunt,& eius naturalis tẽperies viciata iã eſt, & itidem eorum calor innatus vitiatus. Altera
verò differentia in putreſcentibus humoribus eſſe habet,& febrem putridam conſtituit. Tertia ex in
flammatione ſpirituum accenditur;& quia rarò diẽ excedit; ideò ephemera græcè, diaria latinè di-
cta eſt. Quòd ſi quis quærat, cur hæc hectica, illa putrida,& tertia ephemera dicatur,& non tandem
in vnam rationem omnes referãtur, cùm ſemper, quãuis prima origo caloris febrilis ab vno ſit, pau-
lò poſt tamen omnia alia, vt nnper diximus, comprehendat? Dico, quòd tantum morbi propriam D
rationem, & per ſe habet calor, qui primum accenditur, in quocunque accendatur; qui uerò ab il-
lo ad alias ſubſtantias tranſit, non habet rationem per ſe morbi, ſed ſi febris dicatur, vel morbus, id
eſt ratione, qua refertur in illum calorem, qui primũ accenſus eſt. Cur autem id ſit, facile ſi bene ani
Cap.t. maduertatis, percipietis. occaſionẽ autem ſolutionis pręſtitit nobis Gal. tùm hic, tùm lib. de morb.
differ. ibi enim inter alias conditiones, quæ neceſſarię ſunt ad hoc, vt aliqua affectio morbus dica-
tur, eſt, quòd ſit non tantum πάθος verùm & διάθεσις, noſtri moderni primum paſſionem appellãt, al
terum diſpoſitionem, vel affectionem. Differunt autem hęc, vt itidem declarat Golen. quod πάθος ea
affectio eſt, quæ in motu,& trãſmutatione eſſe habet, vel in fieri, vt iuniores dicere cõſueuere, quę-
que, remota cauſa à qua efficitur, ſponte deſinit: διάθεσις verò ea eſt affectio, quę facta eſt;& iã diu per
manſura eſt, remota etiam cauſa: iuniores autem in facto eſſe ſuum eſſe habere aiunt. Vnde quia in he
ctica febre ſolidiores partes calefactæ ſunt, vel ſunt, vt recentiores dicunt, in calefacto eſſe, reliquę
verò ſubſtantię tantum calefiunt, & nondũ calefactæ ſunt, ideò quanuis febrilis calor vniuerſum
corpus,& partes eius omnes attingat, ab illis tamen ſpecificam rationem conſequitur, quæ iam cale

A ctæ sunt, non autem ab illis, quę tantum adhuc calefiunt. & quod de hectica respectu solidorum membrorum diximus, uos idem transferre potestis ad putridas respectu humorum, & ad ephemeras eas cum spiritibus conferentes. Quia verò res hęc difficilior aliquanto videbatur, ne aliquid obscurum relinqueret Gal. rem hác quibusdam exemplis ab externis rebus depromptis explanare, nititur, nempè ab illis, quę arte conficiuntur, quęque & si non exquisitam similitudinem habeant cũ re hac, de qua is sermo institutus est; eam tamen habent, quæ non parum claritatis illi possunt afferre. Exemplum autem primum acceptum est à vase æneo, quod lebetẽ appellant. si quis itaque feruentẽ iam aquã in frigidum lebetem inijciat, nec totum impleat, lebes ex iniecta aqua calefiet, vt experientia ipsa docet, calefietq́ue præterea & aer, qui superiorem partem vasis, ad quam non pertingit aqua feruens, occupat. hocque exemplum accommodatur putridę febri. Alterum exemplum vice versa se habet; si enim frigida aqua in lebetem adeò calidum inicijatur, vt vrere possit, ex lebete calefiet aqua, itẽ & aer, quod perinde se habet vt in hectica, in qua calefactis primum solidioribus particulis calefiũt ab illis, & humores, & spiritus. Ephemerę autẽ febri accommodatum exemplũ accipit à follibus fabrorũ ferrariorũ, quibus ignẽ accendũt. attracto .n. aere calido calefacto ex igne calefiunt partes ipsius follis. sicuti spiritu in animantis corpore inflãmato, reliquę partes, vt sunt solidę, & humores calefiunt. Et in hoc differt follis ab accensione febris ephemerę, quòd in ephemera febre, & humores, & membra à spiritu calefiunt: in folle autem non perinde humor continetur, sicuti in animantium corpore. unde oportet, quod huic exemplo deest, imaginatione supplere. vt scilicet imaginemur in folle humorem contineri, & quòd non secus humor calefiat, ac corpus ipsius follis. Immò ait Gal. si quis imaginatione vlterius progrediatur, ac cogitet, quòd non sit vna tantũ fistula, per quam attrahitur, & expellitur aer, sed sint plura, & quasi innumera foramina, per quę dũ dilatatur follis, aer attrahatur, & dum comprimitur, expellatur, ita vt soli aeri ingredienti, & egredienti pateãt, non autẽ humori, sicut in corporibus animantiũ perpetuò dum viuunt, fieri constat: In hoc aũt ars natura inferior est, ut clarum est. Sed hic est diligenter animaduertendum, quòd & si diximus, quòd cùm vna ex his tribus substantijs calefacta est, subinde & reliquæ calefiunt, tamen non est par horum omnium aptitudo, & promptitudo ad suscipiendum calorem ab alijs. Nam quæ crassiora, & solidiora sunt, magis resistunt, & ęgrius calefiũt: tenuiora verò promptiora sunt, vt calescant. vnde præ alijs, cùm aliquod aliorum accensum est, spiritus calefit; mox verò humores, minimè verò omnium solida corpora. Hoc verò dupliciter intelligi potest, vel quia vno horũ calefacto iam, alia etiam facilius & difficilius calefiunt, sicuti in hectica calefacta sunt membra, ab hisque facilius, & prius spiritus calefit, quàm sanguis, calefit tamen, & sanguis. Ita in putridis humores calefacti sunt, & ab his calefiunt prius, & facilius spiritus, post & mẽbra. sed in ephemeris calefacti sunt spiritus, mox humores, postmodum & solidæ partes. Et forsitan hoc spectans Auic. in diffinitione febris, vbi dixit quod erat calor accensus in corde, subdit & ab eo procedẽs mediante spiritu, & sanguine, per venas, & arterias in vniuersum corpus: accensa enim febre in corde, statim calefit primũ spiritus, mox & sanguis, per quos reliquum corpus calefit. Sed & possumus hoc intelligere non de calefactione tantum eorum, sed de calefacto, nam cum vnum horum calefactum est, duo reliqua, aliquandiu calefiunt. sed nisi interim soluatur affectio, eò res procedit, vt & illa pariter afficiantur, vt iam calefacta esse dici possint. atque hic etiam idem seruatur promptitudinis ordo. quò enim substantia tenuior est, eò citius afficitur & transmutantur. Hic autẽ in calce istius capitis insurgere videtur dubitatio non contemnenda, quam soluere, antequam vlterius progrediamur, operę pretium fortasse erit. Insurgit verò occasione eorum, quę hactenus dicta sunt. diximus enim febrem morbũ appellari ratione eius, quod factum est, non eius quod in ipsa fit. & propterea tres esse cõstitutas differentias, vel species febris, quia tres sunt substantiæ, ex quibus cõstat integritas corporis nostri, quę calefactæ esse possunt, solidarum partium substantia, humores, & spiritus. Ex hoc autem videtur sequi, quòd omnis febris erit facta: nulla autem fiens. Nam in ephemeris calefactum propriæ febris, & morbi rationem habet, non calefieri. ita in putrida calefactum in humoribus propriè febris est, non quod in calefieri, & transmutari est. Sed hoc aduersatur Galen. & in libr. de intemperiem inęquali, & in 8. meth. qui ibi febres partitus est, & ait, q febrium aliæ factæ sunt, alię adhuc fiunt: factæ sunt quæ à nullo amplius dependent, vt hecticæ: adhuc fiunt, quæ ab alio dependent in esse. Ad hoc facilis est responsio, si rectè velimus rem examinare. Febris enim cõparatur ad id quod primum subiectum est externi caloris, in quo videlicet primum accensus est calor, vt est humor, vel putrida suligo in putrida, spiritus in ephemera, solida membra in hectica; atq; si de ea ita loquamur nempe quatenus ad hanc rationem pertinet, omnis febris facta est, & independens, & temperatura ęqualis: & huic sententiæ attestatur Gal. & hoc primo libro, & alibi. sed si ad id respexerimus, quod propriè ægrotare dicitur, & cuius actiones per se à febrili calore lęduntur, ut est corpus ipsum, ac eius partes propriæ, & ex quibus coagmẽtatur habitus corporis, ad has enim pertinẽt primũ actiones omnes, quę in animantis corpore lęduntur, concedimus solam hecticam febrem esse factam, & ęqualem temperaturam, cęteras verò adhuc fieri, nisi & illę tandem in hecticas conuertantur: quia

Lect. VII.

Capi.

in

in hectica duntaxat hæ partes calefactæ sunt; in alijs verò adhuc calescunt. Vnde, & aliæ omnes febres à febricitante percipiuntur, A quia nondum æqualis intemperies inducta est, sed adhuc inæqualis est. in hectica verò iam æqualis facta est solidorum membrorum intemperatura, ad quam pertinet officium sentiendi. vnde in ea transmutata sunt continentia: in putridis verò contenta: in ephemeris impetentia, vel impetum facientia. Et hic primo capiti calcem imponemus. Nam si aliqua sint, quæ indiscussa videantur esse relicta, in sequentibus capitibus facilius, & accommodatius discutiemus.

De euidentibus, & communibus causis febrium. Cap. II.

Et oportet quę iã dicta sunt demonstrare, atq; vnius cuiusque generis &c. In primo capite quod hactenus explanauimus, prima iecit fundaméta totius istius tractationis, quam hoc libro cõplexurus est, & summa capita totius huius negotij exposuit, summatim tamen, & in vniuersum. In vniuersum autem, & summatim aliquid docere, B vel addiscere, nisi tandem particulatim descendendo ad ultimas vsque differentias, & ad theoremata vltima veniamus, est confusè; non autem distinctè aliquid addiscere, vel docere. & proinde iam incępturus distinctam instituere tractationem, posteaquã dixit in priori capite exposita fuisse tantum summa rei huius capita, hic reliquum esse ait, ne videamur velle nobis ita absolutè absque aliqua ratione credi, vt ea fundamenta, quę posita hactenus sunt, demonstrationibus proprijs fundemus; ac mox de ratione dignoscendi ea genera, vel differentias febriũ, quarum hactenus meminimus, sermonem habeamus. Sed antequam rem ipsam aggrediamur, operę pretium fecerimus, si de febrium generatione aliqua fuerimus præfati. Hoc tamen prius animaduertere debetis, vt artem Gal. ac eius methodum percipiatis, quòd omnis demonstratio in his præcipuè disciplinis, vel artibus, quę circa materiam versantur naturalem, & sensibus expositam, tandem resoluitur in ea principia, quæ & ex se euidentia sunt, & ab ipsis sensibus, & experiẽtia accepta. Ab his ergo ordinẽ docendi, quasi cõpositiua methodo vsus, exorditur. Primũ ergo accipit tanquam verũ & manifestum omnibus, quòd febres habent quasdam tùm externas, tùm internas causas, omnibus quidẽ notas, à quibus accendi cõsueuere illæ verò, & si particulatim sint multæ, à medicis tamẽ, breuioris, & clarioris disciplinę gratia, in sex capita redactę sunt; quæ à medicis sex res nõ naturales appellatæ sunt. C inter quas primum, & principem locum obtinet aer, mox cibus, & potus, tertiò somnus, & vigilia, quartò motus, & quies, quintò animi affectus, vel perturbationes, sextò inanitio, & repletio. ad hęc itaque capita omnia reducuntur tandem, quæ exponuntur hic à Gal. Aerem enim febres afferre cùm vel nimijs ardoribus caleat, vel algoribus refrigescat, vel aliqua putrida, & pestilẽti qualitate sit affectus, sicuti in pestilentibus constitutionibus manifestum est: immò hac ratione cum pestilentia laborantibus versari, cum lippientibus, cum phthisicis periculosum est; quia à vaporibus ab eorum corporibus exhalãtibus, vel expiratis aer inficitur, ac subinde illos, qui in eo versantur, inficit. Ita etiam multi ex potu meraci, & veteris vini à febre correpti sunt, & qui calefacientibus cibis immodestè vsi sunt. Sed ex nimio somno febricitãt multi, & magis etiã ex immoderatis vigilijs. Sæpe etiã qui assueti sunt se exercere, ac deinde mutata victus ratione ocio se tradunt, & qui alioquin exercendo se, nimijs laboribus conficiunt corpus, hi facillimè febricitant. Pręterea verò ex ira, tristitia, timore videmus febres accẽdi quotidie. Crapula quoq; ebrietas, cruditas, ad febres perducunt. nec minus inedia, nimiaque abstinẽtia, ac istiusmodi reliqua, quæ vitandi longitudinẽ causa in præsentia prætergredimur, tanquam omnibus aperta, & confessa. Hoc ergo tanquam per se & experientia notum accipiendum est in hoc nostro libello. Neque tamen mox ita etiam omnibus notum est, qua ratione, & quo modo affecto corpore nostro ab his relatis causis febris accendatur: D immò hoc à multis ignoratur, nec ab idiotis modò, verùm & à multis, qui medicinam profitẽtur, ac tanquã medici ab omnibus ferè habentur. sed alios missos faciamus, vtpote ad quos non attinet hęc scrutari, & de medicis tantum verba faciamus. In his itaque duplex est chorus eorum, qui hæc omnino ignorant. Primus est eorum, qui Empiricam sectam colunt, & tantum experientiam ducem sequuntur, illique soli hærent, cętera verò omnia prætermittunt. hi satis esse putant harum causarum notitiã habere, nosseq; posse febres afferre, vt eis notatis, & obseruatis pro earũ diuersitate, diuersa possint remedia adhibere, & talia, qualia eos experientia omnium rerum magistra docuit. rationes verò, & causas, cur hæ res ita nostrum corpus afficiant, vt supervacaneum id esse putant, ita etiam neque à nobis comparari posse existimant, cùm rerum naturæ nulla ratione à nobis alioquin percipi possint; Alter verò chorus medicorum est eorum, qui tantum agunt, vt scire, & sapere videantur, verum tamen sapientiam negligunt, & nihili faciunt; dummodò sapientes esse credantur, cũ tamen nihilo magis prioribus sapiant, immò & illis sunt magis ignari. Huius verò ignorationis ea est

causa

A causa, nempè quia artes, & disciplinas tractare audent, antequàm sint exercitati in logica disciplina, cuius munus est docere rationem, qua verum à falso discernitur, & qua sumptiones quæ accommodatæ sunt demonstrationibus, ab illis, quæ vix probabiles sunt, & longe magis ab illis, quæ videntur prima facie probabiles, sed magis decipiunt, quàm verum aliquid demonstrent. Hi ergo, si ignorantię accedat & superbia, quæ plerunque solet horum hominum esse comes, eò insanię & temeritatis perueniunt, ut ea negare audeant, quę experientia nos quotidie docet, & de quibus nullus hactenus dubitauit. Inter alia autem negant, febres ab his causis accendi, quorum opinionem in præsentia non est, cur refellamus, quia de hac re, ait Gal. abundè in libro de procatarcticis causis disseruimus. in hoc autē est nostrum institutum, vt tantum, quæ vera sunt, doceamus, & demonstremus accipientes, ac ponentes tanquam uera illa omnia, quę alibi à nobis disputata, & probata sunt.

B

Quo pacto ex præincipientibus causis variæ in corpore dispositiones oriantur.
Cap. III.

SVNT igitur suppositiones hæ calidum, frigidum, humidum, & siccum esse, &c. Vt ergo exponere possimus facilius, qualis sit affectus ille, qui quidem in nostris corporibus à prænarratis causis gignitur, & quomodo gignatur, ad ea recurrendum est, quæ aliis locis fuere demonstrata, & illis vtendum tanquam hypothesi ad horum explanationem. Præcipua autem hypothesis hic accipienda est ea, quæ ab Hippoc. primo lib. de natura humana demonstrata, à Galen. verò primo libro de elementis iuxta Hippoc. sententiam exposita est, nempè quatuor esse prima elementa humani corporis, atque adeò etiam omnium mixtorum corporum, calidum, frigidum, humidū, C & siccum, vel, quod in idem tendit, ut ipse eodem lib. docet, ignem, aquam, aerem, & terram, ex horum enim miscella, & temperatura omnia mista corpora suam habent generationem. Altera verò hypothesis est, quòd sicuti, cum hęc aptum temperamentum, & naturæ animalis accommodatum seruant, animal bene ualet, & integra sanitate fruitur, ita si hoc istorum elementorum uitietur temperamentum, necesse est ægrotare; magis autem, & minus, pro maiori, vel minori lapsu à proprio temperamento. & quia temperamentum simplicibus corporis particulis primum, & per se conuenit, organicis verò & compositis secundariò, & per ipsas simplices, quæ & primę corporis particulę nuncupantur, & sunt; ita & morbi, qui in intēperie consistunt, primi morbi, uel ęgritudines dicuntur. in quo genere continetur, & febris, de qua in præsentia est instituta tractatio. est enim calida intemperies, & pręter eius naturam in quo est, quæ primum in corde accenditur, ac subinde in totum corpus diffunditur, ut paulò post exponemus. Tertia autem hypothesis ea est, quę superius capite primo fuit exposita, quòd febrium genera, uel differentiæ secundum genus caloris istius, qui febris naturam, uel substantiam constituit, ab ijs materiebus accipiuntur, in quibus accenditur febrilis calor. Vbi & id debetis animaduertere, quòd si rectè verba hæc perpenderitis, facilè percipietis uerum esse id, quod superius dicebamus: nempè quòd D omnes aliæ febrium differentiæ, quarū superius habita est mentio, quasq; proprias, & ab ipsa substantia caloris extranei acceptas esse dixit, omnes tandem naturam sequuntur materierum, in quibus accensus est istiusmodi febrilis calor: & propterea ēt dixit, quòd illę, quæ primum, & proximè à materia accipiuntur, sunt maximè proprię differentię, quibus uerbis has omnibus alijs videtur prętulisse. Postrema verò hipothesis est, quòd causæ illæ, quarum in præcedenti capite facta est mentio, febres omnes pręcedunt, atq; ꝑpterea procatarcticę dicuntur, quasi præincipiētes; quas nemo ferè est, qui non nouerit, quæque ab omnibus medicis obseruantur, licet non eodem modo ab empiricis inquam, & rationalibus. In hoc enim hi differunt, quòd empirici eas obseruant, tanquam quę ad curationem non parum conferant. Rationales uerò in his euidentibus causis non consistunt, sed vlterius progredientes ipsius rei naturā scrutātur, quę p indicationes deinde ad rationē ꝑagiendi, ac curandi deducit: ita tamē ut neq; ea omnino cōtemnant, & parnipendant, quæ experientia cōprehenduntur, ac inuenta sunt; immò illis omnib. in cōmodū suū vtuntur, eisq; præterea multa addunt ex rationali methodo. At quæ ea sint, quæ ab experientia petenda sint

& quę à rationali methodo, non exponemus; ait Galen. in pręsentia; quia alibi hæc à nobis ex- A
planata sunt, neque hic est eorum locus. De his autem, in libro Metho. in libro de sectis,
& de optima secta, & alibi sæpe sermo est habitus. Quare ad institutum nostrum redeamus,
quod in hoc versatur, vt ostendamus, quo modo, & qua ratione causæ hæ procatarcticæ nun-
cupatæ corpus afficiunt, quando febrem accendunt. Quo loco hoc imprimis aduertendum,
quòd cùm iam id compertum omnibus sit, & in confesso, quòd febris igneus calor est, læ-
dens, & officiens actionibus animalis, necesse est, vt quæcunque recipiuntur, & admittun-
tur in numero, & ordine causarum, quę possunt febrem excitare, vim aliquam habeant in-
signiter calefaciendi, quomodocunque id faciant, dico autem quomodocunque id faciant,
quia non est idem modus semper, quo calor gignitur, augeturve in corporibus tùm ani-
matis, tùm animæ expertibus, quemadmodum & uaria ratio, uariusque modus est, quo
ignis accenditur. Vnde eisdem, & totidem modis febris excitari potest, quibus, & quot ca-
lor gigni, & ignis accendi potest in is inferioribus corporibus, quæ apta sunt suapte natu-
ra ad concipiendum calorem, & ignem. Omnes autem modi in hæc tanquam capita de-
duci possunt. Primum quidem quædam motu calefaciunt; motus enim frequens, & ve-
lox, & calefacit, & ignem accendit; sępe enim plumbea spicula sagittarum liquefacta sunt B
ex motu veloci ex attritione sanè corporum. Vnde Indi, qui mundum Nouum appellatum
incolunt, habent hunc modum familiarem accendendi ignem; cùm ipsis illo opus est duo ligna
simul coniungunt, ac in terram declinant validè iuncta, pedibusque ea utrinque calcant, ter-
tium verò aridum, altero capite inter illa affixo, utraque manu intra palmas acceptum ue-
lociter in orbem uertunt, & sic ignis in eis accenditur. sed in alijs etiam hęc eadem fieri
quotidie inspicimus. Deinde, & putredine ignis accenditur. Videmus enim sæpe in naui-
bus onerarijs, in lanis validè constipatis, pręcipue verò si aliqua fuerit in eis humiditas ex-
tranea ignem fuisse accensum, ita, vt aliquando & nauis periculum incendij subierit. sed &
stercora, quibus agri stercorantur, cùm putrescunt, adeò calescunt, ut comburant. Tertiò
ob propinquitatem, & conuersationem, cum re aliqua calida, quemadmodum cùm ad ignem
stamus, uel in calidiori aere uersamur. Quartò cùm effluxio aliqua calida à corpore ali-
quo intercipitur. vnde in hypocaustis, vel appellatis stuffis claudunt omnes fenestras, &
omnia tandem foramina, vt neque aer calidus, neque calida vaporatio, quæ ab igne attoli-
tur, exire possit. Quintò, propter mixtionem alicuius calidæ substantiæ, alicunde tanquam
ex fonte efferuescentis, sicuti in Aponontibus thermis fieri videmus, vbi ex fonte aqua efferue- C
scens, & exiliens, per fossas fluens, cum alia frigida commixta illam calidiorem reddit, aut
eius calorem adauget, quantum ad nostri sensus indicium pertinet. Hæc itaque si quis diligen-
ter considerauerit, facilè percipiet, quot modis etiam febris accendi possit. Et hic est mo-
dus demonstrationis, qui omnibus locis Galeno probatur, ut tales accipiamus sumptiones,
quæ omnibus conspicuę, & per se notæ sint, ex ipsa nimirum experientia, & sensibus acceptas,
aut eas saltem, quę à talibus demonstratę, & probatę sunt. Vnde si demonstrationem ad for-
mam syllogisticam deducere voluerimus, ita agemus. Tot sunt modi, quibus in nobis ca-
lor à procatarcticis causis excitari potest, qui febris dicitur, quot modis in externis, & ina-
nimatis corporibus calor accendi, & ignis potest. Sed omnibus supra expositis modis calor
ab externa causa, vt experientia docet, accenditur. Ergo eisdem, & totidem febris. Prima
quidem sumptio inde manifesta est, quòd febris, etiam, ut superius diximus, omnibus con-
sentientibus, est in genere caloris externi, & ignei. quare subinde necesse est, vt causæ febrium
omnes tandem aliquo istorum modorum febrilem calorem accendant. Hoc verò etiam cla-
rius patebit, si particulatim accesserimus ad omnes has causas, & earum naturam contempla-
ti fuerimus; ita enim facilè percipiemus, quomodo vnaquęque earum corpus nostrum affi- D
ciat, & subinde febrē gignat. Incipiamus autem ab æstu, qui à sole æstate gignitur, pręsertim
verò diebus canicularibus, qui καῦμα à gręcis dicitur, quamuis aliqua uideatur esse diuersitas in-
ter eos. aliqui enim putant hoc nomine actionem eam; quę à sole profluit, significari: alij ve-
rò affectum, quem impressit sol per eam actionem: nonnulli etiam sunt, qui credunt potius
affectionem significari, dum fit. sed de his, ne simus soliciti, satis nobis quantum ad negotium
nostrum pertinet, hoc sit, quòd à sole afficitur calore corpus, qui calor non est naturalis, sed
externus, qui interdum febris meritò dici potest; interdum autem nequaquam. nisi enim ca-
lor is ad cor perueniens ipsum adeò afficiat, ut concalescat, febris non erit, ex quo loco accipitur fe-
brē esse non posse calorē, qui sedē non habeat in corde. Sed de his postea. Modus aūt is excitādi calo
rē est, ex occursu, & adhęsione rei calidioris ex sole. n. aer nos cōtinēs, & ambiens excalfit, & calfa-
ctus nos calefacit. Eodē modo & ignis calefacit. Medicamētū ēt vim habens calefaciendi interius,
uel exterius applicitū, ad idē caput, uel idem genus pertinet. Ex ira aūt accenditur calor, & febris

A secundum duplicem modum. Primum quidem quia in ira in corde effervescit facultas irascibilis, & nativus calor, in quo ea fundatur, tanquam in proprio fonte, ex quo fervore calescit tùm cor, tùm sanguis, & spiritus in eo, vt inde facilè accendatur febris, cui accedit, & uehemens motus eiusdem facultatis, & cum ea spiritus, & sanguinis, qui & ipse plurimù facit ad augendum calorem. Sed hic etiam aduertendum est, quod aliquis posset occasione eorum, quæ paulò ante exposita sunt, facilè decipi. Dicebamus enim superius, calorem, qui ex æstu solis gignitur, non esse febris nomine censendum, nisi cùm cor etiam concalfactum fuerit. Sed in ira semper cor primum calefit, sanguisque, & spiritus; quia feruor est, vt diximus, irascibilis facultatis in corde sitæ. Hoc enim falsum est; quia non omnis calfactio cordis, aut sanguinis, aut spiritus in eo febris est, sed ea, quę eò iam processit, ut iam non amplius à sole, vel ab ira, vel ab alia externa causa omnino pendeat, sed iam omnino, aut magna ex parte facta sit, ita ut quantumlibet corpus soli subtrahamus, & eius æstum effugiamus, vel ira sit sedata, & cordis motio: maneat tamen adhuc calor qui actiones lædit insigni aliquo tempore. Huius autem causa superius à nobis fuit relata; ea verò est, quia inter conditiones morbi hæc quàm maximè necessaria est, vt sit ἕξις, hoc est affectio stabilis, & permanens, remota etiam procatarctica causa. Et quod de ira diximus, itidem de tristitia intelligendum est, & ideò nisi figatur calor, aut in substantia cordis, aut in sanguine, aut in spiritu, non erit febris. quòd si in aliquo horum figatur, erit quidem febris, sed diuersa pro ratione eius substantiæ, quę calefit eo modo, quo dictum est, nempe, ut ira sedata, uel tristitia diutius aptus sit calor ipse permanere. Nam si ita corripuerit calor is cordis substantiam, erit febris statim à principio hectica: sin autem humores in corde, erit humoralis, vel putrida: ephemera uerò, si spiritus. vnumquodque enim genus febrium statim à principio ab his procatarcticis causis excitari potest, vt progrediente sermone exponet Galen. quanuis facilius, & promptius ephemerę: interdum tamen, & aliæ pro ratione aptitudinis, & affectionis corporis. Sed de his in sequentibus verba faciemus. Vbi, & qui Auicennæ studiosi sunt, animaduertere possunt ex hoc loco, illum accepisse postremam particulam suę diffinitionis, vbi ait, & inflammatur inflammatione, quę nocet operationibus, non sicut caliditas irę, & laboris, cùm non vltimatur, ita vt non retineatur. atque facilè ex ijs, quæ nuper explanauimus, percipi potest, quid nam sibi voluerit Auicen. illis verbis non parum obscuris. Sed redeamus ad Galen. ad morum etiam spirituum in corde, tanquam ad proximam causam referenda est febris, quæ accenditur ex tristitia; velociter enim reuocantur, & retrahuntur spiritus ad cor, in tristitia, & timore: neque in his fit feruor facultatis in corde, sed potius refrigeratur in his perturbationibus natiuus cordis calor. Sed eandem rationem in vniuersum febrem concitandi habet labor corporeus: is enim ex nimio, & immoderato labore instrumentorum, quibus motrix facultas utitur in mouendo corpore, eius particulas calefacit: eę verò sunt musculi, nerui, ligamenta, articuli. hę ergo partes, dum diutius, & uehementius mouentur laborante corpore concalescunt, atque calor subinde diffunditur ad alias partes, donec ad cor serpat, & in aliqua in eo parte figatur. tunc enim febricitare animal incipit. Ad aliud autem caput, vel ad alium modum febrem contrahendi pertinet, cum illa ex densitate, uel constipatione cutis accenditur: densatur, verò ex externo frigore; densat enim frigus. aut etiam ex balneis vim astringentem habentibus, ut sunt aluminosa balnea, & plurimum exiccantia: constipant enim corpora, & meatus, per quos difflantur, astringendo claudunt; quibus clausis calor in corpus humidum agens illum dissoluit in halitus naturam sapientes illius humoris, uel illius substanę, à qua fuere dissoluti. Vnde aliqui sunt uaporosi, & mulcebres, alij fuliginosi, & acres. idem necesse est & in animantium corpore fieri. halitus autem hi excernuntur uacuatione quadam, quæ sensus nostros latet, per poros, vel meatus angustos membrorum, prȩsertim uerò cutis; qui prę exilitate sensum fugiunt. Ergo, cùm densata, aut stipata cutis inepta fit ad huiusmodi difflationes occultas, duo sequuntur incommoda; sicut duo commoda consequuntur animanti a ex hac difflatione. Primum corpus excrementosis his vaporibus, & fuliginosis euacuatis mundum seruatur. Alterum, quia per eosdem meatus frigidus aer ingrediens temperat, & intra naturales terminos calorem natiuum continet: in quo sanitas consistit. illis itaque clausis, & hac intercepta difflatione, & hi halitus continentur, & refrigeratio, temperatioque natiui caloris membrorum interdicitur. ex hoc incommodo sequitur, ut animal calefiat, & calor natiuus suum temperamentum excedat: ex altero uerò repletur excrementitio humore, vario tamē pro ratione diuersę naturę horum halituum. Nam si sint uaporosi, & mulcebres. (sunt autem tales, cùm in corpore sanguis bonus, & naturalis redundarit) tunc corpus ad plethoram deuenit, quæ est immoderata plenitudo bonorū succorū. At si uapores fuerint fuliginosi, & acres, contrahitur cacochymia, hoc est plenitudo uitiosorū humorū: tales aūt erunt halitus hi, si fuerit malus sanguis, & scateat corpus malis humoribus, si etiam corpus suapte natura biliosum fuerit, calidum videlicet, &

siccū insigniter. Preterea qui prauis utuntur cibis acri qualitate, & medicamentosa affectis, vt sunt A cæpe, bulbi, porri, allia, vinum antiquom copiosè epotum, aromata multa, & id genus reliqua. sed & in illis gignitur is fuliginosus uapor, qui sæpius cruditatem patiuntur. non tamen quomodocunque patiuntur cruditatem, ab ipsis fuliginosus habitus expirat, sed cùm cruditas in nidorosam qualitatem degenerat. nam si in acidam vel frigidam, & insipidam desinat, non eius modi fuligo ab ea effluit, sed humida potius, & frigida. Vnde neque ab re addidit particulam illam, præsertim verò post esum eiusmodi prauorum ciborum. nam medicamentosi hi & calidi cibi, cùm comeduntur, nec mox pro ratione à ventriculo coquantur, per inconcoctionem in nidorosam, & fuliginosam naturam transeunt: quemadmodum secundo de sympt. cau.

Cap. 6 eos, qui cruditate laborant, pruritu exerceri dixit. Idem verò illis accidit qui aquas prauas bibunt, vt sunt palustres, lutosæ, feculentę, quæque in piscinis, & lacunis stagnant, aut quæ corruptę alioquin, vel putridæ sunt. nam hę postremę iam putridum contraxere calorem. aliæ verò, cum crassæ admodum sint ex mistura terrestris substantiæ, ęgrè admodum transire & digeri in venas possunt: quare dum diutius in ventriculo, & intestinis moram trahunt, cor-

Cō. 42 rumpuntur, ac bilescunt, vt ex secundo de ratione vict. haberi potest. cui & id accedit quòd aquę hę prauæ eum crassę, & tardè per venas meent, sunt obstructionum causę, vnde qui palu- B stres aquas bibunt, quod tamen acceptum est a Gal. splenem tumidum plerunque habent, & proinde dixit ille, quòd sunt obnoxij febrib. qui eiusmodi aquas post prauos cibos bibunt. Præter hos autem & qui corpus aut nimio labore aut curis multis conficiunt, aut nimijs vigilijs, quique frequentius acribus medicamentis vtuntur: immò in vniuersum quicunque res, quæ ipsos & calefaciunt, & exiccant immodestè, habent in frequenti vsu. Vnum præterea monet Galen. vt rem hanc vniuersam exquisitè teneatis; quòd cùm dicimus illos esse huic incommodo obnoxios, qui prauis uescuntur cibis, intelligendum est id de omnibus prauis cibis, vndecunque modo habuerint, quòd praui sint. Nam quidam cibi suapte natura praui sunt, & sunt illi, qui quòd medicamentosam, & alienam ab humana natura qualitatem habeant, quamuis in esum veniant, aliquantoq; nutriant, magis tamen in medicamentis ponendi sunt, quàm inter cibos, & alimenta recensendi, vt sunt acria omnia, & siluestres herbæ, quas hic exponit Gal. Alij verò sunt, qui quantum ad propriam eorum naturam spectat, optimi sunt, & apti bonum exhibere alimentum comedentibus, vitiātur tamen ex externa quadam occasione, vt si in loco serventur, vbi putrescant, vel putridam aliquam qualitatem contrahant, vel situm, vel ex eo, quòd iam nimium inueterauerint, vel quia etiam à primo ortu ex mala temporum constitutione rubigine fuerint correpti, vt C frugibus euenire solet, quibus nesci solemus, & leguminibus. In magnis autem frugum penuriis à fame coacti multi praua omnia ingerunt cibaria: quo deinde fit, vt incidant in putridas,

Lect. X. atque adeo etiam pestilentes febres; aut natura forti excrementosos succos ex prauis cibis genitos ad cutem propellente, scabiosæ, & leprosę papulæ illis excitentur. Ab his ergo omnibus qui hoc modo affecti sunt, solet fuliginosa exhalatio multa gigni, quæ per cutis meatus, nisi illi stipentur, excernitur, per quos & aer frigidus attractus internum caloré refrigerat & temperat, sed ubi stipata cutis est, vtrunque hoc commodum desideratur, quo fit, vt efferuescat calor, refrigerante, & veluti flabellante, vt ita dicam, destitutus. Cui deinde & illud accedit, quòd fuliginosa hęc exhalatio detenta interius magis etiam calefacit; atque duplici hac ratione febris accenditur. Aliquis tamen dubitabit fortasse, cui dubitandi occasio inde præstabitur, quia multos videmus, qui vescuntur prauis cibis, neque tamen ulla in eis febris excitatur, quid ergo in causa est, cur hi à febre insontes fiot, si febris causæ sunt, hę? Huic dubitationi occurit Galen. & ait, quòd cibi id genus, quorum nunc meminimus, suapte quidem natura corpus prauis replent humoribus, cùm naturam eam habeant, ut malum alimentum gignant; atque hac ratione hoc tantum agunt, quòd aptum, & pronum in morbos corpus reddunt: non ta- D men ob id statim necesse est ægrotare, nisi alia accesserit occasio: vnde sanitate quidem, nisi aliquid aliud aduersi illis contingat, interim fruuntur hi, quæ sanitas non admodum firma est, neque constans: fruuntur autem dum alioquin in aliis bene se habuerit corpus; nimirum quia probè per exiguos cutis meatus transpiret, & diffletur, refrigereturque: præterea verò, & nulla obstructio obsideat aliquod internorum viscerum. Vnde si hi nullum insuper in victus ratione committant errorem; ex quo aut difflatio impediatur, aut obstructio exoriatur, tantisper sani sunt, quantum in hoc statu se seruarint, aliquando verò, immò sæpe cruditates, & quod ex cibo corruptum est, concoquuntur, aut à natura forti per aluum deijciuntur, antequā ulla superueniat febris. nimirū ergo si corpus bonis homoribus præditū sit, licet aut cruditatē, aut cibi corruptionem patiatur, dum benè perflatur, & internæ viscerum uiæ sunt apertæ, nequit, ait ipse, fieri, vt febricitet: sed si corpus cacochymū sit, ac malè diffletur, aut obstructas uias internè habeat, fieri ferè nequit, quin febricitet ex leui quacunque occasione: siue enim intempestiuè laboret, siue importunè

tur

A vtatur balneis, siue alia ratione aberrauerit, vt penitus difflatio intercipiatur, & omnino obstruan
tur venæ, corripitur à febribus, aut ehpemeris, præsertim cũ extima cutis cõstipatur, & exigui mea-
tus constringuntur; aut putridis, cùm obstructio internas venas occupat, ac extimæ cutis
meatus. Vbi & hoc considerandum, quòd differt apud Galen. constrictio, vel constipatio, ab
obstructione; quia constrictio, vel constipatio est cutis densatio, quæ fit ab externo frigore, vel ex re
bus externis applicitis, quæ vim habeant astringendi; hæc enim astringunt meatus, & ita claudunt
eos. à sola ergo qualitate adstringente, vel refrigerante, vel exiccante fit constipatio. obstructio verò
fit quando humores in meatus intruduntur, aut venas replent, atque ita eas occludunt, præcipuè
verò cùm illi validè infarti, & impacti sunt. vnde obstructio fit, aut ab humorum multitudine,
aut à crassitie, vel lentore. Ex hac ergo obstructione facilè suboriũtur febres, præsertim putridę; quia
cùm interna loca calida sint, & sanguinis substantia calida sit, & humida; in quo omnes continẽtur
humores: facilis vtriusque ratione fit putredo. Quæ enim calida sunt, humidaque, cùm difflatione
& refrigeratione destituta sunt, citissimè putrescunt. Ex quo tanquam corollarium, sequitur ꝙ om-
nis plethora, vt græci aiunt, uel plenitudo bonorũ et humorũ corpus animantis pronũ tùm ad alios
morbos reddit, tùm vel maximè ad febres; & cum duplex sit plenitudo, vt Gal. in lib. de plenitudine
B probauit, & multis alijs locis, alia, quam ipse ad vasa appellat, ob id, quia plus succi continẽt, quàm
eorum capacitas commodè ferat, bonus tamen insuccus est: altera verò ad vires, quando plus humo
rum in corpore congestum est, quàm vires eius possint commodè perferre, & rectè administrare:
vtraque plenitudo fallax est, & in morbos prona. De prima habetis sententiam Hippoc. primo
Aphor. vbi ait, quòd athletarum optimus habitus in extremo fallax est, & periculosus; vtpote qui
fit multis morbis obnoxius, quos in commentario refert Gal. in quibus est etiã febris. nec ob aliud,
nisi quia nimia multitudo obstructionum ferax est. Iam enim diximus, quòd prima obstructionum
causa est humorum multitudo. Alia autem plenitudo virium comparatione, aliunde plerunque
habet, quòd febres afferat; nempè quia humores neque probè regi, aut confici possint à facultate,
cuius vires superant; & proinde facilè corrumpuntur, & in cacochymiam desinunt. Pręter hos
etiam, qui illis aluntur cibis, ex quibus crassi, lentique procreantur humores, hi etiam ob ob-
structiones procliues sunt in febres. Vnde si rectè animaduertistis, hæc duo, quę inter se con-
trarias videntur rationes habere, sunt eiusdem affectus causæ. Nam cibi acres omnes, & qui
medicamentosam naturam habent inter febris causas numerati sunt; qui tamen vim habent at-
tenuandi, & ad rationem attenuantis dietę pertinent: Pręterea & illi, qui ad rationem incrassan-
C tis victus spectant, nimirum illi, qui crassos lentosque succos gignunt. Sed diuersus est modus
vtriusque, & diuersa ratio. Priores enim cibi ob id faciunt ad excitandas febres; quia prauos
generant humores; Reliqui verò, quia obstrutione faciunt, & subinde putredinem, & putri-
das febres. Ad hoc autem genus pertinent & febres, quę iam inflammationes sequuntur. om-
nes enim ex putredine accenduntur; fluens enim humor calidus facturus inflãmationem, vbi re-
ceptus fuerit in loco, qui in inflammationem attollitur, ibi infartus, & impactus nequit difflari;
vnde putrescit, & accendit febrem, quæ sequitur naturam fluentis humoris; quia si oino biliosa fue
rit, iam ad naturam spectabit erysipelatis: quare vehemens, & acris valdè calor corripiet inflamma
tam partem, qualem febris ardentis calorem esse dicemus. sed si sanguinea, calor etiam erit talis,
qualis in vera, & exquisita inflammatione, videlicet vaporosus, & mulcebris. at verò si mix-
ta erit fluxio, ita & mixta ex vtroque erit inflammatio, & caloris ratio; in eam tamen inclinans,
partem, in qua alter humor alterum magis superabit, & vincet; & dicetur erysipelatosa inflamma
tio, vel erysipelas particeps inflammationis. neq; tamen calor ille febris dici põt; nisi calor paula-
tim serpendo distribuatur vsque ad cor, vt sæpius dictum est. Nec modo ab his inflammatio-
num differentiis febris accenditur, sed & à carbunculo, cuius ortus est à sanguine assato, & ob
D obstructionem accedente iam ad naturam melancholici humoris. Hæc ergo horum duorum ca-
pitum sententia. Sed anteaquam ad vlteriora progrediamur; ea, quæ superioribus capitibus reli-
cta sunt indissoluta, dissoluenda sunt; ne ambiguos audientium animos relinquamus. Primum
ergo, si rectè animaduertistis, ex his, quæ in hoc capite declarata sunt à Galen. patet resolutio illius
sententiæ iuniorum latinorum, quam in hunc locum distulimus. Dicebant autem calefactum spiri
tus, vel humorum, vel solidarum partium non est febris, sed potius causa proxima, vel coniuncta
febris. Diximus autem eos à sentẽtia antiquorũ medicorum, pręcipuè verò Gal. dissentire, qui vbiq;
cùm ex instituto loquitur, negat in morbis causam coniunctam. Pręterea verò indicatio, quæ à causa
accipitur, propriè ad pręseruationem pertinet, vt alibi testatur Gal. vnde falsum esset, quod dicunt,
nẽpè ꝙ ideò sunt diuersæ drīæ ꝑ se; quia diuersos curationis modos ostendunt. Sed hæc missa facia-
mus, & illis attẽdamus, quæ hoc loco à Gal. ꝓposita sunt. Quærerẽ. n. ab ipsis in febre ephemera, in
qua calefactum est, in spiritibus, calefieri in membris, an ratione calefacti sit appellanda morbus,
& febris, quod in idem tendit: nam cum morbus genus febris sit, quòd morbus non est, neque febris
dici potest, an verò ratione calefieri? Non possumus si Galen. sequi velimus, profiteri

 aut

aut febrem, aut morbum dici ratione caloris, qui adhuc in fieri est: hoc enim apertè testatus est A
Galen. & ei, vt diximus, consentit Auic. vbi dixit, quòd cùm ex ira concalescit corpus, nisi calor
eò peruenerit, vt stabilis, manensque fit, etiam remota ira, nondum febricitare dicemus; febricitat
autem tunc primùm, cùm partes, quæ in corde sunt, adeò concaluere, vt iam calor sit factus in-
dependens ab externa, & procatarctica causa, concaluit aũt, interdum sanguis, interdum spiritus,
aliquando & corpus, vel substantia cordis. Ecce ergo quàm apertè propriam febris rationem in id,
quod calefactum est, non in id, quod calefit, referendam esse censet. Sed si quis opponat, vt lauui no-
stri opponere videntur, quòd calefactum in spiritibus, & humoribus propriè febris dici non potest
neque morbus; quia febris, atque etiam morbus omnis affectio est animati corporis, spiritus verò
& humores, vt maior pars medicorum consentit, animati minimè sunt. Præterea his propriè febri-
citat, cuius operationes læduntur ab ipsa febre. membra autem solida ea sunt, quorum operationes
à febre læduntur, & ex eorum læsione ęgrotare, dicitur, qui febricitatur. ergo in omni febre ex affe-
ctione solidarum partium aliquis ęgrotare dicitur. non ex affectione spiritus, & humorum, quòd si
ex affectu spirituum læduntur operationes membrorum, inde est; quia spiritus vel humores malè af-
fecti malè afficiunt membra. quare calefactum spirituũ, & humorum potius rationem habet cau-
sæ, quàm morbi: cùm non per se, sed per aliud lædat actiones partium corporis. Quamuis obiectio B
valida sit, & solutu difficilis: si tamen meminisse voluerimus eorum, quæ à Gal. multis in locis didi-
Cap. 2. Cap. 3. cimus, præsertim verò primo, & tertio de loc. affect. quę etiam à nobis in explanatione 2. libri de cõ
po. med. per loc. vbi de dolore capitis ex ventriculo habebatur sermo, fuere exposita: non erat diffi-
cile nodos hos dissoluere. possem enim prius respondere spiritus, & sanguinem à multis fuisse cre-
ditos animatos: vel quòd, quamuis etiam animati minimè sint, sunt tamen proximum; & primum
animi instrumentum; immò quasi sedes animi, & omnium facultatum: quia tamen mihi hæc nõ vi-
dentur tollere omnem dubitationem, aliomodo respondendum puto; nimirum quòd minimè pu-
tandum est esse absurdum, quòd membrum aliquod, vel pars aliqua, vel plures partes etiam ęgrotẽt
& earum actiones lædantur ex aliquo affectu, vel morbo, qui in ipsis non sit, sed in alio. actiones. n.
earum læduntur, & illæ ægrotare dicuntur, & esse morbosæ, non ex aliquo proprio earundem affe-
ctu, aut quia contineant in se aliquid, qđ possit propriè ipsarũ morbus appellari; sed ex alterius mor
bo, ex quo malè afficiũtur: sicuti in omnib. morbis per consensum accidere constat; ubi pars per cõ
sensum laborãs, nõ laborat proprio aliquo morbo, sed morbo vel affectu illius, cum quo consentit.
& quãuis, vt eodem primo de loc. affect. docet Gal. fieri nequeat; vt lędatur aliqua particula per al
terius consensum; nisi quoquomodo & ipsa afficiatur, & aliquam recipiat malam qualitatem; dum C
tamen solo consensu laborat, qualitas illa nõdum morbus dici potest; cùm omnino; & in esse, & in
fieri dependens sit ab affectu primario, vt paulò ante dicebamus. Ita ergo dicimus, quod in epheme-
ris læduntur actiones membrorum, sed non ab aliquo affectu proprio earum; sed ab affectu im-
presso in spiritibus, & tãtisper febricitãt, quantisper hic durat, continenter enim calor, quo afficiun
tur mẽbra, dependens est ab eo, & eatenus lędit, quatenus souetur, & conseruatur à calore iam fa-
cto in spiritibus. quod si eò perduret transmutatio, vt etiam calor manens, & aliqua ex parte indepẽ-
Lect. XI. dens reddatur; iam erit febris genus vnum alteri additum, videlicet hectica ephemeræ. Hoc itaque
modo dissoluere ego hanc dubitationem. Alterum verò, quod soluendum est, nimirum quomodo
diuisio febris à materia, sit diuisio per se, & à rei substantia deducta, difficilius fortasse erit; cùm fun-
damento nitatur, quod omnibus ferè paradoxum visum est. Diximus enim calorem extraneum, vt
eum Auic. appellat, vel præter naturam, vt Gal. vel aduentitius, vt nostri loquuntur, qui acceptus
est tanquam genus commune febrium significare corpoream quandam naturam, quæ propriè cali-
ditas dicitur, non solam qualitatem. sed cùm oppositorum sit eadem disciplina, & ratio: Galen.
verò 1. Aphor. ex aduerso opponat calorem naturalem, vel genuinum calori externo, & aduen-
titio, in quo tanquam in genere febrem contineri omnium consensu testatus est, atque eorum diffe D
rentiã, & diuersitatem exponat, & cùm omnis homonoymia sit fugiẽda ab ijs, qui disciplinas lucidè
tractare volunt, & omnis ambiguitas: quod Gal. semper omni ope sectatus est. necesse est, quod fa-
teamur, calorem eodem modo ibi accipi, & in eodem significatu, cùm de natiuo, & cùm de externo
dicitur. apertè autem ait Galen. immò apertissimè, ibi se de natiuo calore loqui, quatenus pro cor-
pore quodam calido accipitur, non pro sola qualitate, quę caliditas propriè dicitur. Vnde nemo est
qui non videre possit omnino sequi, quòd etiam ibi loquatur de aduentitio calore, qui genus febris
est, vt corpus quoddã calidum, & substantia calida, non autem pro caliditate: Alterum verò funda
mentum, cui res hęc oportet vt innitatur, est, quod calor is, qui natiuus dicitur, eatenus tãquam na
turalis habetur, & innatus, quatenus suum temperamentum seruat; vbi verò fines, & spatium sui tẽ
peramenti excesserit, non amplius naturalis caloris rõnem, & naturã habet, sed ad naturã ignei calo
ris accedit, & externi. & per hunc modũ accenditur febris cũ natiuus, & genuinus calor in igneũ,
& extraneũ transit. Hoc. n. sæpe testatur Gal. vt, cùm ait, quòd calor naturalis auctus est febris; & cũ
dixit, quòd est calor naturalis conuersus in igneum; item quòd febris accenditur ob conuersionem
calo-

A caloris naturalis ad igneā naturam. His aūt constitutis, facilè ostendemus, ꝙ differentię hę febriū,
quæ accipiūtur à materia in qua consistit ignea caliditas, & febrilis, sint differentiæ p se, propriæ, &
ab ipsa rei natura acceptæ; quodq; diuisio febris in hecticā, putridā, & ephemerā sit diuisio per se,
non diuisio accidentis in subiecta, quę inter diuisiones numerātur, quę p accidens dicuntur, vt Boe
tius docet. ostendemus aūt in hunc modū: quia, cùm sit necesse, vt quot modis dr̄ vnum opposito-
rū, totidē & reliquū dicat̄, si demonstrabimus tres esse dr̄ias per se, & ex ipsa rei natura naturalis
caloris species, & substantia distinctas; rationi consonum, immò necessarium, videtur, vt sint totidē
differentię externi caloris; præsertim cùm extraneus calor ex naturali, vt diximus, fiat. Quod autem
triplex sit differentia caloris natiui, facilè possumus & ratione, & philosophorum naturalium au-
ctoritatibus probare: loquor autem in præsentia in animantibus, potissimum verò perfectis. & pri
mus quidem calor non est animantibus proprius; sed potius communis omnibus mixtis: immò mi
xtio omnis vi istius caloris efficitur. nam p concoctionem generantur mixta, vt habemus 4. Meth.
concoctio verò à proprio, & innato calore fit. quare necesse est, in omni mixto haberi proprium, &
innatum calorem. nec modò fit mixtum istius caloris actione; verùm & seruatur ab hoc eodem calo
re. vnde deficiente hoc calore dissoluitur mixtio, & mixtum desinit, vt in ijs, quæ putrescunt, appa
B ret. & calor is pars est substantiæ mixti, in qua ignis elementum, & aeris potissimum dominatur;
pręter has autem, est & pars aquea, à qua mixtum continuitatem habet, est & terra, à qua fixionem
& soliditatem retinet: quæ partes non sunt elementa simplicia, sed composite sunt, & mixtæ. omnis
enim pars mixti mixta est: sed in vna vnum elementum, in altera alterum elementum vincit, à quo
etiam habet appellationem. Istiusmodi calorem proprium, & innatum habent in animante om-
nia prima corpora, & partes simplices, ex quibus corpus vniuersum, & instrumentaria membra cō
stituta sunt. habent præterea, & humores omnes suum naturalem calorem, quo integri seruantur,
& in sua natura, & à quo, dum generātur, regulatur mixtio, & subinde generatio. alioquin. n. neq;
putrescerēt, eo corrupto, ab externo calore. Et hāc rem mihi vr̄ Auer. optimè percepisse, qui 4. & 5.
colliget de hoc calore verba faciēs, ait, ꝙ in simplicibus particulis animātis est suus calor, qui à natu Cap. 2.
ra illis in primo ortu propriè insitus est; & ex ipsa elementorum mixtione, vnde illę genitę sunt, ha Cap. 18.
betur. Et is est calor, de quo hactenus sermonē habuimus, quiq; non est vnius & eiusdem naturę in
omnib. corporibus mixtis, neq; in omnibus simplicibus particulis animātis, sed varius pro rōne
diuersitatis naturę eorū, quorum natiuus calor est. alterius. n. naturę est natiuus calor carnis ab eo,
qui est ossis, & ita reliquarū partiū. Est & alter modus naturalis caloris, qui à priori diuersus est,
C nec amplius cōis est mixtis omnibus; sed proprius ipsis animātibus, imprimis autē perfectis. Quod
vt facilius, percipiatis, debetis animaduertere, quòd natura, tanquam iustus administrator, vnicui-
que rei instrumenta apta operationibus proprijs impartitur, atque illis accommodat pro ratione
actionum, quæ illi rei maximè conueniunt. vnde quia calor præ omnibus alijs qualitatibus est ma-
gis actiuus, & ad actiones aptus, ob id omnes mixtorum formę agunt, & operātur, & proprias suas
operationes edunt per suū naturalē calorē. vnde vt per calorē gignūtur, vt paulò ante exposuimus,
ita etiam per eum operantur, & agunt. Quò autem res perfectior est, & ordinem nobiliorem, & gra
dum obtinet; eò etiam plures, & perfectiores habet operationes: nam vnumquodque est propter
operationē propriam. quare quò plures, & perfectiores habet operationes; eò illi plus caloris opus
est. & cùm nullū mixtum, & compositum corpus animali perfectius sit, nullumque plures, ac perfe
ctiores operationes habeat, & eas fortiores: ideò sapiens, & iusta natura illi liberalior fuit, & copiā
caloris maiorem, quàm alteri cuipiam mixto largita est; adeò quòd ex omnibus mixtis sola animalia
calida actu reperiuntur, & citra externum aliquod ea adiuuans calefacere possunt. reliqua enim mi
xta, vt Auer. 4. collig. animaduertit, externo egent adiuuante calore, vt alia actu calefacere possint.
natura enim his alium calorem pręter illum, qui omnibus mixtis communis est, indidit: qui priorē
D adiuuans, adaugēs, & fouens, est veluti sedes, & proximum animi instrumentum, sine quo neq; ani
mus, neque vita potest consistere. Et de hoc credendum dixisse Arist. in lib. de morte, & vita, quòd
generatio est prima participatio animi in calido naturali, & vita est eius permansio. & proinde vi-
demus, quòd cùm fluxus istius caloris intercipitur, vel vinculo, vel alia ratione, ita vt nequeat ferri
in aliquam particulam, illa paulò post interit, & sideratur. Huius caloris substantia & natura in san
guine, & spiritu consistit, vt sensere Hippo. & Gal. 8. de decretis. Pla. & Hippo. à quibus neque dis- Cap. 7.
sentit Arist. atque eum esse naturam nostram in lib. de tabe vel marcore dixit idem Galen. nec non & Cap. 3.
5. Apho. præterea & 4. dixit ex sententia Hipp. esse naturam, quæ regit solida corpora. Quòd autem Cō. 22
in sanguine, & spiritu esse habeat, ipse frequenter affirmat, clarissimè verò 2. Aphor. & 8. de Plac. & Cō. 73
Hipp. decretis. vnde & natiuū spiritum illum 5. de facul. simp. med. appellat. Istius verò caloris na- Cō. 1.
turalis præcipua sedes, & veluti minera, ac fons; si Arist. decreta sequi velimus, est cor omnino; ex Cap. 7
parte verò est, si Gal. nam ipse & 6. de vsu partium, & 4. com. in 6. Epid. apertissimè, & 5. de loc. affe. Cap. 9.
appellat cor focum, & larē natiui caloris ex parte inquam, quia eodem 4. com. in 6. Epid. dixit, cor Cap. 7.
& iecur calorem proprium statim à primo ortu ingenitum, & plurimum habere: carnes verò nō ha- Cō. 14
Cap. 1.
Cō. 25
bere

bare calorem propriom ingenitum, sed potius acquisititium ex sanguine. quę quidem sententia eò A
vergere videtur, quòd si in spiritu,& sanguine esse habet natiuus calor, partim à corde, partim à iecore depēdeat. Arist. autem vnū vtriusque fontem, & initium cor esse statuit, sicuti venarum,& arteriarum: ideò ipse vniuersam rationem caloris naturalis in cor referre potest. Gal. verò, qui sanguinis fontem iecur constituit, cor verò, spiritus idcircò diuersa necesse est illi initia hoc modo ponere istius natiui caloris. Vt tamē res hęc exquisitius deffiniatur, atque possimus exquisitius istius caloris naturalis naturam perspicere, hoc etiam considerandum est, quòd si exactè,& iuxta rei exquisitam naturā loqui velimus, sanguis ipse per se calor naturalis nequit iure appellari. nam calor naturalis est veluti causa agens,& efficiens in alendo, in augendo,& in omnibus alijs operationibus animalis obeundis: sanguis autem est tanquam materia, qua alendum corpus est; immò secundum Arist. vltimum alimentum. efficientis verò, & materiæ rationes adeò diuersæ,& quasi inter se aduersariæ sunt, vt in vnum,& idem conuenire nequeant. simili autem argumento contra Diogenem Babilonium probat Gal. quòd sangis,& spiritus non sint idē; quia videlicet spiritus moueat, sanguis alat. Vnde eatenus calor naturalis in sanguine habere esse dicitur, vt rectissimè rem hanc intellexisse
Cap.3 visus est Auer. 5. Coll. quatenus sanguis est propria,& proxima materia caloris: quod & Gal. sensis-
Cap.3 se videtur in lib. de vsu vel vtilitate respir. vbi animal lucernæ comparans, ait, cor ex proportione B
funiculo respondere, flammam calori naturali, sanguinem oleo. Accipiamus ergo primum tanquā constitutum, sanguinem pertinere ad rationem caloris naturalis, quatenus est propria eius materia: ex eo enim gignitur,& alitur vt sæpe loqui consueuit Gal. calor naturalis, hoc est spiritus. Iam er-
Lect. XII. go exposuimus, quo modo in sanguine esse habeat calor naturalis. Consideremus iā quo pacto spiritus pertineat ad rationē caloris naturalis, nū & ipse sit etiā materia caloris naturalis, vel potius sit ipsemet natiuus calor. In quo quidem theoremate Gal. satis clarè videtur sensisse vnam,& omnino eandem rem esse calorem naturalem,& spiritum: nam vtriusque eadem omnino esse elementa ait,
Cap.3 vt patet si quis legerit, 5. lib. de decre. Hippo.& Plat.& 1. Aph. & in lib. contra Lycum, præterea, in
cō.14. lib. de vsu respit. ait animę substantiam esse spiritum, innatum calidum & quid aliud voluit, quan-
Cap.6 cō.18. do scripsit in libr. 3. com. in sexto Epid. calorem naturalem habere suum ortum in corde, qui
Cap.9 est substantia vitalis facultatis. Possemus innumera loca ex eodem Galen. citare. sed vnus adhuc sit nobis satis ex 5. de simpl. med. fac. vbi citato 14. Apho. 1. Apho. ait, esse ibi intelligendum per innatum calorem, eum, quem in quocunque animalium natiuum spiritum nominamus. Nemo ergo est qui dubitare possit, quin Gal. voluerit spiritum,& calorem naturalem esse vnam,& eandem rē. Si
tamen rem hanc rectè perpendere velimus;& ad amussim iudicare, forsitan etiam profiteri poterimus, aliquam esse differentiam inter spiritum, & proprium ac innatum cuiuscunque animalis calorem. Occasionem autem istius sententię nobis tradidit Gal. loco nuper citato, vbi postiam recitata verba subiungit, nos iam antè spiritum innatum, etiā si non sit animi essentia, saltem eius esse primū instrumentum demonstrauimus in lib. de Hippo.& Plat. decretis.& certè dicimus eum spiritū, in omnibus animantis particulis contineri, sed non esse vndequaque sui similem, veluti nec sanguinē esse necesse est. tùm in spatijs inanibus non paruam eius inesse substantiam, immò potius veluti materiam quandam, leuiculam etiamnum mutationem exposcentem ad innati spiritus suis qualitatibus absoluti generationem. Quę vt rectè, & ad medullam vsque percipiantur. quia videtur ipse rationem spiritus ex similitudine sanguinis exponere, cùm dixit, veluti nec sanguinem esse necesse est: operæ pretium est, vt prius de sanguine sermonem habeamus, quem quidem iam satis constat esse veluti proprium omnium particularum alimentum. Vnde Arist. vltimum alimentum appellauit, vtcunque modò sanguinem accipiamus, siue pro collectione,& farragine omnium humorum, vt eū voluit esse alimentum corporis, siue pro vero sanguine,& quarto humore. neque enim quantum ad præsens nostrum institutum pertinet, hoc multum refert. Sanguinis ergo, vt sensit Galen. princi-
piū, est iecur, sicut & sedes naturalis,& altricis facultatis, vt verò Arist. est cor. Sed neque hoc pluri- D
mum facit. vnum est, quòd omnibus in confesso est, sanguinem generari à natura, tanquam alimentum omniū partium. si ergo sanguis in vniuersum consideretur, & simul referatur ad omnes partes alendas,& ad principium,& instrumentum primum sanguificæ facultatis, dicimus sanguinem vltimum,& proprium alimentum animantis; sed si particolatim, vel potius singillatim cōparemus sanguinem cum vnaquaque particula, neque secundum Arist. neque secundum Gal. sanguis erit proximum earum alimentum. antequam enim in alimentum ad illas transeat, oportet, vt ab vnaquaque particula transmutetur. nam alio sanguine eget cor, vt alatur, alio iecor, alio cerebrum, alio caro, alio ossa; vnde dū sanguis ad particulas defertur, vt illo alātur, transmutatur,& alio modo transmutatur ille, quo vnum, alio, quo alterum alendum est: quare secundum hāc rationem videtur sanguis potius appellandus materia alimenti, quàm vltimum alimentum. Eodem modo dicimus de spiritu. quòd si illa conferatur cum suo principio, ex quo suam habet originem, est veluti communis fons impartiens omnibus particulis calorem naturalem: neque alium impartitur nisi spiritum. est enim cor quasi focus in domo, in quo ignis accensus, vt docuit Gal. vniuersam domum calefacit: ita spi-

ritus

A spiritus idẽ erit, ꝙ calor naturalis; sed si referatur ad partes oẽs singilatim, q̃ eo spiritu, & calore sũt
fouẽdæ, & viuificandę, (ita.n. loquar) non habet rationem caloris naturalis & proprij illarũ: nisi
enim approprietur illis, appropriatur autem per transmutationẽ, per quam redditur conueniẽs na
turæ illius particulę, non poterit dici absolutus, & exquisitus earum partium insitus calor. & secũ
dum hanc considerationem habet potius rationem materię caloris innati, quàm quòd sit omnino
calor naturalis omnium particularum corporis animantis; vt de sanguine dicebamus. Et si rem hãc
diligẽti scrutinio disquisiueritis, inuenietis nihil aliud illis verbis satis obscuris voluisse Gal. Sed
forsitã longa hæc orationis series extra propositum nobis videbitur. Ego verò maximè dico eam ad
institutum nostrum pertinere, vt & vos iudicabitis, si vlterius aliquantò fuerimus prouecti. Dici-
mus ergo, quòd spiritus is in corde genitus, cùm ad vnamquamque particulam fertur, & illi pro-
prius fit, & congruens cum natura illius particulę, recipitur in ea, & miscetur, & iũgitur cùm inna-
to calore illius particulæ, quem diximus in ea generari in primo ortu ex mixtione primorum ele-
mentorum, ex quib. illa genita est; & ex illis duobus fit postea vnus calor, tanquam ex materia, &
forma, formæ enim rationem habet ille, quem cor influit, materiæ verò is, qui ratione mixtionis est.
Et rem hanc Auer. 4. collect. in hunc modum proponit, & intelligit, ac mea quidem sententia rectis Cap. 2
B simè. & is calor ex innato, & influente constitutus propriè est, & absolutus natiuus calor, & proxi-
mum, & adęquatum animi instrumentum. sed colligamus omnia in vnum. Habemus ergo tres dif
ferentias caloris, seu tria, quæ ad naturam, & rationem caloris innati pertinent, videlicet spiritum,
& sanguinẽ, & calorẽ illũ, qui particulis proprius est, siue modo accipiamus, quẽ primum exposui-
mus, siue illum, qui ex eo, & influente cõstitutus est. Et manifestum est, quòd tres istæ caloris differẽ
tiæ diuersæ, & distinctæ sunt per se, & secundum substantiam, & secundum naturam, vt vnicuique
patere puto. Sed & id iam manifestum esse cuique potest, triplicem reperiri in animantibus, pręser
tim verò perfectis differentiã substantiæ, quę ad rationem naturalis caloris pertinet, videlicet spi-
ritum, & sanguinem. hoc enim Gal. ipse nos docet loco parũ antea citato nimirum 5. de fac. simpl. Cap. 9
med. vbi ait: verùm nihil prohibet substantiam sanguineam, aeream que simul cum spiritu calidum
in audire innatum. Horum autem vnumquodque dum propriam, & animali congruentem, vt supe
rius ostẽdimus, temperiem seruat, ad rationem naturalis caloris pertinere potest: sed vbi huiusmo
di limites excesserit, accesserit autem ad qualitatem, & naturam igneam, iam, vt superius fuit demõ
stratum, à natura natiui, & proprij caloris recedit, & incipit extraneus, & præter naturam esse; nec
amplius est instrumentum naturæ aptum ad operationes particulis proprias exercendas: sed potius
C eas lędit, & imperfectas efficit. Vnde ex vitio istorum calorũ (ita enim in præsentia loquar) cùm ad
igneam naturam transmutantur, febris accenditur; quæ quidem diuersa secundum naturam est, si-
cuti diuersa est natura illius differentiæ caloris, qui vitiatus à sua naturali temperie mutatur. cùm
enim spiritus ignescit uel inflãmatur, febris ephemera excitatur: cùm sanguis, aut aliqua in eo substã
tia, nempe humor aliquis, accenditur febris humoralis, vel putrida: putrescunt, enim humores, cũ
à sua natura defecerint, vt suo loco ostendemus: at si calor, qui proprius, & congenitus cum primis
particulis ab ipso ortu, degeneret in extraneam, & igneam naturam, febris ea excitatur, quæ hectica
dicitur. vitiatur enim, & transmutatur temperatura naturalis totius habitus corporis, hoc est soli-
darum partium vitiato proprio, & innato corde. Quare iam satis patet, quòd tres hę febrium
differentię sunt differentię per se, & ab ipsa rei natura, & substantia, & non solum, vt ad medi-
cum relatæ. & diuisio hęc est generis in species per proprias differentias, non autem diuisio per
accidens, vel accidentis in subiecta, vt nostri recentiores videntur affirmare. Præterea verò per-
spicuum est, quòd hæ sunt magis propriæ differentiæ, nam illæ, quæ vel à magnitudine caloris,
vel à motu caloris accipiuntur, ab his omnibus pendent, vt potest vnusquisque ex se considerare no
lumus enim in hac re longiores esse, ne uobis tedio simus. Transeamus iam ad alia. Mouent la-
D tini expositores in his capitibus multas quęstiones, quæ re vera excedunt fines medici; sicuti an
elementa formaliter, vt aiunt ipsi, sint in mixto, & similes, quas nos consultò volumus pretermitte
re, tanquam ad nostrum institutũ nihil pertinentes. Digrediuntur autem hic Dynus pater, & Tho-
mas filius, & quærunt, an præter tres differentias febris, quæ à triplici eius materia accipiũtur, pos
sit præterea & aliud genus febris ab alia materia, sicuti à chylo, vel succo in ventriculo putrefacto,
vel à secundis humiditatibus ab Auic. positis, aut à stercoribus putrescentibus accipit: hęc enim fe-
bris neq; ex humore, neq; ex spiritu inflammato, neque ex solidis particulis; atque inter se litigant.
Nos verò, quia hęc omnia ex putrida materia pendent, ideò putamus referendam hanc quęstionẽ
ad tractationem febrium putridarum. Neque etiam in hoc proferemus sermonem in longum, vt
quæramus, an calor naturalis, & febrilis sint duo calores distincti, & separati, in febricitante natu-
ra, & re ipsa, vel potius sit vna, & eadem res; quę sub diuersis rationibus, & naturalis, & extraneus,
vel præter naturam calor dicatur. Nam vnusquisque facile potest ex se huius quæstionis solutionẽ
ex dictis depromere: si enim constituimus febrem nihil aliud esse, nisi calorem naturalem transmu
tatum ad igneam naturam, necesse est eadem rem esse, quæ prius, cùm temperatior esset, naturalis,

caloris rationem habuit: mox autem mutato temperamento facta est præter naturam. Hoc tamẽ ad A
uertendum, quòd natiuus calor cùm in igneum mutatur, vitiato eius temperamento, nunquam, dũ viuit animal, & operatur, potest omnino, & penitus fieri igneus, & præter naturam. cùm enim iam factus est extraneus, & præter naturã omnino, in eo non potest animus consistere, neque operationes edere, neque vita persistere. ex parte enim naturalis est, ex parte verò extraneus, & aduẽtitius. vnde, & facit ad operationes, sed non probè facit. quare ille imperfectè euadunt. Iuniores dicerẽt, immò & Arist. esse re, & subiecto vnum, ratione verò vel formaliter duos. Et hęc satis quantũ ad hanc materiam. Sed & id præterea exponẽdum est, cur cũ febris sit morbus, vel affectio calida, & sicca, id
co. 16. enim & Gal. affirmat 1. Apho. quo loco Hippo. victum humidum omnibus febricitantibus vtilem esse ait: omnes tamen per calorem eam diffiniunt, siccitatis verò obliuiscuntur. Ad quod videtur respondere posse, quòd id intelligitur. nam cùm dicimus febrem esse calorem externum, & igneum, in hoc includitur, quòd siccus etiam morbus sit. ignis enim elemẽtum calidum, & siccum est, & ignea caliditas semper cum siccitate est: quanuis autem ita sit, attamen primum calida affectio febris est, sicut ignis elementum, primum calidum est, secundariò verò siccum; primumque caliditate officit, non autem siccitate. licet mox & siccitas consequatur, & tandem siccitate quoque lędat. Apposité ergo medici omnes in genere caloris pręter naturam collocant febrem non autem siccitatis. Opponunt autem huic definitioni iuniores, ac probant non esse vsque quaque verum, febrem esse calorẽ. B
nam in aliqua febris parte friget corpus, nec vlla percipitur caliditas; vt in accessionũ principiis in intermittentibus febribus. Pręterea in syncopali febre exteriora frigent, vt poterit, si quis tanget, percipere; & interiora etiam præcipuè verò cor, vt pulsus indicant, qui cordis imprimis affectionẽ demonstrant: sunt enim in hac febre parui, rari & imbecilles. Qui etiam ex colliquatiua febre moriuntur, febricitant, & tamen illis exteriora frigent. & respiratio frigida, quę & cordis, & totius cor
Lect. XII. poris frigiditatem ostendunt. Si quæcunque ab expositoribus latinis hic & 1. fen. 4. Can. Auic. dicũtur, ut hos nodos dissoluant, referre velimus, nimis in longum oratio nostra protraheretur, & sine multa vtilitate, eapropter nos ea referemus, quæ magis consona rationi videbuntur. Ad primũ itaque, quod oppositum fuit, dicimus, q in initijs accessionum nondum febris est accensa. nam extra venas putrescens humor febrem accendit pulsa putrida fuligine ad cor; non putrescit autem in venis. tunc. n. ex venis expellit, cùm rigor concitatur, & membrorum conussio. vnde nõdum incipit febris. Vel dicere possumus, quòd calor ad interiora eo tempore refugit, tàm naturalis, quàm extraneus, & ideò refrigescunt extrema: non tamen propterea tollitur, quòd febris essentia non cõsistat
co. 18. in calore. Vnde Gal. 1. lib. com. in 6. Epid. ait, febrem esse calorem præter naturam, qui potissimũ in C
vniuersũ animal, vel in plures, vel in principes partes diffunditur. refugit ergo ad internas partes si quis acensus est febrilis calor. & proinde in his principiis febricitantes, valde sitiunt: quod est caloris signum. in internis autem coarctatus calor, magis postea efferuescit. Ad alterum, quod obiiciebatur de syncopali febre, dicimus, quòd in febre syncopali, quæ humorosa ab arabibus, & latinis iunioribus appellatur, accensus quidem est igneus calor, qui febris est: ille tamen à multitudine frigidæ, & crudæ materiæ, quasi strangulatur, & extinguitur simul cum naturali calore. vnde cũ ignis suffocatur, & hoc modo extinguitur, dum ignis est, semper calidum corpus est; quanuis interdum ad eò lãguet, vt eius vis percipi nequeat. ita semp febris calor est, & igneus calor: nõ percipitur autẽ; quia eius calefaciẽs vincitur à materia multa frigida, & cruda. plus enim ea in refrigerando potest quàm febrilis calor in calefaciendo: sicuti si in domo, vel cubiculo, in quo multa esset glacies, paruus ignis accenderetur, ignis ille facultatem sanè calefaciendi haberet, longè tamẽ magis posset glacies multa in refrigerãdo. & hac ratione fiunt pulsus parui, & rari. In syncopali autem, quam minutam nostri appellant, ex acribus humoribus os ventriculi pungentibus excitata syncope, calor naturalis, & spiritus, qui cum febrili, vt diximus, idem est subiecto, dissoluitur. Sicuti & in febribus colliquatiuis spũs frigidus expiratur; quia calor vterq; propè extinctione est, vt non amplius eã vim habeat quanuis in se calor sit, vt possit expiratum, & inspiratum aerem calefacere. Præterea omnes & D
de eo dubitant, quod à Gal. 1. & 2. cap. promulgatũ est, nẽpè quòd febris esse nõ possit, niũ in corde igneus calor accendatur. quod & alibi Gal. testatur, pręcipuè verò 2. de fracturis, vbi ait corde affe-
co. 23. cto excitari febrem. cuius modum exponit in lib. de rat. cur. per sect. ven. eadem verò commentatione 2. de fract. rationem innuisse videtur, cur febris nequeat accẽdi, nisi corde affecto, cùm dixit, quia
Cap. 5 cor est fons caloris naturalis sanè. nam si febris sit calor naturalis in igneum conuersus, conuertitur
Cap. 4 aũt, quia eius tẽperies & mediocritas, corrumpitur teste Gal. eodẽ 2. de naturalibus facult. ex hoc sequitur quòd idem cor, quod cùm benè valet, est fons naturalis caloris, cùm malè affectũ est, fons efficiatur caloris febrilis. Hoc etiam, & alia ratione firmari potest. cùm enim plures partes, & diuersę in eodem corpore vno, & eodem affectu simul afficiuntur, necesse est, vt ab vno communi principio malè affecto ortum habeat affectus ille. nam ut & Galen. docet, si plures sensus simul laborent, & simili affectu, omnes sensuum affectus in cerebrum referendi. quare cùm aut omnes corporis partes, aut plures, aut magis præcipuè in febre à calore tenentur, necesse est, vt exordium febris

ab

A ab aliqua particula petatur, quę earum omnium princeps sit: nec alia esse potest, nisi cor. quare sem
per in corde primū accēditur febris. Neq; multi momēti sunt dubitationes, quas excogitauerūt ex-
positores. opponunt enim, quia pōt iecur. quod & ipsum præcipuū membrū medicis est, per ve-
nas calorem aliquem impertiri, & eum non naturalem, sed igneum corpori vniuerso, sicut cor per
arterias: quare accendetur febris, non affecto prius corde. Huic obiectioni respondemus, quòd fal-
so nititur fundamēto, quo negato vniuersa ratio ruit; falsum siquidem est, vt vix imaginari quis pos
sit, si naturam iecoris, & cordis probè, & exquisitè teneat, quòd adeò incalescere igneo calore iecur
possit, vt calefaciat corpus vniuersum, non calefacto prius, & affecto corde: Immò primum, ꝙ cal-
fiet, erit cor; quia nullū mēbrū, nullumq; viscus est; quod maiori nexu, maioriq; vicinitate sit iecori
iunctū, quàm cor iungitur. n. & per cauam venā, quę statim, vbi iecur fuerit egressa, maximū omniū
ramum in dextrum cordis ventriculum demandat; vt etiam Arist. crediderit ramum illum potius
stipitis, quàm rami rationem habere. deinde nōne vena magna, & maxima arteria, quę statim à pri
mo suo ortu pariter per spinam dorsi feruntur, adeò exactè altera alteri hæret, vt facilis, & perpe-
tuus sit transitus per tenues meatus ab altera in alteram? vt ipsa experientia ostendit; quacunque n.
earum secta, euacuatur tandem sanguis, qui in vtrisq; continetur. Addamus & huic, ꝙ nullum mem
B brum in animantis corpore est, quod aptius, quod facilius, quod velocius calefieri possit corde; vt
pote quod dum sanum etiā est, suapte natura ferueat. fieri ergo nequit, vt calor febrilis à iecinore
ortus in vniuersum corpus diffundatur; nisi prius cor afficiatur. Hoc verò, deducto etiam argumen
to à signo, probare possum, & certo quidē signo: sicuti. n. Gal. 1. lib. artis. cur. ad Glauc. ait, febris, &
vrinis, & pulsu cognoscitur. cap. verò 6. ait, hoc omnibus febribus commune esse, quòd nimirū in-
æqualitatem habeant in vna arteriæ pulsatione: quod etiam affirmat 3. de præsag. ex pul. pulsus ve-
rò affectionem cordis præ alijs omnibus ostendit. vnde cùm fieri nequeat, vt febricitet aliquis sine
pulsus inæqualitate aliqua, neq; etiam febricitare potest sine cordis affectu. Quod si iterū instes, vt *Lect.*
multi instant potest frigus dispergi in totum corpus, sine cordis consensu, ab aliqua alia particula, XIIII.
sicuti à iecinore, vel liene, vel ventriculo: ergo itidē poterit & calor. Argumentatio hęc omnino
vitiosa est, & nullius momenti; vtpote quę peccet & forma, & materia. Nam primum sequella vi-
tiosa est, & neganda; quia non est par ratio caloris, & frigoris. etenim cor præ alijs omnibus visceri-
bus refrigerantibus causis resistit. quippe quod & primò calidum sit, & semper veluti feruens. vn-
de in morientibus vltimum est, quod refrigescat. cum tamen contra facillimè omnium incalescat, &
accendatur. Sed & id, quod assumitur, falsum est, nempè quòd totū corpus refrigescere possit adeò,
C vt actiones lædantur; nisi cor etiam consentiat. Qui enim fieri potest, ut id accidat; nisi vis cordis
superetur prius eo refrigerato, quod est veluti scaturigo, & fons caloris totius corporis, à quo calor
in totum corpus diffunditur, & perpetuò fouetur. quod eodem signo potest ostendi. fiunt enim pul
sus parui, & rari, sicuti in hydropę fieri docuit Gal. 3. de caus. puls. Sed quia iam satis cōsumpsimus
temporis in his quæstionibus, opportunum fuerit transire ad caput. 4. in quo de pestilēti febre agē-
dum erit. si tamen vos prius monuero, quòd hæc omnia, quæ hic de causis febrium à Gal. præcipuè
uerò hoc 3. cap. proposita sunt. Auic. transtulit ad tractationem de febribus ephemeris, & ea com- Ca. 14
plexus est capite de causis ephemerarum febrium. vnde qui Auic. afficiuntur, si quæ hic fuere à no-
bis exposita, quatenus ad harum causarum expositionem pertinet, probè tenuerint, ea poterunt il-
lis esse tanquam comentationes; vel explanationes, & illæ quidem exquisitæ, illius capitis.

De Pestilentis febris generatione. *Cap. IIII.*

D

CALIDIORES autem ambientis nos aeris status, quales maximè circa canis ortum
contingūt. &c. Et si caput hoc fuerit à secundo & tertio, vel ab interpretibus didu-
ctum, vel à typographis ita distinctum; materia tamen eadem, & idem ferè horū om
nium scopus, & argumentum est. Accepto enim hoc tanquam manifesto, & omni-
bus noto, vel etiam vulgaribus, vtpote quia sensus, & experientia ostēdat, ꝙ causæ
externæ, & quæ procatarcticæ quasi præincipientes à græcis medicis dicuntur, iu-
niores primitiuas appellant, febres concitent: illud quod deinde, & vulgaribus, & multis etiam me
dicis occultum est, vt ob id, quod etiam manifestissimum est negauerint, cæperat ostēdere, nēpe quo
modo ab his externis causis adeò diuersis natura, & proprietate, idem sequatur effectus: febris enim
calidus morbus: causę verò ex his multæ potius refrigerandi vim habent, quàm calefaciendi. & hoc
docere cępit precedenti capite exponens, quòd omnes quidem hę causę vim habent calefaciēdi, aut
per se, vt aiūt philosophi, aut per accidēs, & id singillatim ferè in omnibus alijs persecutus est. Hoc
tantum reliquum erat, vt demonstraret, quomodo aer ipse, qui ambit, & circunfluit nos, pro ratio-

ne suæ temperiei, uel qualitatis calidæ, aut ad caliditatem attinentis calefacere adeò corpus possit, vt corde facto calefactionis istius participe, febris accendatur. Et quāuis videatur inscriptio cap. ferè significare, quòd primario instituto hic sit tractatio instituenda de febre pestilenti, atq; quomodo ab ea cauendum sit; si tamē rectè rem perpendamus, potius ex incidenti, & vt ... res hęc tractatur. nam neque ad hunc locum pertinet hæc tractatio, sed ad locum, vbi de febribus putridis erit agendum. Verùm quia plerunque febris pestilens ab aeris mutatione suum habet ortum; ideò hic de ea agit non propria ratione, sed vt per eam ostendat, quonam pacto ex aere possunt febres originem habere. Postea verò, quia, vt dicebat Auer. sermo, qui per se verus est, eam naturā habet, vt possit soluere omnes dubitationes & omnia obiecta: in secunda parte dissoluit rationem uel sophisma eorum medicorum, qui contendebant has minimè ponendas esse inter causas tùm febris, tùm morborum. Quantum ergo ad primam partem pertinet, considerādum est, quòd calidior status ambientis nos aeris duobus modis potest nos calefacere, & tandem cor; vno quidem per se: altero verò per accidens. per se quidem, quando ipse primum calefactus est, sicuti diebus canicularibus. cùm. n. calear tunc, & vehementer caleat, ea ratione, per se quidem, nihil aliud primum potest facere, nisi calefacere: calefacit antē, dum cōtinet, & contingit extremam partem cutis: illa verò calefacta suppositas partes calefacit, & alię alias, ita vt tandē sæpe ad cor, & inde in vniuersum corpus dispargatur calor. Præterea verò, & cùm inspiratur aer calidior, vim habet calefaciendi: trahitur enim ad cerebrum, ad pulmones, & tandem ad cor; atque ita etiam per hanc viam calefacit. Tertiò etiam per diastolen trahitur ab arterijs, & per eas prius calefactas cor cum illis cōsentiens calefacit: & ita per se calefacit ambiens nos aer. Per accidens autem calefacit, quatenus causa est putrefactionis excitādę in corporibus animantium, pręcipuè verò in humoribus, in venis, & arterijs, & corde contētis. Autor autem est putredinis aer, duplici de causa, vel ipse ex se siue alterius extraneę rei mixtura; vel quia vapores aut halitus secum permixtos habet putridos: qui ab aliqua putri materia ortū habuere, & sūt veluti semina putrefactionis. Primo quidem modo efficit putredinē præsertim in ijs, qui habent corpus non probè difflabile: aucto enim calore, humores, cùm non possint diflari, putredo apprehendit: id verò præcipuè euenit, quando immodicus fuerit calor externi aeris, quasi uincens omnes innati caloris vires: aut in ijs, qui uitiosis referti sunt humoribus, ex praua uictus ratione contractis; paratissimi enim sunt, vt ex leui quacunque occasione putrescant. Pręterea verò & in illis, qui in aere veluti suffocato habitant, qui facilè perflari nequit, sicuti illi, qui in tugurijs degunt humilibus, & in quibus non est facilis perspiratio. His omnibus de causis exorta putredine aer febris accendendę in causa est. Et si quęras, quando aer ex putridis vaporibus mixtis inficitur, vnde illi adueniant vapores hi. Respondet Gal. quòd ex cadaueribus iacētibus inhumatis, nec crematis: sicut in prælijs interdum, & in bellis contingit. aut ex aliquibus aquis stagnātibus ęstatis tempore in paludibus, & vallibus, vel humilibus alijs locis. In quas causas refertur prouentus pestilentiæ, quę verè pestis vel pestilentia dicitur. ex infectione enim & corruptione aeris plerunque solet habere ortum; qui quidem corruptionem ex vaporibus habet: interdum tamē & ex immodico eius calore. Quas omnes causas conuenisse, & simul conspirasse, auctor est Thucydides in ea pestilentia sęuissima, quæ in Athenienses grassata est. Ex eadem autem aeris contaminatione nascitur contagium in morbis pestilentibus; quia videlicet aer inficitur à corporibus affectis pestilenti morbo, dum ab eis exhalat vapor putridus, quo aere qui vtuntur, si sint apti ad concipiendam putredinem, facilè correpti & ipsi eodem morbo deinde laborant. Sed vt ea, quæ dicta sunt hactenus, facilius, & melius teneatis, aduertendum est, quòd pestis, & pestilentia, quæ vna, & eadem res est, in ijs morbis est, qui epidemici ab Hippo. & antiquioribus medicis dicuntur, vt pote qui communi quadam ratione populos passim inuadant, & deuastent. Vt enim Gal. & Hippo. in primo de rat. vict. in acu. morb. & in secundo de natura humana, & in libro de aere, & aqua, & regionibus. item verò, & statim à principio, primo libro Epid. docet. morborum triplex est differentia. Alij enim epidemici. Alij endemici. Alij verò sporadici græcè nominantur, vt ita possit fieri partitio. Morborum alij communes multis sunt: alij verò priuati, & particulatim tantum aliquibus eueniunt. Communes quidem ex communi aliqua, cuius participes sunt aut omnes, aut plures, ratione, & causa initium habent. communis verò causa est, aut aer, aut aqua; his enim omnes nti necessariò cogimur: præterea & uictus ratio, quando communiter aliquæ ciuitates aut regiones vel necessitate coactæ, vel habitu ex consuetudine contracto eadem vtātur, facit, vt aut omnes, aut plurimi, qui ea vtuntur, eisdem sint morbis obnoxij. Causæ autem hæ communes aut sunt locis illis ueluti naturales, aut saltem spontaneæ: aut sunt aduentitiæ, sed coactę. Communes aliquibus locis, & consuetę sunt, sicuti est aqua, uel aer, quę illis locis proprię & naturales sunt: sicut tumor, qui ex anteriori parte ex ortus, qui βρογχοκήλη, quasi gutturis ramex, græcè dicitur, bochium verò à modernis appellatur, in uallibus aliquibus Brixiensibus adeò illis omnibus, qui ibi habitant, familiaris est, ut cui deest, aliquod membrum naturale ei deesse illis uideatur. contingit autem illis uitio tùm aeris frigidi, tùm crudarum & frigidarum aquarum. Alexandriæ

A driæ etiã olim familiaris,& frequens erat morbus elephas. quod Gal. retulit in rõné victus, & eos
cibos, qui tunc promiscuè in vsu erant. hos oẽs morbos endemos, vel endemios, vel endemicos nũ
cupabãt græci, quasi populis illis cões,& familiares. Cãęaũt cões, & aduẽ titiæ, quæq; nõ sunt illis
familiares, neq; consuetæ, sed necessariò contingunt illis ex aliqua noua, & rara occasione, sunt si-
cuti aeris mutationes, quãdo ex superiori aliqua ratione, uel ex uentis fiũt: uel ex infestione à putri
aliqua materia: uel ex mala victus ratione, qua ex fame vti coguntur, vt in penurijs cõibus, in obsi-
dionibus, in bellis. hos autem morbos, qui multos in eadem ciuitate, vel regione, ex aliqua cõi cã,
vel occasione secundum hanc rationem adoriuntur, epidemicos, vel epidemios appellarunt anti-
qui. Cùm verò morbi quidam, & uarij contingunt, qui tamen non sint multis cões, sed diuersæ na-
turæ, & diuersi generis in diuersis ægrotantibus fiut, neque sequantur cõem aliquam, & similẽ cãm,
sed variam, & diuersam in diuersis pro ratione diuersorum errorum cõmissorum in victus ratione
hi sporadici, quasi sparsi dicti sunt; eò q; differentes, & diuersas in diuersis, & naturas, & occasiones
habeant. Pestis verò seu pestilentia propriè inter epidemicos locũ habet. vera.n. pestis, q̃ propriè pe
stis dr semper, aut aeris, in qua uersamur, aut aquarũ, quib. vtimur, uitiũ, aut cões errores in uictu
ab omnibus comissos, ratione quorũ geniti sint multi praui succi, qui postmodũ paruo negotio, &
B leui occasione putrescunt, sequi solet. Non tamen omnis epidemicus morbus pestis dici debet; sed Lect.
qñ malignus valdè est, & qui plurimos perdat, ac interficiat, dicitur pestis propriè, & pestilentia. XV.
Lethales autẽ ut plurimũ sunt hmõi morbi ob eximiam quandam malignitatem, & prauã putredi
nẽ, qua putrescunt humores in corpore, ac pro rõne maioris, vel minoris putredinis, uel deterio-
ris, & minus prauæ; ita & malignus magis, & magis lethalis euadit morbus: uel minus malus, & ma
lignus. Sed si vlterius quæras, an omnis pestilens febris etiã pestilentia, vel pestis appellari possit.
Dico quantum ad hoc, q̃ quãuis febris pestilens à pestilentia suã habuerit nũcupationẽ, nõ oĩs tñ ob
id pestilẽtia dicẽda est: neq;.n. oĩs febris pestilẽs morb. est epidemicus, q ex cõi quadã rõne, vt nuper
exposuimus, ortũ ducit, quiq; multos eodem tpe adoritur, ac pdit. sępe.n. immò singulis ferè annis
æstatis tpe uidemus aliquos, psertim verò in magnis vrbib. vbi varij, ac multiplices in victu errores
cõmittuntur, maligna, ac pestilẽti febre corripi, nõ ex cõi aliqua cã, sed ex ea dũtaxat priuata victus
rõne, qua ipsi usi fuere; quæ qdẽ febris similis formę ẽ, & eiusdẽ malignitatis cũ ijs, q̃ p vrbes in pe-
stilẽtijs passim vagari solẽt: cũ tñ nõ ita frequẽs pestilẽtię ipsæ sint, vt patet. Neq; uerò mirũ ẽ, hmõi
febres aliqñ cõtingere: nã sicut in pestilentijs ij maximè afficiũtur, ut hoc loco docet Gal. qui ad pu
tredinẽ parati sunt; sic facilè fieri põt, ut ex multis hic relatis causis quædã interdũ corpora reperiã
C tur apta & disposita, ita ut ex leui postmodũ occasione possit in ijs, in ipsoq; ẽt corde talis ac tanta
putredo cõcitari, qualis ac quãta in pestilẽtijs accenditur; quemadmodũ Gal. cõcedit põe intra cor-
pus venenũ p adustionẽ, vel putredinẽ gigni ęqualis malitię, & prauitatis, cuius venena sunt, q̃ exte
rius nata à maleficis dantur. Et ego uidi canẽ, qui excrementa lenia illa, & syncera, quę excreuerant
quidã pestilenti febre laborantes, comedit (cũ tñ alioquin nulla uagaretur pestilẽtia) & paucis horis
morte correptus cecidit, totusq; turgidus factus est. Manifestũ igitur ex his esse arbitror, non oẽm
febrẽ pestilentẽ esse morbũ epidemicũ, & cõsequẽter nõ põe dici pestẽ seu pestilẽtiã: quãuis postea ali
qñ cõtingere q̃at, ut febres, q̃ inter initia sunt tãtũmodo pestilẽtes, tãdẽ in pestẽ trãseãt: verũ hoc est
alterius negotij. Sed si pterea ẽt sciscitetis, qñã ppria, & per se sit rõ. febris pestilẽtis: varij.u. vario mõ
de hac re sensere. Res hæc aliquãtò difficilis est, & q̃ nõ uideat ptinere ad hũc locũ, cũ, ut paulò añ di
ximus, nõ ex primario pposito eius hic meminerit Gal. sed ea tñ rõne, ut ostẽderet, quonã pacto ex
aeris statu, & mutatione corpora humana in febrẽ incidãt, cũ ergo maximè hęc tractatio ad febres pu
tridas attineat, eã ad illũ locũ trãsferemus, ut ẽt minus tpis conteramus, & citius ad curãdatũ febriũ
rõnẽ pueniamus. His itaq; in hũc modũ declaratis, accedamus ad secũdã istius capitis partẽ, ĩ qua dis
D soluit rões eorũ, q oĩ opere contẽdebãt pbare, q̃ externæ hæ, & manifestæ causæ à nobis appellatæ
nõ possint haberi tanq̃ ppriæ cãæ febris. Rõ aũt, qua mouebant, hæc est; qa qd per se, & secũdũ pro
priã naturã tale est, id semp tale; & nõ cũ vno tale, & cũ alio minimè. Vnde si hę sunt vere febriũ cãę,
semper & oĩb. in quos inciderint, febres afferent, qd tñ secus est. nã neq; oẽs, qui canicularib. dieb.
iter faciũt, febre corripiũtur, neq; in aeris pestilentib. constitutionib. oẽs in pestẽ incidunt. Adde-
bãtq; pręterea: si calor, frigus, cruditas, temulẽtia, & istiusmodi reliqua uerę febricitãdi causę essent;
qui magis incalescerent; illi magis febricitarent; & qui magis refrigerarentur; atq; de alijs. eodẽ mõ
hoc verò falsissium est. nã multi ex leui occasione ab his habita in magnas incidunt febres, cũ tamẽ
alij plurimi ex maioribus occasionib. nulla tenentur febre. Has rões si qs uoluerit percipere, ac
eorum dissolutiones longiori sermone tractatas, legere põt librũ de causis procatarcticis Gal. ubi de
his ad saturitatẽ agit. Nos aũt quàm breuissimè de his agemus; ne dum in his nimis uersamur, occa
sionem amittamus ad utiliora perueniendi. Hic ergo rei affinitate, & quasi consecutione ductus ad
has eorum rationes respondet: vel nobis fundamenta exponit, quibus facilè dissolui possunt eius-
modi sophismata. Totũ verò responsionis momentum innititur fundamento illi philosophico ab Tex.
Arist. descripto, q̃ s. actus cãtum agentium fit in patiente disposito. Vñ & 1. de gen. & inter. ait, q̃ 43.

passio fit merito similitudinis: actio verò meritò cõtrarietatis. Quo posito facilis patet rñsio: cũ.n. A
inserũt, ꝙ si hæ essent causæ febriũ, vel morborũ effectrices, sequeret, ꝙ semp, & in oibus febres effi
cerent. negandũ est argumentũ, vel, vt nostri solent rñdere, negãda est cõsequentia; & rõ negationis
est hæc. Quia cã, quãuis ipsa, quãtũ in ipsa est, vim aliquid agendi habeat, nihil tñ agere põt, nisi ha
beat, in quod agat; neq;.n. cã agere põt in se ipsam. Sed illi aliquo subiecto opus est, in qđ agat. nam
ex quadã ratione, & proportione inter vim, & potestatẽ ipsius agentis, & resistentiam illius, in qđ
agendu est, sequitur omnis rõ ipsius actionis. Vnde sicut nõ est semper eadem, & ęqualis vis, & po-
testas agentiũ cãrũ, aliæ enim ualentiores sunt; aliæ verò infirmiores: ita ẽt ea, in quæ agunt, nõ ean-
dem promptitudinem, & facilitatem habent, vt pariter affici possint. alia enim magis incpta sunt,
& magis resistunt ipsi agenti, & efficienti. Nimirũ, si & causæ semp æquales essent, & vim parẽ habe
rent, & ea quoq;, quę afficienda sunt, parẽ aptitudinẽ, & facilitatẽ haberẽt ad recipiendã impressio
nẽ, & affectionẽ ab illis causis; argumentũ sequeretur, nẽpè ꝙ semp idẽ effectus ab eisdẽ causis profi-
cisci deberet: sed cùm hæ causę nõ semper æquales sint, & ęqualẽ vim habeant: nã neq; semp ęqua-
lis est in aere ęstus, neq; ęqualis corruptio; neq; ęqualis cõcitatur animi motus ex ira; vel mæstitia:
præterea neq; ea corpora, quę in eas cãs incidũt, æqualiter apta, & parata sunt, vt afficiantur. ideò
neq; mirũ deinde est, si neq; oẽs ab his causis semp febricitent; neq; si in pestilenti anni tpe, oẽs, qui B
in eodẽ aere uersantur, peste inficiantur; neq; ẽt si illorũ, qui afficiuntur, aliqui magis, aliqui minus
patiantur; aliqui euadant, alij pereant. Nam nemo negauerit ignem uim habere comburendi, neq;
tñ omnia comburit; neque ea, quæ cõburuntur, æqualiter, & ita citò cõburuntur: alia.n. ab igne ci-
tissimè cremantur: alia neq; ẽt cremari possunt: quædam uix ab igne superari queunt, id verò ijs cõ-
tingit, nõ nisi ob eam, quã habent vel ex natura, vel ex arte, vel ex tpe contractã aptitudinẽ, & appa
ratũ, vt facilius, uel difficilius comburantur. Eadẽ ratione, & alia corpora animantiũ citissimè à ca-
lore, & maximè lęduntur: alia autem à frigore: alia alijs causis magis sunt exposita, vel à natura ipsa
statim à primo ẽt ortu ita facta: uel aduentitia quadã ratione contracta ex errorib. in victus rõne, vel
spontaneis, uel coactis. Et ut rem hãc exquisitius percipiatis, considerãdũ est, ꝙ ex causis prędictis,
quas Gal. recensuit, tanq̃ ex quib. febres habeant ortũ; aliquæ sunt, q̃ propriè habent modũ causæ ef
ficientis; quia corpus ex natura sua immutant; & calefaciunt, & calefaciendo ad febrem pducunt, si
cut nimius aeris calor, qui põt primũ esse ephemerarum, & hecticarũ febriũ efficiens causa: item &
motio multa, & vehemens, ira, & mæstitia: sicut idem ẽt calor putridarũ febrium in cã est, dum su-
perat, & dissoluit vim caloris naturalis. frigus verò p accidens cõstipando cutim, & occlusis meati C
bus, p quos difflatur corpus, vt declarauimus, & interdum extinguendo naturalem calorem. Ira ẽt
putrida aeris constitutio febrium pestilentium est cã ferè efficiens, qui dũ uersatur in corde p inspi-
rationem, inficit, & uitiat ipsum cor. & pro ratione, qua hęc maiora sunt, & intensiora; ita ẽt maio-
rem vim habent imprimendi, & magis ẽt imprimunt; nisi eis resistat corpus, cui occurrunt, vtpote
quod habeat vim validã, qua illi possit repugnare, uel ex ipsa natura tale constitutum, vt facile pos-
sit contemnere oẽm contrariam vim cãrum id oppugnantium: uel cura, & industria, intercedente
proba victus ratione, quę oĩno opposita sit actioni, & operationi illius causę. Alię verò in illis sunt,
quæ à philosophis referuntur ad genus causę materialis, quatenus tñ ad hoc munus ptinent: sunt. n.
tanq̃ pparantes subiectum corpus, vt facilius, & promptius pati, uel affici possit ab effectricib. illis cau
sis: vt maximè in febribus pestilentib. & putridis, quæ propositæ sunt à Gal. tanq̃ illę, in quib. faci-
lius poterat ostendere sui propositi veritatem, videre est. corpora.n. quæ aut suapte natura, aut alia
ratione multa abundãt humiditate, facilè putredini patent. materia.n quæ facilis est, ut putrescat,
est humiditas; sicuti efficiens est alienus calor. Quæ ergo corpora scatent multis humorib. qui præ
multitudine nequeant commodè difflari, facilè putrescunt; item quæ continent, atq; congerunt vi-
tiosos humores, siue id fiat vitio intemperaturæ viscerum, siue ob peruersam uictus rationem: nam D
cùm humores illi sint uitiosi, & inepti ad naturę officia, malè ab ipsa uel à suo innato calore admini
strari possunt, & propterea ab externo correpti citò putrescunt. Vnde & hac ratione, tùm plethora,
hoc est nimia sanguinis copia, tùm cacochymia corpus aptum reddit, vt à febribus, tùm alijs, tùm
vel maximè putridis, & pestilentibus corripiãtur. Ad plethorã autem congerendã faciunt, cibus, &
potus copiosi, lauta conuiuia, modica exercitatio, usus ciborum plurimum alentium, & sanguinẽ
probum generantium. Contra verò cacochymiam inducunt cruditates, & cibi praui generantes
malum succum. cruditates autẽ procreãtur à crapulis, ebrietatibus, otio nimio, nimia venere, & ab
oĩbus, quæ concoctiones impediunt, ac cibis concoctu difficilib. Sicuti ex aduerso inepta sunt, ut
ab his febribus aprehendantur, quæ bonis humoribus, neq; tñ nimijs prædita sunt, quæ non sunt
excrementosa, vitiosisq; humoribus repleta: talia verò sunt, & quæ suapte natura bonam habent,
& æqualem temperaturam, & qui parci, modestique sunt, in potu, cibo, & uenere, et etiam exer-
Lect. centur pro ratione suę naturę; quiq; à tristibus animi perturbationibus cauent. Quòd autem hæc
XVI. res ita se habeat, ab effectu ostẽdit Gal. nã aut cùm adsunt iam pęstilentię, aut cùm imminent, & ti-
mentur, medici, qui prudentes sunt ad custodiendos homines, immò; & curandos, maxi-

A mè procurant, vt quantò fieri magis pôt, eos, quorũ ipsi curam gerũt, reddant tutos à putredine, omnem siquidẽ excrementitiã, & superuacaneã humiditatẽ, quæ veluti mater est putrefactionis, cõsumunt, corporaq; vt minimè excrementosa sint, agunt, vt probè transpirẽt, apertis videlicet meatib. Curatio autẽ sæpe, ut 2. Aph. dixit Hipp. naturã, & rationẽ, & occasiones morbi indicat. liceat (Aph. 17.) aũt nobis dicit hic Gal. cõprehendere sub curationis nomine, & custodiã, seu, ut iuniores appellant, præseruationem. Qua in parte ut verba Gal. rectè teneatis, est animaduertendũ, ꝙ si exquisita acribologia sit expectanda, curatio propriè morbo attribuitur; morbus enim propriè curari dicitur: prę seruatio verò, seu tutella debetur ipsi causæ: cùm. n. à futuro malo quẽpiã defendere uolumus: atq; illi cauere, causis obsistimus. qui. n. inuadat morbus si omnes eius causæ sint remotę? aliquãdo tamẽ confundimus nomina, & curationis appellatione ẽt custodiã, vel præseruationẽ cõplectimur; neq; id præter rei ipsius naturã. Nã si rectè eam perpendere velimus, eiusdẽ omnino rationis, & naturæ est curatio, & tutella sanitatis, vel præseruatio, quia, ut rectè sentit Hipp medicina est additio, & detractio. neq; . n. aliud est medici munus, nisi ut excessibus occurrat, detrahẽdo quantũ excedit, ut ad mediocritatẽ, in qua sanitas consistit, deducat. defectibus autẽ, quantũ deest, addat. atq; hoc fit tam dum ipse tuetur sanitatẽ, q̃ dum morbos curat; nisi ꝙ hæc inter illas duas partes intercedit differen-
B tia ꝙ, vt ipse alibi docet, hoc est in lib. primo de tuen. sani. & in lib. an tuẽdæ sanitatis rõ ad medicũ, vel ad gymnasten potius pertineat, curatrix medicinæ pars versatur circa errores, uel lapsus insignes corrigendos, addendo, uel detrahendo, à quib. iã fit manifesta læsio: quæ uerò sanitatẽ tuetur, circa exiguos versatur, ex quib. nõdũ manifesta fit adhuc actionũ læsio. secundũ ergo hanc rationẽ, vtraq; pôt cõi curationis nomine contineri. Sed subtilis hęc nominũ, & exquisita perpensio in præsentia nõ plurimũ refert; quõcunq;. n. dicamus, satis habemus id, quod proposito nostro inseruire pôt nimirũ, ꝙ plurimũ facit corporis aptitudo, & pręparatio ad hoc, vt nõ æqualiter, & eodẽ modo oẽs afficiantur in pestilentijs. Nã si & caruerit corpus excremẽtosis humoribus, & ex alia parte, quãtum fieri pôt, & remedijs, & ea uictus ratione, utatur, quæ opposita sit secundũ naturã huiusmodi causis; quantũlibet ualidę, & potentes hę fuerint; aut nihil, aut parũ illi poterunt officere: contra verò si se & medicus, & ægrotus gesserit, aut interficient, aut malè tractabunt. & hęc quantum ad huiusce capitis explanationem dicta sufficiant.

Non omnem febrem ex putredine oriri. Cap. V.

C SED quoniam de febribus pestilentibus facta est mentio, quę omnes à putredine ortum habent, &c. Febrium pestilentium mentio facta est, non quia proprius esset hic locus tractationis earum, sed ut ostenderet quomodo aeris qualitas possit esse causa accendendi febres; atq; in hoc usus est tanq̃ exẽplo febre pestilenti, sicut ab eius curatione ẽt argumẽtum deprõpsit, quo & probaret, ꝙ proposuerat, & cauillis eorum, responderet, qui negabant illas esse causas febrium: quãuis nec illa perse ad p̃sens negotium attinerent, sed rei quadam affinitate, & consequutione ad hoc deductus est. Mentio autem facta istius febris, quæ omnino ferè, & semper originem habet à putredine, reuocauit in memoriã alium antiquorum medicorum errorem, & opinionem, quę, si uera esset, destrueret fundamẽta iacta superius, uel omnia, uel saltem præcipua: nempè ꝙ tria sunt prima genera febriũ, uidelicet hectica, ephemera, & putrida. Isti. n. duas priores destruunt, & tñ tertiam admittunt, q̃ a putredine suũ hẽt ortũ; ita u t illis oĩs febris putrida sit. nõ ergo erũt hectica, vel ephemera. Decretũ aũt hoc nõ meret, ut siccis pedib. p̃tergrediamur. hẽt. n. fautores magni nõis, & uiros sanè illustres, medicæq; artis peritissimos. Nã & Athenęus medicus, non ille sophista, quorũ monumẽta extãt, sed ille Attalæus cuius sæpe Gal. meminit, ac quicunq; fuere illius sectatores hãc sñiam amplexi sunt. Quãuis aũt, ait
D ipse, tales fuerint, equidẽ illis nõ possum assentiri. ut. n. alias prętereã, saltẽ ephemeræ excipiẽdę erãt. nã in his nihil uideo, cur ex putredine eas habere originẽ profiteri debeamus, cùm sępe oriãtur sine ulla putredinis occasione, sine ulloq; putredinis signo. Neq;. n. uideo cur ex externo & imodico calore solis, & aeris non possit adeò calefieri corpus citra ullam ẽt ex eo calore concitatam putredinem, donec per partium successionem sit calor cordi impertitus. Vnde spiritus, qui præ oĩbus inflãmari apti sunt, inflãmẽtur, & subinde accendatur febris. in ira quoq;, cũ feruor sanguinis fiat circa cor, non uideo, quin ea ratione non possit calor concitari, & accendi spiritus, eodemq; etiam modo ab alijs causis iã expositis, quas procatarcticas appellari diximus, sicuti exercitatio, cũ immodica est; itẽ & cutis præter naturam constipata in ijs, in quibus multus fuliginosus; & acris uapor generatur, & dum corpus perspirabile est, per cutis tenues meatus excernitur: illo enim detento citra ullum putredinis indicium concalescit corpus: immò, quod maius est, aliquando ex putrefactione febris primam habet occasionem, & tamen neque febris ea à putrefactione ita fit, ut putrida sit appellanda; quia non accenditur proxime cor à putrida aliqua suligine, quæ ipsum petat: hoc enim pacto febres putridæ, quæ proprię putridæ dicuntur, habent suam proximam originem. Quòd & si alicui

præter rõnẽ,& paradoxũ hoc videatur; verissimũ tñ deinde, re percepta, illi videbitur. Hoc aũt ut fa- A
cilius intelligatur, aduertẽdũ est, ꝙ hoc, ꝙ diximus maximè in inflãmationibus cõtingere solet: nẽpe
ut in eis fiat putrefactio, quæ febrem tãdem accendat, & tñ febris, quæ accenditur, aliquãdo putrida
aliquãdo verò minime putrida sit, sed potius attineat ad genus febrium ephemerarum, quæ tantum
ex calefactis, nõ aũt putrescentibus spiritibus gignitur. Febris. n. potest fieri ab ea putredine bifariã.
Nam aut fit per solã transmutationem partium usq; ad cor, sine ulla putridæ alicuius materię parti
cipatione: sicut. n. fit in exercitatione, ubi articuli, & partes illę, quæ articulos mouent, ex multo mo
tu primũ calefiunt, & ab his alię uicinæ, & sic subinde quo usq; sit ad cor peruentum, in quo ini-
tia febris oriuntur: eodem quoq; modo cum conculcatur, & impingitur sanguis in inflãmatione, ac
à pspiratione destituit, à calore immodico, & ꝑter naturam correptus putrescit, & quasi inflãmeam
quendã calorem uertitur, ex quo primæ partes, q̃ vicinæ, & cõtinentes sunt, inflãmantes calidiores
fiũt, ita ut & ipsę deinde alias calefacere possint, & sic subinde: neq; tamẽ necesse est, ut uapor aliquis
ab inflãmatione elatus ad cor feratur; pręcipuè verò si inflãmatio apprehẽderit loca externa, quę cu
tanea sunt, & remota à corde, atq; à ramis maioribus uenarũ, uel arteriarũ. hæc itaq; febris initium
hẽt à putredine, neq; tamẽ putrida est, sed ephemera, sicut & illa, quæ ex ira, uel labore, vel æstu exci
tatur; similis siquidem est huius, & illius generatio. Alio verò modo inflãmationẽ febris sequitur; q̃ a B
ea est in aliquo interno uiscere, aut ꝓpè uasa aliqua magna, p q̃ sit facilis aditus ad cor. ab illa itaque
põt excretus putridus, & fuliginosus uapor efferri ad cor, & is modus erit modus febris veræ putri-
dæ. Nam alioqui oẽs putridę febres, pręter pestilẽtes ueras, in q̃bus incipit putredo i humoribus cor
Aph. 55 dis, p hunc modũ fiunt. Ad hoc ergo respiciens Hippo. 4. Aph. ꝓtulit eã sñiam, ꝙ oẽs febres ex bubo
nibus malæ sunt ꝑter ephemeras; bubones aũt inflãmationes sunt partiũ adenosarũ, hoc est glandu-
larũ, sicuti quãdo in inguinibus, aut sub alis, aut post aures gignitur inflãmatio. Calor ergo primũ ori
tur ex constipatione, & putrefactione humorũ i ea cõtentorũ, nõ aũt ut Erasistratus putauit, qui cre
didit non hoc modo fieri inflãmationẽ, sicut uoluere Gal. & Hippo. sed ꝙ cùm sanguis extra arterias
spiritus ui impellitur, ac in exitu cõculcatur, fiat phlegmone. Ex ea ergo putri materia nequit ad cor
ꝑuenire fuligo, in locis externis excitata putredine: ꝑuenit aũt, qñdo in internis uisceribus aut i lo
cis, q̃ p multa, & ampliora uasa cũ corde connexa sunt, excitatur. Et ꝓinde quãdo accẽditur febris ex
bubone, quę putrida sit, necesse est, ut ea mala sit, & prauę naturę, quia necesse est, ut bubo foueat ab in
flãmatione aliqua alicuius uisceris, aut ab abscessu, aut à putrido vlcere, aut tandem ab aliquo pra-
uo cuiuspiã uisceris affectu. Vnde ẽt uidemus ꝙ bubo putrescens febrem quidẽ affert, quãtũ quidem
ad ipsum ꝑtinet, q̃ non excedit limites ephemeræ febris, p unũ uidelicet diem, raroq; ad tertiũ ꝑue- C
nit, quia ephemera febris per se quidẽ non excedit diei spatium: unde & nomẽ habuit. spiritus. n. ꝓ
tenuitate nõ possunt calorẽ diutius retinere, nisi interdum in plures aliquãdo dies ꝓtrahatur; quia
adhuc ꝑmanet causa, ex qua fuit genita, sicut est interdum cutis constipatio. Quãuis autẽ in bubone
possit putridus humor interdum contineri, antequã effluat, uehemens tamen ille calor non ꝑdurat,
nisi dũ putrescit; cùm aũt iam putruit, statim ferè deferuescit putrefacta materia, euaporante nimirũ
calido. & iõ febris nequit ab eo sota amplius prorogari. Et in hoc differt inflãmatio in his externis
partibus remotis, & à corde, & à maioribus uasis, ꝙ cum ad uigorem peruenerit, desinit fluxio, neq;
aliquid amplius ad eũ locum fluit, uel, si aliquid fluit, id nõ est alicuius momenti. vnde tota materia
eo loco circũscripta simul putrescit, nec amplius aliũde fomẽtũ hẽt: hoc verò dico secundũ plurimũ:
iõ in bubonibus, & in alijs inflãmationibus externis non est cã, quę febrem foueat: in uisceribus aũt
internis, ad quæ plurimæ, & magnę venę, & arterię ꝑueniũt, nõ fit putredo vniuersæ materię simul,
quia nec simul defertur, sed cõtinẽter, nisi sistatur fluxio: Vñ qđ fluxit hodie, cras putrescit: interim
aũt dũ hoc putrescit, alia materia defluit, quę ubi ad locũ ꝑuenit, putredinem à priori cõtrahit. qđ. n.
a putrido tangitur putrescit. Vñ cũ illa iam putruit, & deferuescit, alia inflãmatur, atq; ita interdũ p
aliquot dies febris ꝓtrahitur, ut p hanc rationem aliquãdo & periodi in his febribus possint obser- D
uari: quę quidẽ non sunt ephemeræ sicut neq; rõne tpis, quo affligũt; neq; rõne modi, quo accẽdunt
& durãt, ijs similes sunt; sed ad genus putridarũ ꝑtinẽt. Gal. verò, ut res hæc fiat clarior, exemplo sen
sibus exposito, hanc dñiam ostendit. si. n. ait ipse; sit aut lapis, aut ferrũ aliquod expositũ, aut igni, aut
soli, aut, addamus nos, alicui rei putrescẽti, & iõ etiã calidæ, calefiet qdem, & interdum adeò, ut dein
de quantumlibet occidat sol, aut ignis extinguatur, aut refrigescat putredo; tamen calorem aliquo
tempore seruet, mox tamen spõte refrigescat. Et hic est modus, quo accenditur ephemera. Sed in pu
tridis rebus nõ ita se res habet. In sterquiliniis. n. ubi multa est materia apta ad putredinem, ea non si
mul vniuersa putrescit; sed pars vna incipit putrescere, ac per diem putrescit: altera aũt die serpit pu
tredo ad aliam: prior verò, ubi putruit, refrigeratur, ut diximus: sed hæc secũda feruet: dẽ autem ter
tia ad aliam putrefactio transit, & sic subinde fit, donec præsens affuerit materia ad putredi-
nem apta. Per hunc modũ fiunt febres putridæ, & in lõgius tẽpus protrahũtur, & hac ẽt rõne fiũt in
illis periodi. Nisi ꝙ exẽplum hoc vr̃ simile esse potius amphimerinis, hoc est quotidianis; per imagi
nationẽ tamẽ possumus & illud assimilare tertianis, & quartanis, si imaginemur, non fieri quotidie

sed

A sed alternis diebus has mutationes, vel per alias periodorum formas. Sed de his plenius in secũdo libro erit agendũ. Vnũ aũt in hoc capite relinquitur dubiũ dissoluendũ, quo soluto ad aliud postea caput explanandum progrediemur. Dubium verò ex verbis Gal. habet originem; quia dũ se opinioni Atheneį opponit, ait cùm illo quidem se consentire ex parte, ex parte autem dissentire. consentire quidem, quatenus ad alias febres pertinet: dissentire verò, quatenus ad ephemeras: quoniã eas cẽset ex eo ordine eximẽdas esse; vt pote quas nunq̃ concessurus sit inter putridas esse collocandas. Ex quibus verbis videtur illi concedere hecticas febres à putredine habere ortũ, quod m̃, & falsum est, & suis decretis aduersarium, vt superioribus capitibus didicistis. Respondeo, ꝙ p hęc verba Gal. noluit fateri hecticas febres esse putridas: nã apertè superius hecticarum genus à putridis secreuit, sed satis illi fuit ad destruendam illam generalem Atheneį & sequacium sententiam, ostendisse ephemeras in putredinem non esse referendas. deprompsit autem argumentũ potius ab ephemeris, quã ab hecticis; quia fundamẽtum, quod illi erat usui futurũ, erat apertius in ephemeris quàm in hecticis: quandoquidem hecticæ plerunque solent sequi febres putridas, vt suo loco dicemus: ephemeræ verò uel nunquàm, vel raró: immò quasi semper ex se incipiunt, ut nulla possit esse suspicio pręcedẽtis putredinis. Mihi quidem omnino probatur hęc responsio. Possemus tamen forsitan ẽt respondere, ꝙ
B omnis quidem ephemera potest esse absq; vlla in corde putredine, non omnis aũt hectica; quia hectica pestilens, ut suo loco declarabimus, ortũ habet ab aliqua putredine ĩ corde, sine qua nequit accẽdi. Hic etiam posset excitari quęstio, an febris omnis pestilẽs à putredine ortum habeat, sicut in principe istius capitis parte pronuntiasse in vniuersum videtur Gal. ratio verò hoc inquirendi & de hoc dubitandi, inde potest oriri, ꝙ 3. de pręsag. ex pulsu asserere uisus est, aliquam esse febrem pestilentem hecticam. vt autem superius diximus diuersum genus hoc est à febribus illis, quæ ex putredine suum habent esse. Quia tamẽ res hęc longam disquisitionem postularet, & cognitionem multorũ, quæ explananda sunt, ubi de putridis febribus, & hecticis sermo habebitur: ideò ipsã in eũ locũ differemus, ut paucioribus ac breuioribus rẽ hãc possimus absoluere. accedamus iã ergo ad caput sextũ.

Similem esse Putredinem Tumorũ, & vasorum: ac quibus notis pus optimum, & vrina optima deprehendatur. Cap. VI.

C HVMORVM autem putredo, quę in uasis fit, similis est ei, quæ in inflãmationibus, atque abscessibus accidit &c. Febrẽ ab inflãmationibus accensam, qualiscunq; illa sit siue ephemera, siue putrida, rõne putredinis effici dixit Gal. Quãuis postea duplex sit accendendi modus. Alter quidẽ per simplicẽ transmutationẽ ad calidum earum partiũ, quę mediæ sunt inter inflãmationẽ, & cor, sine participatione vllius uaporis putridi. Alter verò, per cõicationẽ fuliginis putridæ, quæ per venas, & arterias, uel tenues ẽt meatus ad cor tendit. quemadmodum ẽt fit in febribus, quæ absolutæ putridę sunt citra aliquam inflãmationẽ, ex materia nempè nõ infarta in aliqua parte, sed in uasis putrescente, vt in cõtinentibus, uel extra uasa, ut in intermittentibus. Magna est ergo harũ similitudo putredinum, & quę in inflãmatione fit, & quæ in uasis, ut nuper diximus. Hoc ergo in præsenti capite exponendum proponit, ductus potius rerum quadã cognatione, q̃ ꝙ propriè ad hunc locum res hæc ptineat. Potius n. lib. scdò, ubi de putridis febribus sermo erit habendus, hęc fuissent accommodanda. Vbi est aduertendum q̃ tàm in inflãmationibus, q̃ in uasis, uel ẽt extra, materia, quę putrescit, iõ putrescit, quia pspiratione priuata est, per quam continua quasi flabellatione intra terminos naturę, & temperaturę
D suæ continetur calor natiuus: in inflammationibus tñ id euenit ob conculcationem, & cõstipationẽ: in uasis verò, ob obstructionẽ, tũ meatuũ, tũ verò osculorũ ipsorũ vasorum, vt superius exposuimus. Vñ sicut similẽ habẽt cãm, ita similẽ ẽt hñt rõnẽ putredinis, quatenus ad ipsã putrefactionis rõnem pertinet. nam de diuersitate, quę põt rõne diuersitatis materiæ oriri, quæ putredini exposita est, in psentia nõ loquimur. Hoc aũt põt facile cognosci argumẽto à signo, vel à posteriori, vt iuniores loquũtur, deducto, nẽpe ꝙ modus putrefactionis idẽ, uel similis sit in febribus intermittẽtibus extra uasa, & in cõtinẽtibus in uasis cũ ea, quæ fit in inflãmatione; siquidẽ putrefactio tãdẽ, nisi discutiatur, terminatur ad pus: vnde ex ipso pure modũ, & qualitatẽ putredinis iudicamus, & quõ calor naturalis se habeat, quõ ẽt calor putrefaciẽs, vel externus. ĩ uasorũ aũt putredine, ex ipsa hypostasi, vel sedimento. Vnde quæ in vrina, eadẽ ẽt in pure obseruãtur, nimirũ color, substãtia, æqualitas, & odor, easdẽq; cõditiones oportet esse in pure exactè bono, quæ sũt in hypostasi, quæ oĩno à medicis laudatur. Primũ albus color; alba. n. hypostasis quãtũ ad colorẽ laudat: albũ itidẽ & pus. æqualis hypostasis: æquale quoq; pus. lenis hypostasis: lene quoq; pus. ꝙ nõ fæteat hypostasis: ꝙ & pus odore fędo careat. Cũ n. hæc ita se habuerint, exquisita cõcoctio facta est, quoad fieri põt, in excremẽtitia materia, q̃ nõ est

Lect. XVII

amplius apta ad alendum corpus, vel particulas nostri corporis. Duplex enim fit in vasis cōcoctio, A
Cō.44 vt Gal. docet 2. de ratione victus, & 2. lib. com. in 1. Epid. Altera eorum humorum, qui alendo sunt
Cō.44 corpori, & hęc terminatur ad alimoniam partium: illos enim parat, vt facilè vertantur in substan-
tiam particularum, quę concoquunt. Altera verò excrementorum, quę cùm non possit natura oīno
superare, & ī rē vtilē, ac alimētū cōuertere, parat ad facilē expulsionē, & quò magis pōt ad qualitatē
corpori cōmodā & naturalē pducere nititur: optimè verò pduxit, cùm albū, lene, & ęquale est pus,
& minimè fœtens. signum. n. est, q calor naturalis longo interuallo fuit externo fortior, & materiā
illam optimè confecit. Vt autem, qui nouitij sunt, probè hęc intelligant, aduertendum est, quòd cō
coctio tā excrementitiæ materiæ, quàm alimentitiæ fit à natura, vel calore natiuo earum particularū,
quę concoquendam materiā continent. Hoc autem cōmune est omni naturali agenti, vt in philoso
phia docemur, niti sibi eam rem assimilare, in quam agit. Vnde Gal. propterea chylum in ventricu
lo per eius concoctionem genitum ait similem esse ipsi ventriculo, sanguinem verò iecinori. solidę
etiam partes concoquendo humores, vel vt alantur, aut alia de causa, in album colorem trāsmutāt;
quia ille est earum natiuus color, vt apparet in venis, arterijs chordis, ligamentis, ossibus, &
carnibus etiam. nam & si rubicundæ illæ videantur; id est propter sanguinem, quem continent: un
de gallinarum carnes, & vitulorum, cùm lauantur, & nullo sunt sanguinē infectæ, candidæ B
sunt. Cùm ergo ita sit, cùm cōcoquunt, quocunque concoquant, semper nituntur omni ope assimi-
lare sibi, quantum fieri potest, id in quod agunt; & quo magis assimilant, eò vires maiores habent,
& indicant earum calorem naturalem fortiorem esse, & magis externo prævalere. Vnde probam cō
coctionem sequitur albus color eorum, quę concocta sunt. Leuitas verò hic ea intelligenda, quæ
asperitati aduersaria est, & sicut asperitas partium inęqualitatem habet, vel in situ, vel in modo sub
stantiæ: in situ, si vna alteri superemineat: in modo substantiæ, si vna sit crassior, altera tenuior, si
vna sit mollior, altera durior: ita leuitas partium similem, & ęqualem vndique rationem compre-
hendit, quæ si sit vel in pure, vel in hypostasi, signum est, quòd æqualiter partes omnes superatæ
fuere à calore innato particularum, nec altera fuit altera pertinacior, & magis rebellis. quæ est cō
ditio secunda probæ concoctionis. Tertio verò, quòd semper eodem modo se habeat, & non ho-
die bona sit, & cras mala; vbi enim est hæc inæqualitas, significat aut varias esse affectiones, ita vt ali-
quando bona concoctio fiat, & tunc bona appareat hypostasis, aliquando mala, & tunc mala excer-
natur vrina: aut variam esse eorum humorum, qui concoquendi sunt, naturam, & conditionem; vt
3. lib. com. in primo Epid. docet Gal. Cùm autem fœtida sunt in animantibus excrementa, ex mala
Co.23 putredine fœtorem habent. Vnde indicant non ita superiorem esse innatum calorem, quin & exter C
nus suum locum non habeat. Quantò ergo valentior, & vigorosior est vis caloris natiui, eò exquisi-
tior fit concoctio: quantò autem ille imbecillior est, tantò augetur magis rō caloris, qui pręter natu
ræ rōnem in corpore est, vnde ēt concoctio ab optima degenerat secundū aliquā istarū trium, vel
quatuor conditionum. Et quia perfectissimum vnum tantum est, sicuti centrum in circulo vnū est:
recessus aūt multiplex, & varius, ēt ferè absq; numero, sicuti recedentes à centro lineæ innumeræ es
se possunt: ideò varius, & ferè qui aliquo definito numero comprehendi non possit, in calore, in le-
uitate, in ęqualitate, in odore, & aliquando in aliquibus horū, aliquādo in oībus aliquando in pluri
bus, est defectus ab optimo. vnde quò magis ab optimo in aliquo horum deficit, & quò in pluribus,
Cō.21 eò erit deterior, prætereā in leuitate: in bonis. n. leuitas optima, vt declarauit Gal. 2. Prog. in malis pes
sima est; quia sicut in bonis exquisitum significat dominium caloris natiui; ita in malis exactum do
minium caloris extranei. Hoc est ergo, quod exponit Gal. in præsenti capite. Sed anteq̃ ad septimum
transeamus, aliqua sunt exponenda hic de hypostasi, & vrina, postq̃ hic incidit eius mentio, & nostri
expositores latini multa hic fabulantur. Nos tamen non persequemur tot nugas; sed tantum rei
istius resolutionem, & momētum, ex quo eorum omnes cauillationes facilè percipientis. Considerā
dum itaque est, quòd vrina est aquositas, seu serosa pars massæ, vt aiunt, humorum, quæ eandem fe D
rè in sanguine rationem habet, quam serum in lacte. attrahitur aūt postq̃ è iecore sanguis in venas di
geritur, à venis dictis emulgētibus, & in vesicā secernitur. vnde est excrementū secūdæ cōcoctionis,
quę in iecinore fit, vt memini me alias declarasse. sed nec solius istius cōcoctionis excremēta continēt
vrinæ, sed ēt tertię, quę fit in venis, & eius, q̃ fit in solidis particulis. Nisi q primū, & p se est inditiū
cōcoctiōis q̃ fit ī iecinore, & venis: scđo verò quatenus ad oēs ferè particulas venę peueniūt, à qbus si-
Cō. 4. cut alimētū exugūt, ita ēt aliqua excremēta p eas expellūt. Vñ p vrinā 2. lib. cō. ī 1. Epid. & ī arte med.
dixit Gal. totius corporis excremēta uacuari. Aquola verò substātia magis qualis sit sāguis, & humo
Cō. 4. res, vt 2. Prorrh. ait Gal. indicat. Nā calor, & substantia, q̃ in urinis sunt, nobis signa pstāt, quibus fa
cilè cognoscere possimus, quō illi se habeāt: cū. n. sāguinis & aliorū humorū serū, uel ichor ipsis pmi
sceatur, quale fuerit serum, quod commiscetur, talis efficietur vrina. Hypostasis verò potius ad ter
tiam concoctionem attinet. vnde ab ea maximè signa petimus, quomodo se habeant facultates ea-
rum particularum in concoquendo & administrando sanguine, & quàm validę aut infirmę sint.
Nam si robustafuerit uis alteratrix, quæ in sanguinem commutat succū à ventriculo per venas attra
ctum

A ctùm, sanguis quoque optimus generabitur ex ea natura, quam ad eiusgeratione aptam inuenerit:
si quid autem ineptum in ea fuerit, id etiam concoquendo reddit simile, quantum potest, illis par-
ticulis, quarum vi fit hęc concoctio. Album igitur, & leue illum erit, si exquisitè ex omni parte, &
ęqualiter transmutauerit. Vbi uides, φ iuxta Gal. decreta primo Progn. φ subsidet in vrina albū Cō.ul.
& leue, est excrementosa ea pars, quæ in sanguinis generatione (loquor de sanguine, qui omnes
humores complectitur) non potuit exactam formam, & rationem sanguinis consequi. Vnde vri-
næ præcipuè in febribus inspiciendę sunt, & in illis prętèrea morbis, qui cum febre sunt, ut 1. & Cap.8
3. de cris. tradidit Gal. in aliarum aūt partium affectibus inditium ab vrinis paruā admodum vim Cap.3
habet, pręterquam in affectionibus vesicę, & renum. Nam à venis profluit vrina: vt enim 4.
de san. tuen. ait, est serum eorum, quę in vasis continentur; sicuti sudor est serum eorum, quę in
toto corpore. exugitur autem, & collatur, vt 4. Aph. idem testatur, in renibus, ac colligitur in ve- Cō.69
sica. atque ideò potest istorum omnium aliquod inditium continere. Sed quantum ad præsen-
sentem locum pertinere potest, hęc mihi uidentur in præsentia satis esse. Ad aliud itaque caput
sermonem conuertamus.

B

Quibus notis ephemeræ à cæteris febribus distinguantur. Cap. VII.

EA s autem quæ in putredine humorū febres accenduntur, &c. Tandem ad primū,
& præcipuum propositum redit, & eò, vnde digessus erat; quamuis neque inu-
tilis fuerit digressio, immò ferè necessaria. Nam uidetur naturæ propemodum
ordo, ut iaciamus primò, & firmemus fundamenta, quibus tractatio nostra innita
tur; deinde illis, quæ reliqua sunt, superędificemus. Quoniam autē non deerant,
qui ea fundamenta, iam iacta quatere conabantur, sicùt illi, qui manifestas causas
habere vim accendendi febres negabant, ac etiam modum, per quem febres concitant. Alij verò,
& si id non negarent, eò tamen deuenerant, vt vnum tantum genus febrium concederent. Ideò
prius fuit opus refellere horum omnium opiniones, & cauillationibus, quibus utebantur, respō
dere; vt, postea quam apertè constitutum esset, quòd & ab illis causis febris accendatur, & φ tria sint
C summa genera febrium, mox agere possemus, quomodo ea discernantur, & dignoscantur, ac
quibus notis. Vnde statim ab initio istius capitis tanquam dicendorum fundamentum accipit,
febres ex humorum putredine accensas alias esse ab ephemeris, ac omnino diuersas, ut mox qui-
bus signis, & qua ratione discernendæ, & distinguendę sint, aperiat. Sed quia non defuere, qui
putarent eas à medico nulla ratione discerni posse, neque ulla haberi signa, quæ certam istius rei
fidem nobis præstare possint. Hi autem illi fuere, quos diatritarios appellauit Gal. qui existima-
bant nos non posse exquisitam rationem febris tenere; nisi tempus expectauerimus alterius acces-
sionis, nimirum nisi tertia dies transijsse uisa fuerit, & ideò diatritarios, hoc est per tertiam diem
febres obseruantes nominauit. de his autem est frequens mentio apud ipsum Gal. in his enim fue-
re methodici ferè omnes, qui Thessalum secuti sunt. Diatriti enim primus author, vt 4. Meth. Cap.4
& 2. de cris. tradit idem Gal. fuit Thessalus. Ideò & hunc errorem reijcit, & inquit, non solum Cap.3
earum discretio possibilis est, verum & facilis, quicquid illi dicant. Et quia nihil est, quod ma-
gis proteruos, & peruicaces homines vincat, aliosque exactius doceat, quàm experientia, quæ ve-
ra est rerum magistra: idcircò ipsis experientiam exponit: Millies, dicit, hoc cognosci posse osten
dimus, & facile etiam reipsa, & experientia; utpote qui statim à prima accessione febris natu-
D ram nouerim, & cùm ea esset uera ephemera, non expectata alia accessione, priore desinente, ius-
si, vt lauaretur, & cibum assumeret, ac mox sequenti die rediret ad propria munia; nec me mea
fefellit opinio. Sed tandem his omnibus relictis redeamus ad primum institutum, & signa expo
namus, quę obseruantes possimus has febres cognoscere. Verùm antequam vlterius progredia-
mur, aduertendum est, quòd plerunque signa, quę accipiuntur ad dignoscendos affectus, ab ip-
sis symptomatibus, vel, ut philosophi loquuntur, ab ipsis accidentibus petuntur. Quòd si & ab
ijs, quę pertinent ad substantiam, & essentiam rei, quę substantialiter inhærentia appellat ipse in
1. lib. artis medicinalis, petantur signa, ut tamen rationem signorum subeant, modum habent ac
cidentium: ideò n. tanquā signa accipiuntur, φ sensib. sunt manifestiora. Ita & causæ quandoq;
signa nobis sunt; sed eatenus non habent ratione causę. Accidentia aūt quò magis propria sunt ip
si rei, eò certiora signa sunt: propria aūt, aūt soli & si non omni, aūt omni, & si non soli, aut omni
& soli insunt. & hoc maximè proprium est, & quod certissimam fidem facit. Et hæc ea signa sunt,
ǭ propriè, & verè sunt pathognomica, & quę vim maximā habent. Vnde Gal. vt exquisitam eorum
doctrinā exponat, non modò signa describit, verùm & eorum uim in significando insinuat, dum
eorum

eorum naturam respectu rei significatæ declarat. Primum ergo signum, & quod omni quidem ephe- A
merę conuenit, est, quod cognosci potest per relationem ad causam, à qua febris est accensa; quia
semper eam præcessit causa aliqua ex illis, quæ manifestæ sunt, & externę, quæq; procatarcticæ eo
tempore solebant appellari; sicut sunt, aut æstus, aut frigus cutim condensans, aut balneæ astriu-
gentes, aut labor, aut ira, aut mæror; aut alia id genus, quorũ superius est facta mentio: quæ quidẽ
causa adhuc recens sit; quia si hæc iã diu præcesserit, non potest accendere ephemeram; quoniã
desinente causa, desinit eius impressio: & ideò oportet, ut sit accensa, dum ois eius adhuc perma-
net. Hoc autem non est usqueadeò proprium ephemerę signum, vt possit certam eius cognitio-
nem afferre, quia aliquando ex his procatarcticis causis, & aliæ febres aliorum quoque generum
excitari possunt, vt hectica. quoties enim ex labore uidimus aliquos incidisse in hecticam febrem,
alios ex mestitia, quosdam ex ira & ideò dixit Gal. quod hoc non est adeò istius rei signum proprium,
quin & aliis conueniat. Et forsitan ob id Auic. prima quarti. cap. de signis ephem. mutauit ratio
nem, & modum loquendi, nempè ut signum proprius, & certius efficeret, & dixit, quod de proprie-
tatibus earum est, quod ipsę non fiunt à causis antecedentibus, causæ autem antecedentes sunt causæ
corporeæ, & internę, ut sunt humores. Neq; tamen & hac ratione id efficiemus, ut sit hoc signum
Lect. XVIII illis omnino proprium. Nam & hectica sępe, ut diximus, non fit à causis antecedentibus, ut quæ B
fit ex ira, uel labore; ut id pręteream, quod posset afferre dubitationem, quod inter ephemeras, vt vi-
debimus, collocat Gal. febrem synocham citra putredinem, quę à natura pendet corporea, & est
sanguis. quocunq; ergo dixerimus, eædem sunt difficultates. Vnde hoc quidem omnino, siue secun
dum Gal. siue secundum Auic. loquamur, est eatenus signum, quatenus omni febri ephemerę con-
uenit, non tamen illi soli. Mouent autem hic latini nostri expositores dubitationem, quæ & Gal.
& Auic. communis est. Nam inter ephemeras superius numerauit eas, quæ & bubones sequun-
tur & obstructiones; hæ uerò humores, & causas antecedentes potius sequuntur, quàm procatar-
cticas. Et respondent, quòd duplex est ephemera, alia uera, alia non vera: non veræ sunt, quę ex
bubonib. excitantur, & ex obstructionibus, quę sunt ferè medię inter ephemeras, & humorales; &
hę ab antecedente causa excitari possunt. Mihi tamen non potest hæc responsio probari: aliena. n.
omnino uidetur & à Gal. & ab Auic. decretis. cùm enim hæc sit propria ratio, & essentialis ipsius
ephemeræ, quod primum accendatur in spiritibus, & quod habeat calorem mitem; quęcunque has habue
rit conditiones, illa erit vera ephemera censenda. nam alia sunt potius accessoria. Vera ergo erit
ephemera, quę, & à bubone, & quę ab obstructione habet ortum. Ad dubitationem autem dico,
C6.55 & primum quantum ad eam, quæ à bubone pendet, quod vt ait Gal. 4. Aph. duplex est bubo. Alius C
enim à causa procatarctica excitatur, & externa, uel manifesta, & febris, quæ eum sequitur, epheme-
ra semper est, quantum ad ipsum attinet: Alius uerò citra ullam procatarcticam causam excita-
tur; sicut fit aliquando in febribus putridis; & hos bubones concomitatur febris putrida: nam
fouentur semper ab aliqua inflammatione, aut praua uisceris alicuius affectione; & proinde alias
omnes febres, quę bubonum comites sunt, detestatus est Hippo. pręter ephemeras. Hac ergo ra-
tione, & hanc ephemeram in causam procatarcticam referunt, quia illa pręinceperit, & illam bubo,
& subinde febris secuta est, quæ non in causam antecedentem referri potest; quia ea causa humo-
ralis, & putrescens non petit cor. Vnde neque calor febrilis refert naturam illius causæ, sed natu-
ram materiæ, in qua accensus est, hoc est spirituum. Itidẽ etiam dixerim de febre ephemera ab ob-
structione, & constipatione cutis orta: nam licet hoc modo ephemera accendatur, & licet etiam
concurrat causa corporea, & humoralis; (fit enim obstructio ex humoribus) attamen, sicuti de-
Cap. 3. clarauit Gal. superius, quamuis congerantur cruditates, & quamuis etiam plenum corpus sit, nõ-
dum tamen febris excitatur; nisi aliqua occasione præstita digeratur, expandaturq; ea cruditas; &
ea plenitudo in habitum totius corporis, & usque ad oscula tenuia uenularum, & cutis, per quæ fit D
transpiratio, & difflatio; uel intrudatur in venas uiscerum: occasiones autem sunt causæ extrinse-
cæ, & procatarcticę appellatæ, sicuti aut nimius aeris ambientis calor, aut exercitatio, aut ira, aut
aliquid aliud eiusmodi, quod corpus calefaciendo in causa est, ut materia illa liquescat, & attraha-
tur ad extremos meatus, quos replendo obstruit. Vnde semper, & in omnibus necesse est, ut pre-
cedat aliqua ex his causis; quę forsitan ob id ab antiquis nuncupatæ sunt præincipientes, vel pro-
catarcticæ. & ideò magis accõmodatè etiam locutus est Gal. quàm Auic. qui dixit, quod præcipuum
signum obseruandum in ephemeris cognoscendis est, quod ex causis procatarcticis habuerint ortum.
nam febris ea, quam non præcesserit aliqua ex his causis, esse ephemera nequit: quamuis postea ne-
que omnis ea, quam eiusmodi causa præcedit, necessariò sit ephemera; quia quandoque & febres
alterius generis occasionem ab his causis habent: Difficilius autem est soluere dubitationem lo-
quendo, ut locutus est Auic. nam ex bubonibus, & ex obstructionibus factę febres uidentur or-
tum habere ab antecedentibus causis, ut paulò ante dicebamus. Sed & hoc est aduertendum, quod
causę procatarcticæ, ut alibi Gal. docet: quantum ad earum naturam pertinet, solent febres ephe-
meras afferre. quod si aliquando & putridæ excitentur, id potius occasionem habet à corporis aptitudi

A ne, & præparatione, quia aut vitiosis sit refertum humoribus, aut nimis repletum. Et hæc satis de primo signo. Accedamus ad secundum, quod non amplius à causis, sed potius ab effectu acceptum, ab excrementis uidelicet, hoc est ab ipsa urina. Nam, vt superius declarauimus, vrina certius signum est in affectibus iecoris, & venarum, quàm in alio quoquam affectu, præter renum, & vesicę: ac maximã vim habet in febrilibus affectibus; & ipsam maximè in eis spectandam sicuti & pulsum, primo artis ad Glauc. ut uidebitis, dicit Gal. Hoc ergo signum, quod maximè ephemerarum proprium est, ita vt & solis illis, ac omnibus conueniat, est, ꝙ statim etiam à principio morbi vrina concoctionem ostendat, tàm merito coloris, quàm etiam hypostasis. Ratio verò facilis reddi potest ex illis, quę superius fuere exposita. Nam vrina quantum ad colorem, & substantiam, naturam humorum indicat in venis contentorum. hypostasis verò concoctionis modum in iecinore, & venis. cùm verò in ephemera, quantum ad ipsam spectat, nullum fit in humoribus vitium, neq; ex ea vitietur concoctio: ideò semper vrina laudabilis est, quantum ad naturam ephemerę pertinere potest: potest enim aliquando aliquid esse cum ephemera iunctum, quod possit rationem certitudinis istius signi permutare, vt paulò post dicemus. In primo uerò ad Glauc, hoc alijs verbis exprimit. ait enim vrinas in his febribus inspici, quæ aut omnino his similes sint,
B quæ sunt secundum naturam, vel quæ à statu naturali parum degenerauerint, quod uel ob id dixit; quia sicut in omni febre fieri nequit, quin natiuus calor vertatur in igneum, ita etiam neque fieri possit, quin aliqua fiat mutatio in excrementis confectis vi illius caloris; illa tamen exigua mutatio est in his febribus: vel ob id etiam; quia in aliquibus istarum febrium, vt inferius docebimus, fit vrina aliquanto magis rufa: ea tamen mutatio non est insignis, & multa. Tertium verò signum accipitur à pulsu: quod & ipsum proprium; & inseparabile est. omnibus enim & solis conuenit, sicut & prius. Duo autem notantur in pulsu in ista febre, quę propria, & per se illi conueniunt, vnum quando febris adest; alterum verò, quando iam recessit. Primum, quòd dum febris adest; pulsus fit magnus, & uelox. hoc autem nascitur; quia crescit refrigerij necessitas, & vires validæ sunt. nam nulla febris minus aut grauat, aut dissoluit uires, quàm hæc. De frequentia verò diuersa est ratio eius. cùm enim frequentia, & raritas attineat ad quietem, quæ est inter duos contrarios motus, ex quibus constituitur pulsus; & duę sint quietes: altera exterior, quæ diastolen sequitur: alia interior, quæ systolen: quantum ad exteriorem, minor videtur esse frequentia, si conferamus cum aliis febribus aliorum generum; quia non ita breuis est ea quies, sicut in alijs; non autem ità minus frequens est, quàm in alijs, si ad internam quietem respiciamus; quia ita ea
C breuis est, sicut in alijs. hęc enim sequuntur diuersam rationē necessitatis. Nam per diastolen magis refrigerantur calefacta membra: per systolē mundantur à fuliginoso vapore. Vnde non est minor in his febribus necessitas euentationis, uel refrigerationis, quàm in alijs: est tamen minor mundificationis; quia in hac non gignuntur tot fuliginosi uapores, sicut in putridis; & ideò neque ita properat natura ad cōstringendam arteriam, sicut ad dilatandam. Aequalis pręterea pulsus in hac febre est. quædam tamen Gal. addit ad hanc sentētiam 3. de præsag. ex pulsu ferè necessaria. ait enim ꝙ hæc signa propria sunt necessaria in omni ephemera, quatenus ephemera est; quia sępe iunguntur cum ephemera aliqua, quæ ipsum ab hac ratione euariare faciunt: sunt enim sæpe aliquæ causæ, quæ vel pręcedentes, vel præsentes possunt paruum, & imbecillum pulsum reddere, sicut fames, nimius labor, & alia, quæ uires eneruant; item aliquis ventriculi affectus, vt cordis morsus. Et quod de pulsu diximus, si de urina etiam intelligatur, absoluta erit etiam sententia. Nam si aliqua in ea, vt dixi, fiat mutatio, id referendum erit, aut in causam, vnde accensa est, aut in aliquem alium affectum cum ephemera coniunctum. Hocq; pręterea habet pulsus febricitantium hac febre proprium, ac ab eo omnino inseparabile, quòd systole, nullomodo celerior fit, vel si aliqua illi sit addita celeritas, illa adeò exigua est, ut nō percipiatur. cuius eadem est ratio, quam nuper retu-
D limus: quia celeritas systoles fit propter mundificationis necessitatem, excretis nempè fuliginosis vaporibus, qui in hac febre, vel nulli, uel exigui sunt. Alterum autem signum certum, & propriū est, ꝙ postquam febris recessit, obseruari oportet. id verò est, ꝙ desinente accessione febris pulsus penitus, & ex toto ad statum priorem reddit, & naturalem, nullum amplius seruans signum febris. In omnibus enim alijs, licet intermittētes sint, & per longa interualla intermittant, nunquam tamē immunis penitus est ab aliqua mutatione, quæ possit medico indicare aliquas reliquias febris, vel inęqualitatis ex febre. Hoc verò signum refert primo ad Glauc. Hęc ergo signa sunt, quibus tanquam certissimis, & tanquam illis, quę maximè propria sunt hę distinguntur ab aliis febribus, ait ibi Gal. quæ tùm à pulsu, tùm ab vrina deducuntur, & alterum referendum est ad actiones lęsas, alterum verò ad excrementa mutata. Huic verò succedit etiam aliud signum æquè proprium his febribus sicuti, & priora: quod ad caput signorum pertinet, quæ accipi dicuntur à substantialiter inhærentibus; & cùm substantia febris consistat in calido præter naturam, qui quidem in diuersis febribus diuersum modum, & diuersam habet naturam: ideò signum hoc, quod ductum est à modo caloris, à rei substantia duci dicunt medici. Modus autem caloris proprius isti febri est omniū Lect. XIX.

aliarum

aliarum comparatione mitis,& suauis, quod quo modo intelligendum sit, exposui superius, nempè, ꝙ non est ita accipiendũ absolutè, ꝙ sit suauis. Nam si comparetur naturali caliditati, quę in sanis reperitur, suauis minimè est; quoniam qualiscunque sit, omnino ad igneam naturam accedit, & ideò non potest omnino expers esse alicuius molestiæ. sed aliarum febrium comparatione, mitis,& suauis dicitur; quia non eam insignem acredinem, vel mordacitatem manui imprimit, quam aliæ febres. Præterea uerò,& id tanquam signũ ab hac febre inseparabile refert, quamuis non illi, ita proprium sit, quin etiam alicui alteri non conueniat: nimirum ꝙ cùm incipit febris, calor æqualiter ascendit, neque aliquam ostendit coarctationem,& strangulationem, sicut in multis alijs, quæ ex crassa materia accenduntur; ex qua fit deinde incrementum caloris inæquale, vt, cùm de putridis febribus loquemur, exponemus. in ephemeris autem æqualiter,& calor,& pulsus increscunt vsque ad consistentiam; quia, ut dixi, nulla in his causa est, quæ impediat eorum ascensum. Verum ait Gal. hęc quidem non sunt omnino his febribus propria, vt & in alijs non reperiantur: ut enim inferius uidebimus, & in exquisitis tertianis pꝗ humoris, in quo illę accenduntur, tenuitate hęc eadem ferè reperiuntur: quia tamen hæc ex actius,& manifestius inueniuntur in ephemeris, quàm in alijs: ideò neq; etiam absonum putandũ esset, si & hęc inter signa propria omnino reponantur; sicut ꝙ calor in uigore,& consistentia febris mitis uidetur. Vnde quamuis hæc cõia quidem cum alijs febribus habeat ephemera: in hoc tñ inter propria referri possunt, ꝙ neq; adeò euidenter, neq; adeò exquisitè in alijs reperiuntur, sicut in istis. Et in eodem ordine est & hoc postremũ signum, quod ab inclinatione febris desumitur: in hac.n. inclinat febris cum sudore, vel rore, uel humido quodã, & satis copioso uapore bono, hoc est qualitate,& copia nõ sit dissimilis ijs, qui solet in sanis apparere vt visus est exposuisse Auic. in sanis inquã post moderatũ exercitiũ. Querit aût hic Stephanus, vnde ortum habeant hi sudores, vel roridi vapores, cùm febris hęc nullã habeat materiã præter spiritum, qui in rem sensibus conspicuam dissolui non potest, & ait quosdam fuisse, qui dixerint, spiritum cùm prope est, ut digeratur, & dissoluatur, vbi ad extremam cutim deuenit, ab externo frigore densatum in aqueam substantiam verti; vnde postea in modum sudoris excernitur: ipse verò hanc responsionem damnat: ait enim, ꝙ si prius spiritus tenuior non poterat per meatus exire, longè minus, cùm crassior factus est,& in aquam uersus: Vnde ipse ait, ꝙ, dum spiritus iam calefactus excernẽdus est per extimam corporis partem, ibi in eius meatibus humorem aliquem naturalem,& bonum repetiens illum proprio impetu secum ducit. Sed & hoc animaduertendum, ꝙ quamuis ita dictum sit, non oportet tamen, ut supra modum eorum copia excedat: alioquin enim maiorem humorum copiam demonstrarent, quàm par esset reperiri in integro, & sano corpore; atque ait ipse primo ad Glauc. ꝙ hoc etiam solet his febribus contingere, ꝙ non sunt multò meliores urinæ in febris inclinatione, quàm antea in principio, ea ratione, quam paulò antè exposuimus. Præterea verò ꝙ, si qua præfuerant ex febre excitata symptomata, sicut aut capitis dolor, aut alterius partis, ea omnia simul cum febre delitescũt, ut nullum amplius, aut uestigium, aut reliquię febris remaneant. Præterea.& hoc habet hæc febris peculiare, ꝙ facilius, & leuius, meliusq; perfertur,& toleratur omnibus alijs, & hoc postremum sit tibi, ait, tanquam sigillum aliorum omnium. Calcem autem impositurus Gal. huic tractationi de signis ephemeræ febris concludit his verbis. Hæc quidem est communis dignotio generis febrium ephemerarum: nam postea de earũ singulis speciatim dicemus. Vbi considerandum est, ꝙ ephemerarum febrium differentiæ à causis procatarcticis, à quibus accensæ fuerunt, accipiuntur. & quamuis vna sit earum oĩum ratio, & curatio, quatenus pertinet ad ipsam febrem: ratione tamen causæ, vnde ipsa excitatur, sit aliquis in ipsis differentia, tàm quantum ad eius rationem, quàm etiam quantum ad curationem; quia ratione ipsius causæ coniungitur & alia affectio, quæ & ipsa suam habet indicationem, ex qua redditur deinde non simplex curandi illius ratio, sed composita,& mixta. & cùm medicus nulli indicationi ratione inseruire possit, nisi cognitionem prius habeat illius rei, à qua indicatio est, accipienda; ideò medicus febres ephemeras partitur, tanquam in differentes species, uel differentias: quamuis non sint hæ propriæ,& per se differentiæ, quæ ab istis causis accipiuntur, sed sint potius complicationes quædam aliarum affectionum, quę cum ipsis febribus coniunguntur; quæ, ut dixi,& ipsę suam habent indicationem, propter quam oportet & methodum curationis sępe uariare. Sed de hoc paulò post planius loquemur. In præsentia satis est, ꝙ, & quæ sit febris ephemera, oporter cognoscere,& quis eius modus, uel differentia. Hoc voluit declarare Gal. verbis illis recitatis, ubi ait, ꝙ hęc indicatio, quam hactenus exposuimus, quæ per hęc signa habenda est, nobis aperit communem rationem, qua cognoscere possumus, quòd febris illa sit ephemera. sed quoniam hoc non est satis: quia quamuis quantum ad ipsam attinet, sit vnus,& simplex curandi modus, causæ tamen ipsę dum pręsentes adhuc sunt, aliquam priuatam habent indicationem: aliquę enim cum febre adhuc permanent: aliç, licet iam abierint, aliquam tamen relinquunt affectionem, quæ & ipsa suam indicationem habet: ideò pręter eam communem ephemerę indicationem, oportet, hæc suis signis distinguere: quod se postea factuũ pollicetur. Hoc aût faciet in postremo huiusce libri capite.

Sed

A Sed iam ad reliquam istius capitis partem, in qua de febre putrida sermonem habet, explanandam accedamus.

Alterum verò febrium genus, quod ephemeris ex adnerso distinguitur. &c.

Postquam ea quæ ad ephemeras febres secundum illarum communem rationem, & generalem pertinebant, quarenns ephemeræ sunt, absoluit: de his enim quę deinde singulis earum particulatim differentijs conueniunt, tractationem ad postremum, ut diximus, istius libri caput distulit. Nam à generalioribus ad ea, quæ magis particulatim rebus conueniunt, processus maximè ad ordinem docendi pertinet, quem diligenter in hoc libro Gal. seruauit. Primum enim de tribus illis febrium differenrijs primis, quas maximè proprias appellauit, egit secundum communem, & generalem vniuscniusque earum rationem. Mox verò particulatim de earum vnaquaque secundum magis particulares, & priuatas earum differentias. In hac pręsenti parte de febre putrida, hoc est ex puttedine humorum accensa, sermonem instituit, secundum eam communem rationem, qua putrida est, signa nobis ostendentia, quòd putrida sit, exponens, quibus eam à reliquis febrium generibus possimus discernere. Distinctionem verò specierum, vel differentiarum istius generis febrium particulatim differt ad secundum librum, ob earum, vt dixi, multiplicitatem, & Lect. XX.

B amplam, copiosamq; tractationem. Vt autem facilius intelligantur, quæ statim in initio istius partis dicuntur à Gal. est aduertendum, quòd febris, secundum diuersam considerandi rationem, variam potest & in duo, & in tria genera diuisionem admittere. Nam si partitionis ratio accipiatur ab ea substantia, in qua febrilis caliditas fundatur, tripartita, vt hactenus exposuimus, fit eius diuisio. sed si respiciamus ad tempus, quo absoluitur, vel detinetur febricitans, bipartita euadet diuisio: quia aliæ, quantū ad propriā quidē naturam pertinet, per vnum tantū diem occupant hominē: aliæ uerò suapte natura per multos dies affligunt. priores quidem ephemeræ: dictæ sunt, quæ & ab hoc nomen habuere: alteræ verò duplici differētia continentur; quia aut sunt putridæ, aut hecticæ. quæ quanuis in hac generali ratione conueniant, non tñ habent unum cōem nomen secundū hanc rationem, sicuti ephemeræ habent vnum cōe nomen, hanc cōem rōnem referens. Hoc est ergo, quod his primis verbis significare voluit Gal. Alterum verò febrium genus, quod ex aduerso distinguitur, proprium nomen non habet, quanuis duas habeat species, & nomine, & essentia per suas proprias differentias distinctas: quarum altera accenditur in humorum puttedine: altera uerò in ipsa solidorum pattium substantia, quæ hectica, sicut prior putrida, dicitur: & hæc quidem, quia ex putredine accenditur: illa verò, uel quia habitum corporis occupat, ad quem, ut diximus,

C pertinent solum solida membra: vel quia ægrè remoueri potest. Nam ut in prędicamentis testatur Arist. habitus qualitas ea dicitur, quæ non facilè à subiecto remoueri potest. Sed primum de febribus putridis agemus, eorum signa explicantes, quibus hæ ab alijs discernentes facilè iuditiū firmum possimus ferre, quòd putridæ febres sint, non hecticę, neque ephemeræ. Postea verò de hecticis sermonem instituemus. Sed quoniam signa ad has febres pertinentia bipartita sunt: alia quidem in vniuersum febrem esse putridam demonstrant: alia verò distingunt, & discernunt differentias, vel species diuersas in hoc genere contentas. De prioribus quidē in hoc primo libro agit, immò in hac istius capitis parte, quæ sequitur. Particulatim verò de signis vniuscuiusque harum putridarum differentię in secundo libro acturus est; vbi omnē etiam rationem eorum, quæ solent accidere his febribus, exponet. Vbi hoc est animaduertendum, ꝙ qui voluerit omnia id genus signa obseruare, illi & ab ijs, quę incipientem febrem præcedunt, signa petere opus erit, & ab ijs, quæ incipientibus accessionibus apparent, & ab illis, quæ increscentibus, & ab illis, quæ uigentibus, & ab ijs, quæ inclinantibus, & ab illis, quæ intermittentibus. Quantum ergo ad ea, quæ febrem præcedunt, considerandum primum, an prędesserit aliqua ex manifestis, & procatarcticis appellatis causis: nam si nulla præcessit, procul omni dubio febris ea putrida erit; quia ephemera es-

D se nequit, ut ex præcedentibus potuit esse manifestum. diximus enim, quòd hoc proprium, & inseparabile ab illis erat; nempè incipere pręcedente eiusmodi causa. hectica verò, aut alias febres sequitur, aut si statim incipiens fit hectica, necesse est, ut accensa sit ab eiusmodi causa aliqua, vt sequenti capite docebit Gal. At si aliqua præcesserit, non tamen statim eam non posse esse putridam asseuerandum. nam potest interdum, præcedente aliqua id genus causa, accendi nihilo minus putredo, & febris putrida. Sed aduertendum est, ait Gal. ꝙ hæ causę ex propria natura, & quantum ad ipsas pertinet, aptę sunt ad generandas febres ephemeras. putridas verò quasi per accidēs excitant, hoc est tantum ratione præparationis corporis; nimirum quia refertum sit humoribus aptis ad putrefactionem. Vnde accenditur primùm ephemera, ex qua humores illi, qui parati sunt sua natura ad putredinem, externo eo calore affecti facillimè putrescunt, & inde accenditur putrida febris, quæ ephemeræ succedit. Est itaq; hoc proprium eius signum; non ita tamen, ut ab ea nunquam separetur. Sed aliquis posset Gal. hoc modo interrogare: at quando ephemeram excipit putrida, qua ratione potero ego certò cognoscere hanc successionem? Facilè hoc tibi erit, respondet, si diligenter animaduerteris ad inclinantem ephemeram: neque enim percipies ephemeram

ram

ram omnino desinere in exquisitam integritatem,& febris vacuitatem, vt enim superius diximus, A
solius est hoc ephemeræ proprium, ꝙ, dum inclinat, nullum reliquum sit febris vestigium, nullę reliquię; sed penitus integer remaneat ęgrotans, neque alicui alteri febri hoc competit. Vnde omnino proprium est hoc signum ephemerarum degenerantium in putridas: & quamuis etiam possit aliquando aliquod inditium mutationis istius obseruari, etiamnum consistente ephemera; certius tamen,& apertius, ea inclinante, id conspicitur. Ergo hoc signum peritum est ab ijs, quę possunt præcedere inuadentem febrem. In initio autem dum accenditur febris, hæc consideranda sunt. Primum si inuasio fiat cum rigore, aut horrore aliquo: quæ tamen non possint in aliquam apertam,& manifestam causam referri, quæ vim eam habeat, vt possit rigorem concitare; sicuti vel radij solares, qui vt docet Gal. secundo de Sympt. cao. liquefaciendo, & commouendo acria excrementa, rigorem concitant: vel externa aliqua refrigeratio, vel reliqua id genus: tunc enim procul dubio censendum eam fore accessionem febris putridæ: sed tñ neq; hic semper rigor expectandus est. nam interdum accenditur putrida febris citra rigorem, sicuti declarabimus in secundo libro. Nec modo rigor, sed & horror signum est harum febrium, non tamen inseparabile, sicut neque rigor: immò neque ita proprium, ut soli conueniat. Nam aliquando aliquas febres ephemeras comitatur, sicut interdum fit in inflammationibus,& bubone,& alijs. Rigor autem, & horror eius B
dem ferè generis symptomata sunt, quæ differunt, ut aiunt iuniores, secundum magis,& minus. horror enim ad cutem solam pertinet. rigor verò membra, etiam concutit. sed de his posterius distinctè magis agemus. Signum verò, quod hoc sequitur, commune est principiis, & incremento accessionis. Ecce quomodo ordinatè per tempora accessionis procedit. Signum verò tale est, quod pulsus non est æqualis in hac febre, sed diuersus, & secundum diuersas pulsationes,& secundum diuersas partes pulsus, comparando motum motui, & quietem quieti, & partes etiam motus inter se, ut postea dicemus. Et eodem modo inæqualitas caloris in his febribus, tanquam signum habetur. nam dum manum ægrotanti adhibemus,& aliquo tempore detinemus, non semper eodem modo uidetur calor manum afficere; sed interdum acrior, & maior uidetur calor: interdum minus acris, & minor; præterea neque æqualiter increscere calor videtur. Vtrunque verò horum ex materia prouenit. Pulsus enim inęqualis efficitur, quando facultas naturalis à materia opprimitur,& grauatur; illa enim inæqualitas inde nascitur, ꝙ natura reluctatur materiæ, & interdum ab ea opprimi uidetur; interdum eam superare. caloris verò inæqualitas fit ex diuersitate partium materiæ, & motus earum ad putredinem. & hęc inęqualitas aliquo modo proprium harum febrium signum, & inseparabile est: alio verò, proprium quidem, uerùm non inseparabile: C
semper quidem proprium est; quoniam id alteri febri, quàm putridę nequit conuenire: sed ea ratione separabile est ab his febribus; quia licet in his omnibus necesse sit aliquam excitari tàm caloris, quàm pulsus inęqualitatem; in aliquibus tamen inæqualitas illa fugit sensum nostrum; adeò exigua est: sicuti ubi neq; multa sit materia, neq; crassa, ut in exquisitis tertianis,& id genus alijs.

Lect. XXI. Pręterea verò, quod ad idem ferè signorum genus pertinet,& hoc proprium, ita huic febri est, quod alteri nulli conuenit, nimirum habere in una, & eadem accessione plures veluti excrescentias, vel insultus. Ita enim intelligendus locus iste. Non vt latinus expositor, qui credit uelle Gal. per plores insultus, seu excrescentias, ꝙ febris plures habeat accessiones, vel paroxysmos; quasi dixerit, ꝙ his febribus proprium est habere periodos. at hoc non est, quod voluit Gal. Sed voluit, quòd una,& eadem accessio,& idem paroxysmus habeat plures excrescentias: quod maximè videmus, vbi crassa,& lenta est materia, quę putrescit. videtur enim iam incipere consistere accessio, & calor, & paulò post iterum increscit: immò nonnunquam videtur incipere inclinare,& paulò post iterum augetur. & huiuscemodi mutationes fieri consueuere tùm in tertianis nothis, vbi multa est mixta pituita crassa,& lenta: tùm in quotidianis: interdum verò & in quartanis hoc obseruaui. & hoc est, quod Græci dicunt ἐπιπαροξύνεσθαι, quasi dicas super exacerbari. uidetur enim quasi D
paroxysmus paroxysmo additus. Sed licet hoc proprium sit, non tamen & inseparabile est: quia uel rarò, vel nunquam id fit in exquisitis tertianis. Ita, & pulsus veluti compressio, uel oppressio, uel, ut Auic. vocat, coarctatio. Compressus autem, uel coarctatus pulsus dicitur, qui in principio accessionis notatur; cùm uidelicet paruus est, & inęqualis. talis etiam fit in ijs, qui plurimũ comederunt, antequam concoquatur cibus,& dum aggrauat vires: fit enim eiusmodi pulsus, oppressa, & grauata natura à multa materia; ab ea siquidem adeò opprimitur, vt non possit pulsus magnos edere, neque multum arteriam dilatare: dum verò illi reluctatur, inęquales pulsationes facit, hoc est pulsationes, quę inter se collatę æquales non sunt; sed aliquæ maiores sunt; aliquæ minores: & si multa sit oppressio, plures erunt minores: sin autem non tanta, ut vires adeò obruãtur, quin superent ipsam materiam, plures erunt maiores, quàm minores. Sed sicuti præcedentia signa propria quidem, sed non inseparabilia sunt; ita & istud. aliquando enim accenditur febris putrida ex tenui,& non multa materia, à qua natura parum opprimitur. sicuti sæpe exquisitis tertianis solet contingere. Verum tamen animaduertit Gal. ꝙ cùm hoc signum diximus ita proprium

esse

Aest e huic febri, vt alteri nulli accómodari possit, hoc intelligendum est, quatenus pertinet ad hanc ipsam febré cũ alijs collatam. nam interdũ pōt in alijs conspici, & febricitantibus, & nō febricitantibus: id tamen non est merito febris, sed merito alterius affectionis cũ febre coniunctę, quã sequitur cordis morsus, vel angustia ventriculi excitata à prauis, & vitiosis succis in eo congestis, qui aut refrigerãt, aut mordẽt os ipsius ventriculi: nam si refrigerent, cōsentiente corde, pulsus parui fiunt: si verò mordeant inæquales. Sed si ventriculus noxa uacet, ita huic febri propriũ est hoc signũ, vt alteri nũquã possit attribui. facilis aũt discretio est, cũ vitio ventriculi exurgit hoc sympto ma. nam si citato vomitu excernat noxiam eam materiam, & hoc symptoma sedetur, id non ex febre, sed vitio ventriculi contingit. sed si per vomitum non recedat, in febrem res hęc erit referenda. Signũ verò, quod præ alijs omnibus certius est, illud est, quod à modo, vel qualitate caloris est desumptum, & ad caput pertinet eorum, quæ rei significatę substantialiter inhærent. In hac febre. n. acris, mordaxque est calor, & nulla ex parte suauis. Quod quidẽ prudẽter est intelligendum. Nam, vt diximus superius, si conferatur febrilis calor cum natiuo commune hoc est omnibus febribus, quod earum calor sit insuauis. sed si inter se comparemus febres, minus acredinis hẽt ephemera. quod aũt minus malũ est, id quasi melius ominãtes, oppositi boni, vt dicit Gal. noīe nũcupa-

B mus, ita mitem, & suauem appellamus calorem ephemeræ febris: aliarũ verò mordacẽ. oĩum verò mordacissimus est calor putridæ, vt qui quasi pũgere, & mordere manũ videatur, perinde vt fumus maximè qui ex lignis densioribus, cuiusmodi sunt quercus, vel ceri emanat, oculos & nares videtur pungere, & mordere. Sed si dicas & quid, nonne & hoc signum & hecticę commune est? infra enim inter signa hecticæ, hoc refert, quòd calor, quò diutius manum retinueris, eò magis acris, mordaxque percipitur. Dico quòd prudenter locutus est Galenus: dixit enim, quòd nihil in ea moderatum est sicut in ephemeris; quia & si in hecticis, postquàm diu tetigeris, acrimonia percipiatur: in principio tamen dum, manum admoues, nulla percipitur mordacitas, vel acrimonia: immò mitis calor videtur. in putridis verò quoadusque tetigeris, semper calorem mordacem iudicabis. & proinde maximum censendum est hoc signum. Quanuis & hoc considerare debes, quòd res hæc euidentissimè percipitur in incremento, & vigore accessionis. Nam in initio, quia calor recedit in profundum corporis, secum & fuliginosos uapores ducens, exteriores autem partes refrigescunt: ideò non ita statim percipitur caloris acrimonia sed perinde, ut in hecticis, non statim admota manu percipitur, sed illi diutius immoranti uidetur ex profundo eiusmodi calor ueluti emergere. Et inde deceptus est Themison medicus inter Cap.9

C methodicos celeberrimus, qui credidit hoc esse cōe oĩbus febribus: uẽpe ut statim apposita manu calor non mordicet; sed postquàm diu detẽta sit. Cùm id, & in initijs accessionum putridarum, & in hecticis obseruauerit. Sed plurima inter eas est differentia; quia id familiare, & perpetuum est, & quocunque tempore in hecticis. in putridis uerò tantũ in principio accessionis, in incremento aũt, & consistentia manifestissimum est discrimen. Huiuscemodi aũt differentię disquisitionem ad cũ locũ differt, ubi de hectica erit agendum, hoc est, in sequẽtibus capitibus. Sed & ex pulsu accipi signũ pōt, quod proprium, & familiare est his febribus, ut solis his, oĩbusque & semper cōueniat ideò ab illis ẽt inseparabile; id uerò, & à systole accipiendũ est, & à quiete, quæ exterior est, à qua incipit systole, & ad quam diastole desinit. Signum uerò tale est, q semper systole uelocior est ipsa diastole; & breuior est exterior, quàm interior quies. Vnde & pulsus rõne istius quietis nempe externæ frequentior, efficitur, q̃ respectu internę. Atque hoc ita certum signum est in discernendis putridis ab alijs febribus, vt nũnquam fallere possit. Ratio verò istius est; quia duplex est ex pulsu vtilitas: Altera quidem refrigerationis, & huic diastole inseruit: dum. n. arteria dilatatur, frigidior attractus aer, refrigerat, & tẽperat calorẽ spiritus: Alterã verò, vt fumosus, vel fuliginosus

D vapor, qui uō pōt non gigni vi caloris agentis in humidũ, excernatur; & hac ratione expiatur spiritus, & huic muneri delegata est systole. dum enim contrahitur, & constringitur arteria, expellitur & quasi exprimitur aer iã intra calefactus, & vapor simul cũ eo immixtus excernitur. Quies verò necessitate quadã inter hos duos, sicuti inter quoscunq; oppositos motus, intercedit. Vbi ergo maior instat necessitas refrigerij, velocior fit diastole, & breuior quies interior. nã quantò citius pōt natura, nititur dilatare. At vbi maior est necessitas excretionis humidorũ excrementorũ, velocior fit systole, & breuior simili rõne exterior quies. In putridis ergo febribus, vbi ex putrescentibus humoribus multa gignitur fuligo, & longè copiosior, quàm in alijs: ideò crescit excretionis necessitas magis, quàm in alijs; & proinde & systole velocior fit, & nō pōt tm̃ intermittere post diastolẽ, sicut in alijs, sed cogit citius incipere systolen; & sic quies illa fit breuior. Hoc tamen subiungit Galen. magis conspicuum est in incremento recessionis, quanuis, & in initio, & in vigore illud non sit obscurum. Huius autem rõnem refert idem Gal. 3. lib. de præsag. ex puls. petito exemplo ab igne, qui multis iniectis lignis accenditur. statim. n. in principio vix materiam superat, vt quasi ipse uideatur extingui, & neque flammam, neque fumum multum edit: sed vbi fie- Lect. 22 Cap.7

D ri

ri superior incipit, & materiam vincere, potius fumũ vel fuliginem generat: at quando iam om- A
nino vicit, & verè comburere incępit, maiorem flãmam, quàm fumum gignit. Ita febrilis calor in
corpore ex proportione igni respondet: principium quidem accessionis tempori, quo ligna in
ignem proijciuntur: incrementum, cùm iam incipit insignis in eis apparere trãsmutatio: uigor aũt,
quãdo iã flãma omnia occupat. Sed addit & aliud signum acceptum ex pulsu; quo manifestè, perci
pi potest principiũ accessionis harũ febriũ. illud. n. semp concomitatur pulsus paruus, & velox, si-
cuti uigente accessione, item velox est, sed magnus. Verùm hic aduertendum, vt à contradictione
desendatis Gal. qui 12. meth. dixit manifestè in febricitantibus fieri in principio pulsus raros, tar-
Cap.3 dos, & paruos; ꝙ ipse 3. de præsag. ex puls. rem hanc explanat, & ait, ꝙ in initijs accessionis, cùm ma
teria ad interiora confugiens nondum aliquomodo calefacta est, quando & rigent, & omnia perfri
gerantur, & uidetur materia uincere calorem, refrigeratis internis visceribus, & quasi extincto
natiuo calore, pulsus tunc & rari, & parui redduntur: cùm verò natura reluctans materiam morbi
incipit aliquomodo superare, & calefacere, tunc pulsus, & frequentiores, & quoquomodo maio-
res fiunt, & uelociores secundum vtrunq; motum: quãuis id magis, & apertius in systole eueniat,
quàm in diastole, vt paulò ante expositum à nobis, est. Huiuscemodi autem diuersitas pulsus, nem-
pè vt systole sit velocior diastole, & ꝙ exterior quies minor sit, & breuior interiori, solis his febri- B
bus. priuatim peculiare signum est, quod eis omnibus, & nulli alteri generi, non hecticis, non ephe
meris, conuenit. Sicuti & id, quod ab vrina accipitur. nã & id omnino inter maxima signa istius fe
bris est collocandum. Id verò est, ꝙ nunquam in initio accensionis febris vrina concoctioné demõ
strat insigné; sed aut omnino cruda est, aut si aliquid in eo appareat referens inditiũ concoctionis, il
lud exiguum, & obscurum est. Vnde si pronuntiatum protulerimus cum disiunctione, signum erit
propriũ, & inseparabile, vt dicamus, cùm vrina cruda excernitur, aut saltẽ leuiter, & obscurè cõco-
cta, est febris putrida. sed si quælibet pars seorsum, & diuisim proferatur, vtraq; erit quidem signũ
proprium, non tamen inseparabile; quia in aliquibus nulla notari possunt concoctionis signa: in
alijs verò aliqua notantur statim à principio, sed illa nõ insignia, verùm potius exigua, & obscura.
Et hoc intelligendum est de his febribus, quatenus ad earũ propriam rationem pertinet; quia si in-
ciperet ephemera, quæ desineret in putridam, tunc ratione ephemerę incipientis poterit quispiam
cùm incipit febricitare, habere vrinas insignem præ se ferentes concoctionem; sed id ratione præ-
cedentis ephemeræ, non sequentis putridæ. Vnde cùm in initijs apparet proba in urinis cõcoctio,
quæ non permanet, sed paulò post recrudescit urina, satis apertum signum est incępisse ephe-
meram, quæ mox in putridam degenerauerit. Inter signa etiam putridarum febrium ea possunt C
referri, quæ propriè notantur in eis: non tamen secundum generalem earum rationem; sed pri
uatim solent apparere in aliqua putridæ febris specie. sicuti si, vigente accessione, appareant
symptomata, quæ propriè febrem ardentem sequi solent, vt sitis vehementissima, dolor capi-
tis, aut delirium, magna exagitatio, & id genus reliqua: aut si ea, quæ in lipyrijs febribus, aut in
sepialis conspici solent, aut hemitritęis, aut in ijs, quæ typhodes, hoc est successiuæ dicuntur, quas
iuniores laticas appellant. Verùm propria potius sunt specierum, quàm generis putridarum: cæte-
nus autem genus etiam demonstrant; quia genus sine specie aliqua non potest consistere, neque spe
cies sine genere. Sed si inter signa generis ponãtur, sunt quidem propria; quia extra illud genus acci
dere nequeũt, verùm non sunt inseparabilia; quoniam separari possunt ab alijs omnibus speciebus,
& non solum demonstrant in eo genere febrem illam contineri, sed etiam in qua specie ea sit. Po-
stremo verò loco infert signa sumpta ab inclinatione accessionis. Id verò est, quòd in intermit-
tentibus etiam putridis febribus, quantuncunque videatur febris ita intermittere, vt omnino in
quietem citra febrem desinat, nunquam tamen ita ad integritatem terminatur, vt verè absoluta
ea integritas omnino sit: sed, vt superius, vbi de ephemeris habitus fuit sermo, diximus,
semper aliquod vestigium remanet, quo possimus conijcere relictas esse putredinis reliquias D
aliquas, & quædam veluti semina. Vnde & hoc relatum est, tanquam signum, quòd ephe-
mera in putridam vertatur, quòd inclinatio febris, qualiscunque illa sit, siue cum sudore, seu ci-
tra sudorem, non desinit in exquisitam & integram quietem, & vacuitatem reliquiarum febris.
Et quatenus, quidem ad signa propria putridarum, satis abundè iam dictum est, quantum videlicet
Lect. ad id genus pertinere potest: Verùm quia erant quidam ex antiquis medicis, qui præterea, quæ à
XXIII nobis fuerunt exposita, & aliud ex pulsu acceptum signum addidere, non quidem ratione motus,
uel quietis, ex quibus pulsus constituitur; sed potius instrumenti: sicuti est durus, vel mollis pul-
sus, qui sequitur affectionem arterię. ad corpus. n. arterię pertinet durities, vel mollities in pulsu ꝑ
cepta. Quidã itaq;, è quorũ fortasse numero fuit Archigenes, inter signa febris posuere pulsum du-
rum. Quam quidem rem, si rectè uolumus ad examen reuocare, non negandum est; quòd inter-
dum in febribus non appareat pulsus durus; sępe quidem in hectica interdum & in ephemera: quã
uis raro, quandoque & in putrida. Neq; tamen inter signa cuiuspiam istorum generum recensen-
dus est; cùm neq; proprium alicuius earum, neq; inseparabile signũ dici meritò possit. immò neq;
etiam

A etiam propriè insignis febris in vniuersum possumus illum ponere: quia potius sequitur naturam quorundam affectuum coniunctorum cum febre, quàm febrem ipsam. Causæ enim pulsus duri, vt docet Gal. hic, & primo de præsag. ex pulsi. ideò illum efficiunt durum; quia arteriam aliqua ratione duram efficiunt. Tria verò sunt, quæ tunicam arteriæ duriorem reddunt, nempè siccitas insignis, condensatio, & veluti congelatio ex frigore, & tensio. Vbi ergo ex aliqua occasione plurimum exiccantur tunicæ arteriarum, tensæ subinde, duræque sentiuntur tùm arteriæ, tùm, qui ab eis efficiuntur, pulsus: hęc verò solent accidere in ardente febri; cùm in longum protrahitur, & iam in torridū marasmum vergit, hoc est transit in hecticam: in hecticis etiam febribus solet sępe numero sentiri: & in aliquibus etiam melancholiæ, & febris quartanæ speciebus, vt ibi tradit Gal. in ephemeris quoque, quando accenduntur à causis arefacientibus corpus, vt facit interdum nimius solis ardor, immodestus labor, plurima inedia, vigiliæ præter rationem, & modum, multaque & excedens vacuatio, pręcipue cùm adest penuria cibi, quo instaurentur; & hac eadem ratione potest in putridis febribus excitari. Condensationem autem pręfrigore omnia faciunt, quę immodestè refrigerant, vt aer exterior gelidus, aqua frigida, vel importunè epota, vel in balneo administrata, diutina in niue conuersatio, item congestio plurimę pituitæ crudæ, quam vitream appellauit Praxagoras, quę facilè contrahitur ex multo esu eorum ciborum, qui illi gignendæ idonei B sunt, vt sunt rapæ, poma, cucurbitæ, & id genus reliqua. Vnde ex hac ratione sæpe in ephemeris, quę constirpationem, vel condensationem à frigidis balneis, vel alioquin ex refrigeratione adeptæ sunt, pulsus durus potest notari. Tensio verò aut conuulsionem sequitur, aut repletionem arteriarum. Vnde in neruorum conuulsionibus durus est pulsus, vt arteria imitetur tensam chordam. In viscerum quoque inflammationibus, pręcipuè verò iecinoris, & lienis, pulsus fit durus: ex confluente enim humore ad loca inflammationum replentur arteriæ, & hac ratione tenduntur: & quanuis adsit etiam febris, non tamen propriè dicendum esse febris inditium, sed potius inflammationis. Vnde in febribus putridis, vbi percipitur pulsus durus, dubitandum de interna inflammatione. Quòd verò non sit propriè febris signum, patet ex eo, quòd si nulla sit febris, adsit autem plenitudo arterias distendens, adhuc pulsus durus erit. Vnde non modò inflammationes horum viscerum concomitatur durus pulsus, vt diximus, sed etiam cùm tenentur tumore duro, quem scirrhum gręci appellant. quamuis, vt ibidem exponit Gal. duplex duritiei occasio est in scirrho; videlicet venarum plenitudo. sicut enim calidiori sanguine replentur in inflammatis visceribus; ita frigido & crasso, cùm ex scirrho intumescunt. præterea verò condensatio ex humore frigi C do, & crasso. Sed de hac re plenius disputauimus (ait ipse) in multis libris, quibus complexi sumus omnem pulsuum peritiam, ac eos libros nominat. nec modò scriptis explanauimus, verùm opere ipso, & facto in uisendis ægrotis hęc omnia experientia comprobauimus. Sed ad hecticas febres transeamus; quia iam satis (inquit ipse) de his locuti sumus. Nos verò, posteaquam institutus est de putridis febribus sermo, operæpretium facturos existimamus, si quęcunque ad maiorem, & exactiorem earum cognitionem pertinent, hoc loco persequamur: tùm quia magis à iuuenibus huiusmodi febres desiderantur: tùm etiam quia difficilior est, ac multiplicior harum tractatio. dilata ergo hecticarum consideratione ad secundum usq; librum, in his aliquantisper immorabimur, Quoniam autem putridę febres ex humorum putredine accenduntur, & in earum curatione putredo quoque suam habet propriam indicationem, ut & xi. meth. & alibi sępe testatur Gal. indicatio verò ab ipsa rei natura & substantia desumitur. Ideò à putrefactionis diffinitione exordiemur, sequentes doctrinam eiusdem Gal. qui & ipse eodem xi. meth. harum febrium tractationem absoluturus à putredinis diffinitione auspicatur. & rectè quidem. Nam ab hoc capite exorsi facilè postea, & quomodo accendatur putrida febris: quotque sint putridarum febrium causę, & quę: pręterea verò quot, sint earundem differentię; & nihilo secius etiam quot, & quę indicationes in febre pu- D trida conueniant, ex quibus deinde constituitur methodus omnes eiusmodi febres curãdi: cognoscere poterimus. Diuersi ergo diuersimodè putrefactionem diffiniuere. Nos aũt duas tm̃ diffinitiones referemus, & explanabimus. Alterã Gal. quẽ tãquã ducẽ, & lumẽ medicorũ secuti sumus, & à quo quasi à primario fonte omnia, qui eo posteriores fuerũt, hauserũt: Alteram uerò Aristotelis, oĩum philosophorũ saltem naturaliũ principis. easque inter se cõferemus, vt uideamus, an ambę in vnũ conueniãt, an vero differant, differentesq; habeãt rationes. Nam ex nostris latinis non defuere, qui putauerint aliam esse rationem putrefactionis, quam Gal. diffiniuit, & aliam illius, quam Arist. Proferamus aũt prius Aristotelicã: illa. n. nobis explanabit lucidissimè alterã. Itaq; 4. meteo. ait, ꝙ putrefactio est interitus, vel corruptio, (φθορ ait ipse gręcè) proprię, & innatę caliditatis in vnoquoque humido ab aliena caliditate. Quã vt exquisitius intelligamus, altius rẽ aliquãtò exordiamur, vt ex ꝓprijs fundamẽtis Peripateticorũ ipsã exponamus. Eodẽ ergo li. 4. meteo. de putrefactiõe facturus verba, hoc tãquã fundamẽtũ accipit, putrefactionẽ esse naturalẽ corruptionẽ, vel interitũ mixti, & quę eius generationi contraria est. At verò, quia generatio est transitus ad esse: interitus aũt, uel corruptio ad nõ esse: dicere possumus, ꝙ altera rõnẽ habitus habet: altera priuationis: semp. n. trãs

Cap. 8.

Cap. 8.

Lect. 24.

D 2 mutatio

ſmutatio ſequitur rationem, & naturam rei, ad quam fit transmutatio: priuatio autem facilè A
cognoſcitur per oppoſitum habitum. ideò ſi prius de generatione mixti paucula quędam dixe-
rimus, illa nobis lucem non paruam pręſtabunt ad ea intelligenda, quæ à nobis ſunt dicenda de
putrefactione; præter id quod non parum vtilitatis nobis afferent ad multa facilius percipien-
da, quæ poſtea, vbi curationem febrium putridarum cum Galeno in lib. ad Glauc. explicabimus, in
conſiderationem reuocabimus. Mixta itaq; ut idem Ariſt. primo de gener. & inter. docet, per mix-
tionem generantur; mixtio verò eſt, ut idem ait, miſcibilium alteratorum vnio. Vnde tota ratio, &
natura mixtorum conſiſtit in vnione eorum, quę mutuò miſcētur, dum generantur. Miſcibilia ve-
rò primum, & per ſe ſunt humida, vt eodem primo probatur. vnde omnis mixtio ratione humidi-
Cô.18 tatis fit. Quod Auer. 4. Meteo. inſinuare volens, ait, quòd humiditas eſt cauſa adunationis, &
mixtionis. Secundo verò loco miſcibile eſt ſiccum; quia miſceri non poteſt, niſi per humidum:
text. Cô 38 vnde mixtio fit, dum ſiccum cum humido miſcetur, vt primo de gener. & inter. inquit Ariſt. & 2.
text. eiuſdem, & 4. Meteo. ex horum ergo miſcella, humidi nimirum cum ſicco, generantur mixta; ut
Cô.19 idem Auer. 4. Meteo. docet. Sed neque tamen hæc ſola ſatis eſſe poſſunt ad mixtionem peragendam
Cô.29 & mixta generanda. nam hæc tanquam mixtionis materia requiruntur; & cùm materia per ſe
quidem, & quatenus materia, nihil efficiat; ideò indigent aliquo agente, ea mutuo miſcente. Mi- B
ſcens ergo, primum quidem eſt calidum: Alterum verò frigidum, & hæc quidem ſunt tanquam
agentia, & miſcentia. Humidum autem, & ſiccum tanquam miſcibilia, & materia. Vnde ab humi-
do quidem habet mixtum continuitatem: à ſicco conſiſtentiam: à calido formam: menſuram ve-
rò, uel modum à frigido. neque enim ab omni calore, & ſecundum quemcunque modum fieri po-
teſt mixtio; ſed à quodam definito, & determinato ſecundum menſuram, uel modum accommoda
tum naturæ illius rei, quę generāda eſt. modus verò calori aduenit ex additione, uel mixtura frigo
ris. & proinde mixtio fit, & mixti generatio, tanquam à proxima cauſa, à calore, qui inſitus, uel in-
natus, vel naturalis dicitur. Sed his addamus, ꝙ mixtio, atque adeò etiam mixti generatio fit per
text. concoctionem. quod patet ex diffinitione concoctionis, quam nobis quarto Meteor. Ariſt. ex-
Cô.14 poſuit, vbi ait, ꝙ concoctio eſt perfectio in vnoquoque humido, à proprio, & innato calido ex
oppoſitis paſſiuis. cùm ergo ui proprij, & innati calidi perficitur humidum, (perficitur autem illi
aptè ad mixto ſicco) miſcibilia ad unitatem perducuntur, quæ eſt propria forma mixti, & mixtum
generatur. concoctio ergo eſt veluti via, & transmutatio, quæ tandem ad vnionem, & generationē
mixti terminatur. Cùm autem ſimilis ſit ratio oppoſitorum, facilis iam erit expoſitio diffinitionis
putrefactionis. Nam cùm putrefactio ſit contraria, vt dicebat Ariſt. generationi mixti, neceſſe ſanè C
eſt, vt ſit interitus, vel, vt aiunt, corruptio mixti: aut tranſitus, & via ad interitum, & corruptio-
nem mixti. Verùm cùm interitus, vel corruptio rei mixtæ momento fiat, ſicut & aliarum ſubſtan-
tiarum: putrefactio verò temporanea ſit transmutatio. ideò dicendum videtur, quòd ſicut conco
ctio eſt transmutatio, & veluti via ad mixtionem & vnionem eorum, quę miſcentur: ita putrefa
ctio transmutatio eſt, qua diſſoluuntur, & ſeparantur ea, quę per cōcoctionem in mixtione ad vnio-
nem perducta ſunt. & ſicut concoctio fit ex victoria caloris inſiti, vt pote quando ille obtinet ma-
teriam pręcipuè verò humidum in mixto. ita putrefactio fit ex eius imbecillitate, cùm ille nequit
amplius continere ea, quę mixta erant. vnde neceſſe eſt, vt ſuperueniente calore extraneo ſepa-
rentur & diſſoluantur. Natiuus etenim calor duo habet aduerſaria: Alterum, quatenus calor eſt,
& eſt frigus. Alterum, quatenus natiuus & proprius eſt, & ſecundum hanc rationem illi aduer-
ſatur externus, & alienus calor, vel pręter naturam rei. declarauit autem Gal. 2. de differ. febrium
Cap. 2 quis eſſet is alienus, & externus calor, cùm dixit, externum verò, vel alienum calorem vocò, qui
neque ingenitus eſt, neque proprius cuiuſcunque rei. At verò cùm calor naturalis à frigore ſupe-
ratur, & extinguitur, non dicitur putrefactio, ſed potius congelatio. Poteſt autem ab alieno, &
externo calore bifariam ſuperari, & extingui proprius rei, & natiuus calor. Nam aliquando adeò D
illum ſuperat, vt humidum cui innitebatur, repente conuertens in ſui ſubſtantiam, conſumat;
quo conſumpto, ſimul & calor extinguitur: ſicut à maiori igne quandoque minor extinguitur;
& hæc proprie non eſt putrefactio, ſed combuſtio. Interdum verò non ita, & ex tanta pro-
portione ſuperat calor externus proprium, vt eius humidum comburat, ſed paulatim calo-
rem naturalem extra euocat, & educit, diſſoluitq;, qui euaporat digeſtus ab externo, & eum
ſequitur humidum, à quo calor fouebatur: quo fit deinde, vt quę putreſcunt, exterius videantur
humidiora. Differunt autem hi duo modi extinctionis caloris extranei: quia combuſtio quidem
ſemper violenta eſt, & pręter rationem rei: putrefactio verò interdum naturalis eſt; interdum
verò violenta, & præter naturam. nam ipſemet Ariſt. dixit, quòd putrefactio eſt naturalis mixti
interitus. Eſt itaque aduertendum; quia hoc non parum faciet ad dicendorum in ſequentibus
perceptionem. Quòd naturalis quidem interitus dicitur mixti, quando à proprio, & interno
principio, ipſius oritur ratio, & occaſio interitus. Violentus autem quando ex externa cauſa, &
præter rei ipſius naturam. Ex interno quidē principio originem habet putrefacto, & interitus mix-

A ti, quando ipse natiuus calor sibi in causa est, vt dissoluatur, & debilior euadat, quàm vt pos
sit mixtioné obtinere, & conseruare, idq; illi euenit consumpto, & digesto paulatim proprio hu
mido; & proinde ex superuentu postea externi caloris dissoluitur. Et hoc modo, & plantæ, & ani
malia paulatim senescentia contabescunt, marcescunt, & tandem intereunt. Alia verò putrefa
ctio, quæ potius violenta est, & omniuo præter naturam, vt quæ ab externo principio omnino fit
duplici ratione efficitur, Primum quidem, quando natiuus calor euincitur ab externo calore, &
euocatur, tandemq; dissipatur. Et hac de causa in locis calidis, & temporibus calidis facillimè res
putrescunt, præcipue verò res humidæ. nam vbi multa est humiditas, non ita facilè à calore regi, &
congruè administrari potest, neq; illam contra iniuriam, & dissolutionem ab externo calore tue
ri. unde ille uictor, & superior euadit. Contra verò externum frigus, internum calorem interius *Lect.*
repellit, atq; eum colligit, & eius euocationi resistit: eius autem uis vnita, & in se collecta fit for- *XXV*
tior. Vnde putrefactio minus fit in hyeme, & locis, frigidioribus. Deinde verò fit putrefactio, quan
do calor natiuus in alienum & extraneum conuertitur; qui, sicut dum naturalis erat, generatio-
nis; & conseruationis erat auctor, ita cùm transit in alienum, & præter rei naturam, corrumpit, pu
trefacit, & dissoluit mixtionem, vt & Gal. & Arist. in hoc consentiunt. Nam & Gal. 2. de differ. feb. Cap.8
B dixit, quòd natiuus calor concoquendi vim habet: alienus verò putrefaciendi. Degenerat autem
in alienum, cùm excedit limites proprij, & naturalis temperamenti rei illius, cuius calor proprius
est. Huius autem excessus, & si multæ possint causæ referri, hæc tamen prima, & præcipua est, quæ
& necessaria est omni etiam igni, dum in hoc inferiori mũdo, & extra proprium locum est, vt pos-
sit consistere. ea autem est uentilatio, uel euentatio, quæ fit ab aere frigidiori, quæ cùm inter dici-
tur extinguitur ignis. ita & natiuus calor, cùm per hanc euentationem non temperatur, & refrena
tur; excrescens exit proprios limites à natura illi præscriptos, statimq; in alienum, & extraneum trã
smutatur. Præcipuæ verò istius deperditæ euentationis causæ sunt, obstructiones viscerum, & cõsti
patio; condensatioq; cutis in animatis corporibus, uel potius in animantibus, vt tandem sermo-
nem conuertamus ad ea, quæ proximè ad nostrum hoc negotium attinent. Quòd autẽ hæc euenta
tio plurimum defendat à putrefactione, argumento illud esse potest, q ea, quæ uolumus seruare ẽsta
re, in vmbra; vbi perflat aer; vel aura, exponimus: quæ si radijs solaribus sint exposita, citius putre-
scunt; quia aer ille calidior, non potest probè ventilare. Vnde & Gal. superius, vbi de febre pestilẽ
ti erat sermo, referebat sententiam Thucydidis, qui dicebat; eos in ea pestilentia maximè fuisse ob-
noxios, qui degebant in suffocatis tugurijs. Et hæc quidem quantum ad diffinitionem putrefactio-
C nis Arist. attinet, satis sint. Nunc eã Gal. examinemus, quæ quidẽ examinatio facilis, & breuis erit:
nã illa Arist. rectè percepta est ueluti explanatio istius Gal. quæ ita se habet, putrefactio est mutatio
totius naturæ putrescẽtis corporis ad corruptionem ab externo calore. Quæ ad amussim cum Ari
stotelica consentit. quod facilè conspici poterit, si perceperimus, quid sibi uoluerit Gal. per totam
naturã putrescentis corporis. At ipse id lucidissimè tertio aphor. exposuit ubi ita ait, natura secun-
dum suum proprium significatum est propria cuiusq; rei temperatura quatuor elementorum. Et
si quis dicat Gale. xi. meth. dixisse, putrefactionẽ esse mutationẽ totius *uiui*, hoc est substãtiæ, non
antè *purior* hoc est naturæ. Facilè respõdebimus, q si qs legerit principiũ libri de natura humana, faci
lè percipiet eãdẽ esse rationem, siue dicamus naturæ, siue substantiæ. nam naturam humanam pro-
bat Hippo. ad eã substantiam referri, ex qua constat homo. Hæc ergo natura ab externo calore cor
rumpitur, quatenus temperatura dissoluitur, separatis elementis. ut. n. generatio fit illis deductis
ad temperaturam, & vnitatem ui, & ope natiui caloris; ita à calore alieno, uel externo illis dissi-
patis, & dissolutis, fit corruptio, & interitus: quæ quidem mixtura nunquàm dissipari, & dissol-
ui poterit; nisi natiuus calor prius uincatur, qui est veluti naturalis nexus, vnita retinens ipsa mi-
scibilia. Ecce ergo, quòd quanuis diuersa sint utriusq; diffinitionis verba, eadem tamen est senten-
D tia. Sed hæc, quæ ita in vniuersum dicta sunt, contrahamus, & accommodemus nostro huic nego-
tio. Cum. n. de putridis febribus sit in præsentia institutus sermo, quæ ex putrescentibus humori-
bus accenduntur, hoc etiam disquirendum nobis est, quomodo, & qua ratione putrescant humo-
res in corpore animalis, & quibus de causis. Nam hoc non parum conducet ad faciliorem intel-
lectum eorum, quæ de ratione curandi febres putridas sunt à nobis postea exponenda. Facilimè ve
rò hæc explicabimus, si altius exorsi, quomodo, & à quibus humores ipsi generantur explicemus.
Aduertendum ergo, q calor innatus solidarum partium, imprimis verò viscerum est id, quod est
primum, & præcipuum agens, & effectrix causa ipsorum humorum, qui naturales sunt in ipso ani-
mante. Hoc. n. docuit Gal. 2. lib. comm. in primum Epid. cum ait, quòd natura, à qua concoquun- Cõ.40
tur humores, protensa est per solida corpora. Quid autem materia apud Gal. significet, paulò an
te aperuimus. Sed clarius 4. Aph. ita inquit, natura, quæ regit solida corpora, est calor innatus. Cõ.37
Proximum, & secundũ est calor genuinus, & in eis innatus: & sicut illa ab vtrisq; generantur, ita
& ab vtrisq; seruantur & custodiũtur, atq; cũ ab eorũ tutella, &, vt aiũt, regimine destituuntur, statim
corrũpũtur, & putrescũt. Sed qa fortasse hoc nobis obscurius videtur; ideò exẽplis apertissimis hoc

in nobis declarabimus. Primum itaq; accipiamus à prima concoctione, quæ in ventriculo fit, qui, A
cùm cibum prius in ore attritum suscipit, ipsum transmutat, vt illum sibi similem reddat: Vnde p
suum calorem naturalem agendo in natiuum calorem cibi & potus, illum destruit, & eam tempe-
raturá, mixtionemq;, qua cõstabat cibus, dissoluit, vt ad eam perducat, quæ apta, & congrua sit chy
lo, vel succo in ventriculo generando. ex qua noua mixtione, nouaq; temperatura elementorum,
quam calor uentriculi efficere nititur, oportet, vt suus calor generetur proprius, & innatus illi
materiæ, qui adiutus à calore uentriculi regat, & contineat ipsam mixtionem. secundum. n. hanc ra
tionem, vt superius exposuimus, generãtur mixta omnia. Et forsitã huc respexere antiqui illi medi
ci, quorum sçpe meminit Gal. qui dicebant cibum non coqui, sed putrescere in ventriculo. qui si
hoc uolebant, quod nuper diximus, non omnino aliena à ratione dicebãt. nam necesse est, vt eorũ
præcedat corruptio, si sit generandus per concoctionem vtilis succus. Sed in hoc malè loqueban-
tur; quia transmutatio debet rationem suam à fine suscipere: finis verò est, vt per concoctionem ge
neretur succus. Quo pacto autem chylum per primam concoctionem generari diximus: eodem &
sanguis, cęteriq; humores per secundam in iecinore, eiusq; venis ex chylo gignuntur. ibi. n. noua
fit transmutatio chylosæ materiæ, nouaq; mixtio, & temperatura elementorum, nouusq; iterum ca
lor ex ea materia, mutata priori temperatura, excitat̃, qui insitus, & innatus, propriusq; humorũ B
calor est, à quo regitur, & conseruatur mixtio: verùm sine calore iecinoris, nequit generari san-
guis, neq; etiam cęteri humores. re uera. n. duo hi calores in unum conueniunt, & ex eis fit vnus
calor, qui tanquam proximum, &, vt aiunt, adęquatum efficiens est sanguinis, & aliorum humo-
rum, qui ita se habent inter se, sicuti se habere calorem insitum, vel innatum simplicium membro
rum cum calore influente illi à corde diximus: nempè q calor iecinoris est veluti forma, & calor p
prius humorum est quasi materia: ita etiam neq; conseruari possunt humores, nisi gubernentur, &
conseruentur ab vtrisq; his caloribus: adeò vt quicunque ex eis deficiat à custodia, & proprio mu-
nere, statim necesse sit humores putrescere. Vnde rectè dixit Hippo. quòd cùm sanguis extra venã
exit, eum necesse est corrumpi, & in pus verti. In febribus quoque intermittentibus humores
extra venas expulsi, ibi putrescunt, & febrem accendunt; ob id quia destituti sunt à calore natura-
li ipsius iecinoris, à quo fouebantur, dum in venis erant: ille. n. erat naturalis locus, in quo seruabã
tur. Sed & alio modo non rectè administrantur humores, vel etiam in venis, ob earum videlicet de
fectum; vt pote quia calor ipsarum uenarum, quæ in hoc munere sunt vicariæ iecinoris, excedit pro
prium, & naturale temperamentum, & ad igneam naturam accedit. Præcipua verò causa, quæ natu
ralẽ temperiem naturalis caloris in omnibus nostri corporis particulis cõseruat, vt Gal. lib. de usu C
pulsus, & respirationis demonstrat, est eius euentatio, & perspiratio. Vnde cùm illa intercipitur, p
hibeturq;, statim calor naturalis suos limites excedens fit præter naturam. hanc verò diflationem; &
euentationem caloris, vt priori capite exposuimus, prohibent ac intercipiunt obstructio, & cutis
Lect. condensatio, vel constipatio. Calor verò alter, qui ipsis humoribus insitus est, à suo officio deficit,
XXVI. quando ipse statim à primo eorum ortu imbecillior fuit, quàm vt potuerit exquisitè obtinere, & su
perare ipsam materiam, & eam perfectionem humido proprio, illi siccum commiscendo, præstare,
quam requirebat ratio humoris generandi. Illud verò contingit interdum vitio ipsorum ciborum:
Interdum uitio ventriculi, vel iecinoris malè coquentis. Vitio quidem ciborum, quando illi tãtam
habent humiditatem, vt illa neq; probè coqui, neq; tantum sicci cum ea commisceri possit, quantũ
ratio requirebat; sicuti contingit in esu fructuum, qui [illegible] à græcis, fugaces autem dicuntur à qui
busdam latinis. nam sicut illi facilè, & citò ob nimiam eorum humiditatem putrescunt: ita eadẽ de
causa sanguis, & vniuersum alimentum inde genitum facilè putrescit. ita & quod ex oleribus gi-
gnitur. Calor itaq; imbecillis factus facilè, & ex leni occasione uincitur. Ita etiam cibi alij sunt, qui
adeò frigidi sunt, vt in concoctione elementa frigida nunquã potuerint omnino à calidis vinci:
vnde in crudos humores degenerant, in quibus calor suus natiuus valdè imbecillis euadit. hoc ve- D
rò sçpe illis accidit, qui vescuntur multis cucumeribus, cucurbitis, melone indo, pomis, pyris
crudis, & asperis, fungis, rapis, cibisq; vel malè paratis, vel non probè coctis: aut, vt superiori ca-
pite declarauimus cum Gal. cibis, qui quantumlibet ex sua natura boni sint, malam tamen qualita
tem contraxerint, vel ex eo quod consenescentes iam incęperint putredinem, uel cariem, vel situm
contrahere; uel ex loco, vbi seruati sunt. Nam & dum concoquuntur, omnino aliqua putredinis se
mina seruant. quod quidem in vuis manifestum est: si. n. incęperint putrescere, vel ob humidam
cœli constitutionem: vel quia seruatæ sint simul in aceruum congestæ, vt trãspirare nequiuerint,
vinum, qui postea ex ipsis, dum calcantur exprimitur, quamuis deinde bulliat, & clarescat, atta-
men redolet semper putridum quendam odorem. Vitio verò tùm uentriculi, tùm iecinoris fit, vt
humores faciles, & apti ad putredinem generentur, quando vel alterius eorum, vel vtriusq; uis cõ
coctrix aberrat. nam si fiat error insignis in prima concoctione, non potest, vt est trita Gal. aucto-
ritas, à secunda corrigi. Aberrant autem concoctiones hæ, aut defectu proprio; quia vel imbecilles
sunt ex frigida horum uiscerum intemperie; vnde crudi generantur humores: vel ex calida, vnde
cibi

A cibi corrumpuntur, in nidorosam qualitatem. Aut aberrant ratione alicuius extrinsecę occasionis, vt ex prauo aliquo ordine: sicuti si quæ deberent præmitti, postponantur: aut ex importuna corporis motione, dum cibus coquitur: vel ex cogitationibus, & studio: vel venere: vel ex nimia crapula: vel quia, antequam sit primus cibus confectus, alter ingeritur: aut tantus potus ingurgitatur, vt deinde fluctuet in ventriculo. Hæ itaque sunt causæ, cur putrescant humores febre excitantes: quę tamen in duo capita referri possunt, in causas efficientes, & materiales. efficientes sunt prohibita transpiratio, uel euentatio: hæc enim efficit, vt à calore alieno superetur calor proprius: istius verò prohibitionis in causa est, tùm obstructio venarum, viscerum, aut meatuum exiguorum: tùm verò constipatio, vel condensatio. obstructio fit aut à multitudine, aut à crassitie, aut à lentore humorum: constipatio à frigore, uel ab astringentibus, vel ab arefactione. Cæteræ verò potius sunt materiales, ob id, quia generant materiam aptam ad putredinem. Hic autem nostri latini, & qui Auic. exponunt, disputant, an possit in nostro corpore putredo accendi absque hac prohibita transpiratione: an potius sit ea semper necessaria; multaq; ipsi in hac re conculcant. Nos tamen breuiter rem hanc expediemus. & quanuis eorum nonnulli concedant, ꝙ semper cum febre putrida sit obstructio: non tamen concedunt, ꝙ prohibita hæc euentatio ab obstructione, uel constipa-
B tione sit causa necessaria putrefactionis, & febris putridę. Gal. tamen ubique refert esse causam necessariam, vt ab ea uidelicet putrida febris, & putrefactio efficiatur, vt patuit superioribus capitibus: clarissimè autem xj. Meth. id explicat, cùm ait, in duobus libris monstrauimus quantam vim habeat respiratio, & pulsus ad hoc, vt calor corporis difflatione, & uentilatione in sua natura conseruetur. ex quo deinde fit, ut si quid eorum, quę in corpore sunt, à putredine corripiendum sit, opus sit has intercipi transpirationes. & paulò superius illa tantum corpora putrescere dixit, quæ cùm calida, & humida sunt, neque perflata, neque ventilata in loco calido, & humido manent. vnde & eodem libro, & ubicunque agit de ratione curandi febres putridas, semper eius indicationis meminit, quę ab obstructione depromenda est. Neque eorum cauilla, uel rationes quicquam valent. Nam facilè dissolui possunt, ut illius exemplo ostendam, cui illi plurimum nituntur, & est de putrefactione chyli in ventriculo. ubi manifestum est, quòd ex calida temperatura ventriculi corrumpitur chylus in ventriculo: ex frigida enim cruditas generatur: vnde propterea putre fit chylus; quia eius natiuus calor in alienum, & igneum uersus est: at si rectè, & pro ratione fuisset ventilatus, nequaquam in igneum, & extraneum fuisset conuersus. Sed de his satis, superq; à nobis dictum sit. Quę si rectè percœpistis, & ea contuleritis cùm primo cap. Auic. 2. tract. ubi de
C causis putredinis agit, illud per hæc optimè explanari posse uidebitis. Accedamus modò ad secundum librum de diff. febr. postea quam hecticarum considerationem, ut superius diximus, breuioris & clarioris doctrinæ gratia ad eum librum distulimus.

Cap. 4

VICTORIS TRINCAVELLII PHILOSOPHI AC MEDICI VENETI.

A

IN SECVNDVM GALENI LIBRVM DE DIFFERENTIIS FEBRIVM EXPLANATIO.

B

Reprobatio eorum, qui putabant omnem febrem putridam fieri ex abundantia solius flauæ bilis. Cap. I.

Lect. 27. AT illud superest, ut febrium differentias, quæ in humoribus accenduntur, percurramus, &c. Quemadmodum diximus statim ab exordio istius operis, cùm tres sint primę differentiæ febrium, vel prima, & summa genera, à materia triplici, in qua accenditur calor igneus, qui febris dicitur, suam habentia rationem; quę quidem genera & ipsa per suas particulatim differentias dispertita in multas, & differentes species descēdūt. C cùmq; horū generum nullum sit, quod in plures differentias, & inter se magis differentes natura, & forma, & symptomatibus, & subinde etiam curandi methodo diuidatur, quàm genus putridarum febrium, & proinde etiam, quod longiorem requirat disquisitionem. Ideò in primo istius operis libro de omnibus his tribus generibus in uniuersum, & secundum eorum generales rationes tractationem prius instituit: postea verò particulatim de illis duobus, quę simpliciora erant, distinctè per eorum differentias etiam ultimas sermonem habuit. at tertij uempe eius, quod ex putrescente humore excitatur, particulatim, & per suas differentias tractationem in hunc secundum librum distulit. In præsentia ergo de omnibus febrium putridarum differentiis, quantum ad earum generationem, & naturam pertinet, acturus est, & ad signa, quibus & dignoscendę, & distinguendæ sunt. Verùm quia ars semper naturæ est imitatrix: natura uerò, cùm quidpiam generatura est, remouet prius, si quę sunt in subiecta materia contrarię affectiones: postea propriam, & intentam formam inducit. Propterea solent auctores, qui theorema aliquod exposituri sunt, si qui fuerint errores ad illud pertinentes, eos prius refellere; mox id, quod verum est, docere. Ita igitur & Gal. facit: cùm eo tempore falsa quædam quorundam medicorum opinio uigeret, qui omnes in humoribus accensas febres ex uno, & eodem humore, non autē ex diuersis, & pluribus excitari, hoc est, ex bile putabant; ideoq; accendi, quia plurima congeritur in corpore amara, vel flaua bilis: nec esse necessarium, ut putrescat ad hoc, vt febris gignatur, opinari videbantur, quatenus ex rationibus Gal. possumus coniectari. Vnde aduersaria quasi uidetur horum opinio opinioni superius in primo libro recitatę, & in Athenæum auctorem relatę: sentiebat enim ille omnem febrem ex putredine fieri. hi verò has etiam quę in humoribus accenduntur, citra putredinem accendi uolebant, quasi sola copia bilis, cùm illa augetur, febrem afferre possit. Vnde sicut illi alia duo genera tollere voluisse videbantur: ita hi genus putridarum. Cur autem hi putauerint, ꝙ omnis eiusmodi febris ex bile fiat, rationem non exponit Gal. Sed potuere forsitan hac ratione moueri: quoniam, ut & ipse Gal. affirmat, & Hippo. insinuat, febris est affectus calidus, & siccus: ergo cùm accenditur, accendi non potest nisi ab humore calido, & sicco: omne enim agens, ut Arist. in naturalibus libris testatur, nititur sibi illud assimilare, in quod agit. In duobus ergo uidentur aberrare hi. Primum, quia putent, ꝙ ex solo cremento bilis possit gigni D

gni

A gni febris. Deinde, ꝙ existiment ex sola bile febres accendi. Quare & vtrunq; errorem remouet Gal. & primò quidem primum repellit ratione deducente ad id, quod falsum est, & contra experiẽtiam. vt in hunc modum rationem formemus. Si sola bilis copia in corpore cõgesta citra aliam cau sam febrẽ accenderet, omnes illi febricitarent, in quibus multa esset bilis copia adaucta. Sed hoc est falsum, & contra sensum & experientiam. Ergo & id, ex quo deductum est. Quòd autem consequens id falsum sit, ostenditur; quia in auriginosis, vel, vt Græci appellant, in ictericis copiosa col lecta est flaua bilis: neq; tñ pleriq; eorum febricitant. Vñ oportet aliquid aliud adesse ad hoc, vt febricitent: id verò est, ꝙ opus est aliam causam accedere, ob quam ipsa putrescat. nunq̃. n. febrẽ excitabit; nisi putrescat. Sed de hoc, ait ipse, paulò post est habendus sermo. Contra verò errorem secundum, quòd non omnes eiusmodi febres ex bile flaua ortum habeant, probat desumpto argumẽto, & ab ijs, quæ solent febres ex humoribus exorientes antecedere, quasi earum causæ, & ex symptomatib. quæ cõcomitari, uel consequi solent, & ex corporibus eorũ, qui maximè proni & apti suapte natura sunt, vt in has febres incidant. Ratio verò in hunc mod um se habet. Tertiana, quartana, ac etiam quotidiana in omnibus his enumeratis adeò sunt diuersæ, & ferè cõtrariæ, vt nequeat omnino fieri, quòd ab eodem humore omnes originem habeant. Quòd verò in his ea omnia diuer

B sa & penè contraria reperiantur, per inductionem ab experientia acceptã facilè ostendi potest. Tertianæ. n. frequentissimè solent exoriri in corporibus, quæ aptissima sunt ad generandam multam bilem, qualia sunt calida, & sicca: in ea item ætate, quæ maximè est ferax bilis, vt est iuuentus: & in ea omni tempestate, & constitutione, in qua multa gignitur bilis, sicuti in æstate, quæ calida, & sicca est: item in calidis & siccis regionibus. in ijs etiam, qui uictu vtuntur apto ad bilis procreationem, nimirum laboribus, solicitudinibus, cibisq; calefacientibus, & siccantibus. Præterea symptomata omnia, quæ frequentia in his febribus sunt, bilis copiam demõstrant: vomitus. n. biliosi sunt, vrinæ, excrementa alui, & sudores. At in quotidianis omnia secus, & secundum oppositam rationẽ se habere vnusquisq; obseruare potest. nam ea maximè familiaris est illis, qui maximè pituitosi sunt, vt qui frigidi sunt, & humidi suapte natura, & qui alioquin pituitam generant: & in ætate, in qua plurima ea gignitur, vt senili ob defectum caloris, & puerili ob ingluuiem: in omni tempore frigido, in quo multa fit pituita, vt in hyeme: itidem in regionibus frigidis, & humidis: in vita otiosa: in multis crapulis: ex ijsq; erroribus, vnde impeditur concoctio, ut ex balneis, aut motu, aut uenere, aut studio. sed nec uomitus in his sunt admodum biliosi; quia potius pituitosi: nec alui excrementa, nec urinæ referunt bilem. Secundũ uerò eundem modum quartanas uidemus ex-

C citari in corporibus, in ætatibus, in anni temporibus, in regionibus, maximè procliuibus ad generã dum melancholicum humorem, ac in uictus ratione eidem generando apta. Verùm & ea symptomata, quę in accessionum principijs solent apparere, admodum diuersa sunt. Præter id. n. ꝙ in exquisita tertiana in principio morbi statim manifestus apparet rigor, vt posterius dicemus, forma ẽt rigoris valdè diuersa est ab eo, qui in quartanis percipi solet. Nam in tertianis percipitur uelnti res quædam pungens, & mordicans, ostendens tenuem, & acrem, calidumq;, humorem: In quartanis uerò est sensus rei refrigerantis. Et proinde nemo sanæ mentis compos iudicare vnquam poterit ex eodem humore has febres adeò diuersas in omnibus originẽ habere posse. Sed est aduertendum, ꝙ rationem suam ad has febres redigit, cùm exquisitæ sunt; quia in illis signa magis cõspicua sunt, & syncera. nam cùm non sunt exquisitæ, sicuti mixta, & notha est febris natura; ita etiã & symptomata & signa confusa sunt. Est item aduertẽdum, ꝙ, quia aliquis posset à Gal. expectare, vt rationem istius diuersitatis rigoris in his febribus exponat; & cur in intermittentibus rigor appareat, secus verò in continentibus. Ideo Gal. causam reddit, cur hæc prætermittat. ea verò est, ꝙ exquisitè in 2. de caus. sympto. hæc tractata sunt; quanuis copiosius etiam in libello de trem. rig. palpit & cõ, uul. id ipsum exposuerit. in quo etiam libro de caus. sympt. (inquit ipse) egimus, de earum febrium

D rõne, quæ ad idẽ genus pertinent, sicuti tertiana intermittens ad idẽ genus pertinet cũ tertiana cõtinua. intermittentem verò in his tribus generibus putridarum febrium, eam appello, cuius accessio definit in quietem febre uacantem, quantum per sensum iudicari potest. Quod dixit, quia non adeò uacuaest ea quies; quin semper aliqua putredinis indicia, vel febris conspici, & obseruari nõ possint, si diligenter aduertatur; saltem in pulsu: sed sensu iudicatur, quantum ad calorem pertinet, corpus febre omnino uacare. Nam hoc peculiare est in ephemeris, quòd desinant vndiq; & omni ex parte, tàm quò ad caloris sensum, quàm etiam quò ad omnia symptomata, in febris uacuitatem. Postremo loco summatim, & per capita differentias istarum duarum febrium ad idem genus pertinentium exponit, & inquit, ꝙ in intermittente febre humor expulsus extra uenas, uel uasa, qui febrem facturus est, fertur per particulas omnes dispersus, & ibi putrescit: nam si ad vnam tantũ decũberet, inflammationem excitaret, vt superius diximus. In continuis autem non expellitur extra vasa; sed in eis conclusus, & putrescens febrem accendit. Eadem itaq; materia & intermittentem febr em, & continentem gignitur; & ratio utraque ad idem genus pertinet, vt a. de cris. docuit Gal. quia propriæ, & per se differentiæ, utà principio diximus, illæ imprimis sunt, quæ à mate-

ria, in

ria, in qua febris accenditur, depromi solent. quæ verò à ratione intermissionis, uel continen- A
tiæ accipiuntur, à quodam potius febris symptomate desumuntur, vt Gal. uidetur dicere primo
lib. comm. in 6. Epid. id. n. illi accidit ratione loci, in quo putrescit humor. Multa præterea essent,
quæ possent huc transferri, quæq; ad intelligentiam eorum, quæ hoc loco dicta sunt, non parum
conducerent: ea tamẽ in pręsentia nos prætermittimus; quia inferius loco accommodatiori erũt
explicanda. Ne ergo tempus in illis repetendis inaniter conteramus, accedamus ad sequens caput.

De communibus differentijs febrium Putridarum. Cap II.

Lect. 28. INTERMITTENTIVM igitur tres sunt oẽs differentiæ numero, quotidiana,
tertiana, & quartana. &c. Methodus inueniendarum differentiarum alicuius gene-
ris ad vltimas vsq;, vt statim ab initio vtrorumq; horum librorum, quos suscipi-
mus explanandos, ostendimus, est diuisio; & proinde semper ferè diuidendo proce B
dit in hoc libro Gal. Diuiso itaq; genere febrium putridarum in fine præcedentis
capitis in continentes, & intermittẽtes: in pręsentia vlterius progreditur, & inter
mittentes in tres partitur species, uel differentias, in quotidianam, tertianã; & quartanam, penes
triplicẽ differentiã humorũ, è quorũ putredine accendi febris potest. hi verò sunt pituita, bilis, &
humor melancholicus. Sed statim dicet aliquis, nonne etiam quartus humor, qui sanguis propriè
appellatur, potest putrescere, & febrem accendere? Ad hoc dicimus duo. Primum, ꝙ potest quidem
putrescere; verùm febris ea non erit intermittens, sed continens. nam, vt & Auic. inquit, locus, in
quo sanguis putrescit, cùm putrescit, sunt venæ. & ideò disquisitio hæc non pertinet ad præsen-
tem locum, in quo de intermittentibus institutus est sermo. Deinde verò & hoc addimus, ꝙ cùm
putrescit sanguis, ad eandem differentiam ea febris pertinet, ad quam & illa, quæ ex bile putrescen
te accendit; quia, & sanguis, cùm putrescit, mutata propria natura, ad naturam bilis accedit. Sed
quoniam in sequentibus diffusè disputanda est hæc quęstio; ideò in eum locum differemus hãc tra
ctationem. Continuarum verò eadem itidem partitio est, accepta ratione partitionis à materia pu-
trescente. Nam aut ex bile flaua ortum habent: aut ex bile atra: aut ex pituita, Sed hæ differentiæ
continuarum non habent nomina propria, saltem plurimæ illarũ, ut ostendemus paulò post. neque C
tamen propterea hæ differentię natura sunt indistinctæ. Continuarum itaq; febrium aliæ quidem
simpliciter continuæ sunt, & veræ, quę nullam similitudinem habent cum intermittentibus. In in-
termittentibus siquidem omnibus per periodos fiunt accessiones. His autem similes sunt illæ, quæ
licet non intermittant omnino ita, vt ad vacuitatem febris accessio terminetur; insigniter tamen fe
bris remittitur. Quę verò absolutè continuæ à priscis medicis dicebantur, illæ sunt, quę nullas ha-
bẽt periodos, nec remissiones: sed vniuersa febris ab initio vsq; ad finẽ est quasi vna accessio. Hanc
aũt synocham posteriores medici appellauere. Vnde ea continentis febris differentia, quę periodis
manifestis distinguitur, vt inquit Gal. 3. lib. comm. in primum. Epid. quasi media est inter eam, quę
Cō. 20 verè intermittens est, & illam, quam antiqui absolutè, & simpliciter continentem nuncupabant. nã
cum ista collata intermittentis videtur rationem habere: cum intermittentibus, autem continẽs di
ci potest, & hæc ea differentia est, quę non aliud habet nomen, nisi commune generis, nempè febris
continua, vel continens. Hęc verò diuiditur eodem modo, sicut intermittens. Nam aut tertianarias
periodos habet: aut quartanarias: aut quotidianas: ob id quia hę periodi naturam putrescentiũ
humorum sequuntur, vel eorum motum. nihilo. n. differunt ab intermittentibus, nisi ꝙ in inter-
mittentibus idem humor extra uasa putrescit: in continentibus verò intra. Est tamen hic animad- D
uertendum, ꝙ vt hoc in loco ait Gal. ex putredine bilis possunt ambę hę continuarum febrium dif
ferentię primę excitari, & ea continua, quam dixit ipse vocari synocham à posterioribus medicis,
& illa etiam, quę periodica dicitur. Istius autem rei causam refert inferius Gal. Ex alijs autem hu-
moribus tantum accenditur continua febris, quę similes habet periodos intermittentibus. Pręte-
rea & id aduertendum, ꝙ synocham, quatenus ex uerbis eius percipere possumus, cum causo, uel
febre ardenti in eodem genere collocat. Nam ait, ꝙ continuarum, quę ex bile flaua proueniunt, du
plex est species: altera, quę per periodos inuadit: altera, quę synocha dicitur. Vt autem progredien-
te sermone uidebitis, causus febris est, quę ex bile putrescente ortum habet. nec ab exquisita tertia-
na in alio differt; nisi putredinis loco. Hoc verò consentiens est cum decretis Gal. qui febrem ex pu-
tredine sanguinis refert ad genus febrium biliosarum, sicuti voluit, ꝙ sanguis putrescens ad natu-
ram flauę bilis accedat. Vnde apud ipsum Gal. duæ sunt febris ardẽtis differentię, vel, vt potius hic
videtur innuere, synochę. Altera est, quę exquisitus causus, vel febris ardẽs exquisita dicitur, & est ex
bile exquisita: Altera verò ex sanguine, qui ob putredinẽ accedit ad naturam bilis, & hæc plerunq;

synocha

A synocha putrida absolutè dicitur. Sed de his suo loco plenius, & planius agemus. Tertiò & illud
est aduertendum, quòd periodus tertianarum febrium alternis diebus suas habet accessiones: quar
tanarum, quarta quaque die: quotidianarum, quotidie. Sed hoc intelligendum est, si febres simpli
ces fuerint. nam si fuerint multiplices, hoc est, si non vna tantum, sed plures, possunt & illæ, quæ
ad tertianarum genus pertinent, & illæ, quæ ad quartanarum, quotidie habere accessiones: pos-
sunt. n. simul duæ tertianæ coniungi quarum altera prima die accessionem habebit: altera verò se
quenti die: quæ tamen accessiones sibi respondebunt alternis diebus. tertia siquidem accessio simi
lis & hora inuasionis, & magnitudine, & reliquis symptomatibus erit primæ, & quarta secundę.
& hic erit modus, seu forma duarum tertianarum. unde appellabuntur duæ tertianę: non autē quo
tidiana, vel amphimerina; siue continuæ sint, siue intermittentes. Neq; tñ aliquam istarum febriū,
nempe neq; eam continuā, quæ alternis tm̄ diebus nouā hēt accessionē: neq; illā ēt, quā ex duabus
ueluti tertianis cōsistere diximus, & intermedia quaq; die alterā habet accessionē, Gal. inquit, ego
semitertianā, vel grecè ἡμιτριταῖον solitus sum appellare; sicuti forsitan aliqui alij nūcupabant. Nā he
mitritęum, ut inferius ipse exponet, eam febrem vocandā censet, quæ ex tertiana intermittente, &
quotidiana constat. Sed de his postea. Eas verò, quę ad biliosarum febrium genus pertinent, quęq;
B accessiones, uel periodos tertianarios habent, ego, ait ipse, τριταιοφυεῖς uoco, hoc ē, τὴν φύσιν τοῦ τριταίου,
idest tertianæ naturā referentes. Iuniores latini proportionales tertianas nuncupant: sicut alias ꝓ
portionales quartanas: vel quotidianas. Verùm quia semper mihi inutilis visa est, superuacaneaq;
de nominibus contentio, dum modò in rebus conueniamus, permitto, vt quisq; prout illi magis li
buerit, appellet, dicit Gal. nobis tanquam documentum relinquens, vt in ijs tantum insistamus,
quæ ad rem ipsam percipiendam aliquam vim, vel aliquod habent momentum; non teramus au-
tem tempus in illis contentionibus, quę vtilitatem nullam, aut modicā afferre possunt. Hoc verò
magis aduertendum est, ꝙ si accessiones in febribus continentibus quotidie excitentur, non statim
iudicemus eam febrem amphimerinę naturam referentem esse, vel quotidianæ ita, vt ex pituita pu
trescente accensam esse existimemus. sed respiciendū est ad naturam, & ordinem accessionum. Nā
si omnes fuerint vndequaq; similes, possumus rationabiliter putare, eā ad genus quotidianæ, & pi-
tuitosę esse referendam. Sed si tertia primę, & quarta secundæ sit similis, & ita subinde alternatim,
potius hęc ex proportione respondere putanda est duab. tertianis, aut continuis, si accessiones solū
remissiones, non intermissiones habuerint: aut intermittentibus, si verè intermiserint. At si quarta
primæ, & quinta secundę, & sexta tertię fuerit similis, erunt omnes quartanę. nam & possunt duę,
C & tres, & quatuor coniungi quartanę febres, tàm continentes, quàm intermittentes. Ego. n. in me
tres passus sum aliàs quartanas; sed quæ mutabantur: alioquādo. n. duę erant; interdum verò, sed ra
rius tres. Paucis autem ante annis excellentissimus, & clarissimus medicus Antonius Vrsatus Ve
netijs vsq; ad quatuor, & aliquando ad quinq; passus est, & aliquę earum uidebantur continuę.
His autem diebus nuper elapsis visitaui in eadem ciuitate adolescentulum nobilem, qui inciderat
in tres manifestissimas quartanas. Verùm ait Gal. hanc commixtionis febrium contemplationē po-
tius ad libros de typis. hoc est, de febrium formis, uel figuris, quàm ad pręsens negotium pertinere:
quamuis de hoc etiam ipse sit posterius tractationem instituturus. Vbi est aduertendum, ꝙ, sicut ex
libro illo colligi pōt, qui inscribitur contra eos, qui de typis scripsere; nō vnum, sed plures istius ar
gumenti libros composuere. Et impressus est liber ascriptus Gal. de typis, qui, quantum ego iudi-
care possum, non est Gal. sicuti nec ille, qui contra eos disputat, qui de Tytis scripere. Nam mihi
neq; phrasim Gal. neq; eius doctrinā uidetur sapere: immò & multa in eo continentur, quę dissen
tiunt à Gal. doctrina: im primis verò, quę de hemitritęo ibi proferuntur. Et si. n. appellationes, &
nomina non esse tanti iudicet, vt de eis sit disceptandum; semper tamen, cùm ex sentētia sua loqui-
tur, hemitritæum ita interpretatur, sicut hic. At de hoc suo loco sermonem habebimus. Sed & illud
D debetis notare, quod & verum reperietis; ait enim Gal. rarò excitari quartanas continentes. Posse-
mus etiam de differentijs synochę, videlicet de acmastica, paracmastica, & homotana multa dice-
re. verùm, quia posterius quoq; de his incidet sermo; ideò sermonem nolumus pręsentem sermo-
nem vlterius proferre.

De exquisita Tertiana. Cap. III.

QVAE autem ex humoribus simplices febres accenduntur, tot numero sunt, quot nu
per à nobis sunt explanatę, &c. Per diuisionem generis putridarum febrium per
omnes suas differentias iam species omnes ad vltimas vsq; perscrutatus est. Vnde
reliquum est, vt doceat, qua ratione alteram ab altera dignoscere possimus: neque.
n. rectè curabimus has febres; nisi particulatim, & distinctè eas cognouerimus. In
sequentibus ergo capitibus huiusce libri, sicuti ēt facit in eo libro, quem ad Glau-
conem scripsit, hoc imprimis agit, vt doctrinam nobis tradat, qua sint facilę cognoscendę & distin

guendę

guendæ hę febres. Sed anteaq; negotium hoc aggrediamur, quædam exponenda occurrunt, quibus A
ignoratis, non facilè perciperentur ea, quæ in principe istius capitis parte descripta sunt. Ea verò
sunt, ꝙ tanquã constitutum iam accipit, tot secundũ numerum esse simplices febres ex humorum
putredine excitatas, quot superiori capite diuidẽdo inuenimus. nã licet & aliæ, sint, quæ ab his diuer-
sæ videantur: illæ tamen ad istas tandem referendæ sunt; quia constant ex his mutuò commixtis. in-
terdum. n. duæ tertianæ, vel duæ quartanæ, vel tertiana cum quartana, vel cum quotidiana compli-
cantur, & sic subinde. Sed de his postea sermo erit habendus; quia his cognitis facilis erit & illarũ
cognitio. Hoc ergo primum accipit. Deinde verò, ꝙ harum simpliciũ, aliæ sunt exquisitę simplices:
aliæ autem non exquisitæ. Id ergo est exponendum, quomodo intelligendum sit, quasdam esse ex-
quisitas simplices, quasdam non esse. Aduertatis igitur, ꝙ in febribus duplex potest esse mixtura,
altera quidem ratione accessionum, & naturæ febrium: altera uerò ratione materiæ, ex qua accen-
ditur febris. Sed exempla rem hanc clarius demonstrabunt. Contingat itaq;, vt aliquis duabus tertia-
nis febricitet, vel simul tertiana, & quartana, ita tamen, ut accessiones harum febrium separatim,
& distinctis diebus, ac horis hominem inuadant. Febris hęc composita erit ex pluribus accessioni-
bus, quarum vnaquęq; propriam habet, & distinctam materiam, distincta etiam symptomata, vt
altera ab altera facilè discernatur. Vnde vniuscuiusq; accessionis materia separata est, & sępissimè B
loco, & subiecto. Aliquando uerò una, & simplex est febris, quę simplices habet accessiones, quę p
ordinatas periodos procedunt: erit enim aut vna tantum, & sola tertiana, aut una quartana: pen-
debit tamen non ab vna tantum, & eiusdem rationis materia; sed materia illa erit diuersa, & multi-
plicis naturæ; vt pote, quia erit ex duobus humoribus, simul commixtis, & confusis, vt quasi factus
sit vnus humor: sicuti sępe bilis, & pituita simul miscentur, & ex eis euadit bilis quędã crassior,
quę partim refert naturam bilis, partim pituitę: dum putrescit autem, efficit vnam, simplicemque
febrem, & vnam periodorum rationem. verùm & febris, & periodi, saltem quantum ad modum
caloris, ad tempus afflictionis, & ad reliqua symptomata pertinet, neq; omnino referunt rationem
febris biliosę, uel tertianę exquisitę simplicis, neq; pituitosę. sed ea omnia ferè confusa sunt, & qua-
si ex utrisq; complicata. Hæc ergo febris simplex quidem est; quia vnica est: non est tamen exquisitè
simplex, quia mixta est causa, vnde accenditur, mixta sunt, & confusa symptomata omnia, quæ fe-
brem sequũtur. Et propterea eiusmodi febres tertianæ nothæ, vel spuriæ solent nuncupari. Quę ve-
rò ex sola, & sincera bile ortũ habẽt, exquisitæ tertianæ: & eodẽ modo exquisitæ quartanæ: & exqui-
sitæ quotidianæ. Et ita subinnuit harum febrium simplicium aliam, & postremã partitionem, cuius C
hactenus nulla fuerat facta mentio, in notham, & synceram, vel exquisitam. Et quamuis distinctè
neq; hic, neq; in libro artis ad Glauc. signa nothæ non explicet, distinctè tamen, & huic rei dicato
capite, de cura nothæ tertianæ agit, vt uidebimus suo loco. Neq; tamen propterea hoc uitio dandũ
est Gal. quia, vt dicere solitus est Arist. rectum est index sui, & obliqui. ita etiam si quis exactam ha-
buerit notitiam febris exquisitæ, & syncerę, facilè per se, & sponte poterit febrem notham cogno-
scere. Nam, cùm ea signa non apparent, quæ synceram bilem, syncerãq; tertianam solent demõstra-
re: tertianam tamen quispiam uiderit, notham tertianã iudicabit; & quò magis ea deficient ab illis
signis, quæ exquisitæ propria sunt: eò magis à simplicitate, & àb exquisitæ febris ratione deficient.
Sed de his satis, superq;. De signis ergo harũ febriũ agamus, quibus sunt discernendæ. Verùm vt res
methodo aliqua procedat, & ut eorũ, quibus dignoscendæ sunt hæ febres, natura, & ratio percipia-
tur, aduertendum est, ꝙ quædam ex his febrem præcedunt: aliqua concomitãtur: alia sequuntur.
Cap. Aph. 59 Quæ febrem præcedunt, sunt illa, quæ corpus paratum, & pronum efficiunt ad has febres. Nam ut
in priori libro à Gal. habuistis, in generandis morbis maximam vim habet corporum præparatio.
Vnde Hippo. 3. Aph. dixit, ꝙ quamuis omnes morbi possint omnibus tẽporibus procreari; frequẽ-
tiores tamen alij fiunt in uno tempore, quàm alio: eo nempe tempore, cum quo symbolum habent. D
Et ita de ætatibus, de regionibus, de naturalibus corporum temperaturis, de uictus ratione, & id ge-
nus reliquis intelligendum est. Ea verò ratione hęc omnia prona corpora in febres efficiunt; quia
in his humores illi plurimi generantur, qui apta materia sunt, in qua febres per putredinẽ accen-
dũtur. exempli gratia, in calida, & sicca temperatura plurima bilis generatur, in iuuenili ętate itidẽ,
in æstate, in uictu calefaciente, & exiccante eo, & vnde copiosa bilis gignatur, in regione calida, &
sicca, in simili etiam anni constitutione. Sunt ergo hæ ferè omnes causæ quasi materiales morbo-
rum, quia materiam morbis subministrant, ut superius exposuimus. unde non sunt certa signa, si-
cut neque causæ necessariæ; sed q̃ alijs addita certiorem reddunt cognitionem, & hæc præcedũt om-
nino morbum. Opposita verò omnia faciunt ad plurimam contrahendam pituitam, ut frigida, &
humida intẽperies, ætas puerilis, & secundũ seniũ, hyemale tẽpus, regio frigida, & humida, eadem
annis constitutio, uita otiosa, & uictus idoneus ad generandam pituitam. Temperatura verò frigi-
da, & sicca, primũ seniũ, autumnus, regio frigida & sicca, cęteraq; id genus ad melancholiæ gene-
rationem faciunt, sicut uictus huic rei accomodatus. Et quò plura horum conuenerint, eò etiam fi-
dem maiorem facient. nec in his lõgius sermonẽ protrahemus. Reliqua uerò sunt signa, quæ tùm

à sub-

A à ſubſtantialiter inhęrentibus accipienda erunt:tùm à ſymptomatibus. Signũ à ſubſtantialiter in-
hęrentibus eſt modus,& quantitas,ac motus caloris. A ſymptomatibus aũt accipiuntur ſigna ſecũ
dũ tria genera ſymptomatũ,quæ ſunt actio lęſa,excreméta à natura mutata,& corporis qualitas iti C6.11
dem mutata. Nam vt primo Aph.declarat Gal.ſignum,& ſymptoma,vna,& eadem res eſt,ratione
tantum differens; quia vt morbum concomitantur,& illi accidunt,vel ab illo cauſantur,ſympto-
mata,vel caſus dicuntur:vt verò deducunt nos in morbi cognitioné,vel eorũ,quæ ad morbũ per-
tinent,ſignorum ſubeunt rõnem. Ad actiones itaq; lęſas pertinent rigores,vel horrores,pulſus,ſi-
tis,vigilia,dolor capitis,deiectio appetitus,& id genus reliqua. Ad excrementa autem, vrinę,alui
deiectiones,vomitus,ſudores,& alia iſtius modi. Ad qualitates mutatas color, croceus, vel liui-
dus,vel pullidus,tumor faciei,vel ventris,& alia quę ad hunc modum ſe habent. Sed iam ſeriò
agamus,& rem particulatim explicemus. Vbique ergo à rigore ad dignotionem intermittentium
febrium ſumit Gal.exordium.quod quidem ſignum propouit,vt 5.cap.primi ad Glauc.innuere vi
ſus eſt,tanquàm id,ꝙ plurima nobis poſſit oſtendere. Primum,ꝙ febris ea ex putredine ſit accen-
ſa:nulla etenim febris citra putredinem,vt hic ait Stephanus,rigorem affert;& vt ſuperius hoc idẽ
ex ſignis ephemeræ potuit accipi. Deinde,ꝙ ſit febris intermittens: continens.n.febris nunquam
B cum rigore incipit. De rigore ſiquidem illo ſermo eſt,qui ſolet acceſſiones inchoare.Nam in arden
te febre ſolet iudicatorius rigor euenire,quo terminatur morbus iuxta Hipp.ſententiã io Aph.vbi
ioquit,à cauſo habito,ſi rigor ſuperuenerit,ſolutio fit. Sed id in vigore,& propè finẽ accidit. Ter-
tiò & differentiam demonſtrat,& diſtinguit has tres febriũ putridarũ differentias. Rigor.o.ſecun
dum ſuam generalem rõnem febrem à materia pendere ſignificat, & putreſcente;quia fit ex motu
materiei,quæ tanquàm noxia,& mala,& ad putredinem pręparata conſertim extra vaſa expelli-
tur,ne in vaſis putreſcat,ſed potius extra;& inde fit, vt febris intermittat: non.n.intermitteret,
ſi in venis contenta putreſceret.& hac de cauſa ſignum eſt febris putridæ & intermittẽtis. Pręte-
rea quia non oĩs humor,qui extra vaſa expulſus fertur per membra,quæ ſenſu prædita ſunt, eun-
dem modum rigoris in initijs acceſſionum excitat,ſed diuerſus diuerſum: ideò,cum vnaquęque
materia proprium habeat modum rigoris, facilè ẽt põt per rigorem diſcerni.quæ ſit ſpecies febris.
Sed anteaquam vlterius prouehamur,nonnulla de cauſa,& ratione dicamus,cur febris aliqua ſit
intermittens,& alia ſit continens.Nam,& ſi dixerimus,ꝙ id eſt; quia prior accenditur à materia
extra venas expulſa:altera verò ex materia in venis contenta: hoc tamẽ non vr̃ ſatis eſſe ad intelli-
gentiã iſtius rei:quoniã,vt Ariſt.docuit 1.Poſt.analy. ad rationem ſcientiæ ex actę nõ ſolũ oportet
C cauſam illius rei tenere; uerùm & noſſe, quòd illius cauſa ſit. Vnde,quamuis etiã tanquam verum Lect.: xxx.
ſupponatur,in febre intermittente humorẽ pelli extra venas: in continua verò in venis contineri:
multi tñ nõ percipiunt,cur humor putreſcens extra vaſa intermittentẽ febrẽ:in vaſis aũt continen-
tem accendat. Ideò & hoc clarioris intelligentiæ gratiæ explanãdum eſt. Iſtius itaque rei proxima
cauſa eſt;quia putridus humor,qui priorem accendit acceſſionem, cùm diſperſus,& digeſtus ſit
per omnes externas particulas, prius diſſoluitur,& euaporat,q̃ alter expellatur:. Vnde gignitur
altera acceſſio.Nam cùm febrilis calor in membris à materia, & vapore impreſſus,non ſit calor fa-
ctus,ſed qui ſemper in fieri,& tranſmutari ſuum eſſe habeat,eatenus tantum eſt,quatenus à vapo
re putrido fouetur: quare cùm ab illo deſtitutus eſt,ſtatim refrigeſcunt partes prius calidæ.atque
interim corpus vacat omni febrili calore poſt deſinentem primam acceſſionem, vſque quò alte-
ra materia expellatur,& putreſcat;& tempus id intermiſsionis tẽpus eſt: quod quidẽ in aliquibus
longum admodum eſt,vt in quartanis: in aliquibus breuiſſimum,vt in quotidianis: in alijs me-
dio modo ſe habet,ut in tertianis. Sed dicent aliqui, non dum omnis occaſio dubitandi ablata
eſt. Duo enim adhuc obſcura ſuperſunt, & quę egent explanatione. Primum cur extra ua-
ſa materia putreſcens diſſoluitur,& digeritur ante,quàm altera accendatur:non autem in vaſis. Se
D cundum verò,quæ ratio eſt,ꝙ intermiſsio in quartana plerunque excedit duos integros dies: in
tertiana diem,& ſemiſſem: in quotidiana paucas etiam horas. Ad primum dicimus,quòd multa
conueniunt ſimul in putrida materia, quæ extra venas putreſcit,. cur citò diſcutiatur, & eua-
poret. Primum quia diſperſa eſt per anguſtos meatus totius habitus ferè corporis: quę verò in
vaſis putreſcit, in vnum collecta eſt, & ſimul. facilius autem humor diſperſus diſcutitur, &
diſſoluitur. quàm in vnum congeſtus. Quemadmodum enim aqua in vaſe quodam conten
ta, ſi ſoli exponatur, longiori admodum tempore egebit, vt à calore ſolis reſoluatur,
quàm ſi diffuſa, & expanſa per latam aliquam planitiem eſſet: Ita a calore tùm na-
turali, tùm extraneo putrilago illa per particulas corporis diſperſa citius, & facilius
abſumitur. Præterea corpus, ſeu tunica venarum, & arteriarum denſior, & ſolidior
eſt, quàm ſubſtantia muſculorum, qui eam materiam ſuſcipiunt: hęc enim rarior eſt, &
ampliores meatus habet, per quos facilior, & promptior ſit euaporatio. Sed & illud
his accedit, quòd cùm extra uenas putreſcit humor, non habet aliquod aliunde fo-
mentum,; quo putredo diutius proferri poſſit; quia in eum locum non excutitur

materia, nisi per certas periodos: cùm tamen in vasis semper sit aliquis humor, vel cum putrescente mixtus, vel illi contiguus, ad quem serpens putrefactio potest accessionem diutius fouere. Vt hoc etiam, cuius Auicen. meminit, non sit prætereundum, quòd putredo in venis cordi vicinior est, viæq; & ipsæ latiores sunt, vt & citius, & diutius possit esse cordi molesta, quàm ea, quę loca exteriora obsidet. Alterum verò, quod rationē periodorū requirit, suo loco postea explicemus. Quantum autem ad rigorem spectat, est ēt aduertendū, q̄ dū materia, quę extra venas tépore accessionis lata per particulas corporis dispergitur, aliquando rigorem concitat: aliquādo horrorem, & frigus. differunt verò duo hęc symptomata, nō quidē natura; sunt.n. ambo motus ipsarum particularum similes, & eiusdem naturæ: sed differunt eò, q̄ rigor maior motus est, & musculorum concussio: horror aūt ad summas tantū partes & ad cutim pertinet, nō aūt ad profundiores, unde in horrore videtur cutis quasi densari vt assimiletur cuti anserum deplumatarū, & villi cuti hærentes erecti manent. minor ergo motus is est, & causam minorē hēt. Quibus ita expositis, si rigorem accipiamus generaliore, & cōiore quadā significatione; nēpè vt cōprehendit, tàm rigorē, quàm horrorē, erit signum propriū, & inseparabile intermittentiū febriū. nam omnes cum rigore vero, aut horrore habent incipientes accessiones. Sed si rigorem in proprio significato acceperimus, erit quidem rigor signum proprium in initio accessionis, non tñ inseparabile; quia soli febri interpolatæ, vt aiunt, contingit; non tamen omni: si quidem tertianarū, & quartanarū accessiones cum rigore inchoant: quotidianarū verò minimè; sed tm̄ cū horrore, sicuti paulo post dicet Gale. De modo aūt, & causis generationis rigoris, & horroris in sequentibus lectionibus sermonem habebimus cū Gal. Nūc aūt exponamus, quonā pacto tres hæ differentiæ febriū intermittētiū ex rigore discernantur. Tertiana quidē, quæ exquisita est, statim à principio accessiones hēt, quæ cū valido rigore, & vehemēti mēbrorū cōcussione incipiūt. Quartanariæ vero ab initio quidē nunquā cum vehemēti rigore inchoant; sed cū febris protrahitur, & humor aliquā suscipit concoctionem, tūc & in eis magni fiunt rigores. Magnitudine ergo rigoris inter initia morbi differūt hę duæ febrium species. Morbo verò ad rigorē accedēte, similes fiont. Quòd si dicas, possunt ne & eo tēpore discerni? Possunt sanè, inquā, non quidem ex motu membrorum, sed ex sensu. Nam cùm semper in rigore sensus quidam tristis, & molestus, dum fertur materia illa mala per sentientia membra, excitetur; pro ratione diuersæ naturæ ipsius materiæ, diuersus concitatur sensus. In tertiana; quia bilis tenuis, & acris est, & calida, percipitur moueri per partes sentientes aliquod, quod pungit; ac si aculei per eas, ferrentur. & quamuis, refrigerentur exteriores, & extremæ partes; materia tamen illa, quæ per membra fluit, non percipitur frigida. Contra verò, crassior est humor, vnde quartana suum habet ortum, & frigidior: ideò sensui, dum fluit, molestiam affert, non pungens, sed frigens. uidetur enim quasi aura frigida per eas ferri. In quotidianis aūt accessiones nullo penitus cum rigore incipiunt, sed cum pedum refrigeratione: postea verò progressu temporis perfrigerari corpus videtur, & potius horrere, quàm rigere. Monet autem Glauconem Gal. primo Art. cor. vbi de tertianæ signis agit, q̄ si prima accessio cum valido rigore inuaserit, possumus definitè pronuntiare febrem illam tertianam omnino futuram: sed si cum leui rigore, non item statim proferre debemus, tertianam esse: potest enim esse & quartanā, & quotidiana, necnon & semitertiana: immo neque etiam, quòd omnino, & ex omni parte sit intermittens. quia & aliquæ etiam continentes aliquando cum leui quodam rigore molestę sont. Quo in loco multa sunt notatu digna, quę forsitan à multis non animaduertuntur. Primum, quòd aliquando, sicut paulo ante diximus, rigor accipitur latiore quadā significatione, vt verum rigorem, & horrorem comprehendit. Nam ait ibi, quòd cùm febris cum rigore exiguo incipit, potest esse, aut quotidiana, aut quartana, aut semitertiana, aut alia ex febribus continuis. at semper quotidianam à rigore excludit, illique horrorem, & perfrigerationem attribuit. Alterum verò notatu dignum est, quòd signum est febris tertianæ vehemens rigor in initio, & illi omnino proprium, si sit simplex, & exquisita tertiana: alioquin enim si aut composita fuerit cum alia febre alterius generis, aut non fuerit exquisita tertiana, vt quę ex bile syncera non accendatur, fieri poterit, vt non incipiat cum vehementi rigore. nam rigor vehemens inde excitatur in tertiana, quòd tenuis humor est, & velocissimè ob tenuitatem, & calorem mouetur; & ex acrimonia plurimum lacescit sensum, & irritat expultricem facultatem: ideò etiam sequitur vehemens concussio. At verò cùm febres complicatę sunt ex diuersis generibus, sicor semitertiana, quę ex duabus febribus constat, altera continente pituitosa, & altera intermittente biliosa: à pituita obtunditur acrimonia, & tenuitas bilis, & eius motus retardatur. Ita etiam, cùm non fuerit exquisita tertiana, excitata à crassiori bile, poterit habere inuasiones cum leui rigore. Tertium ēt notatu dignū est, propter eā auctoritatē, quę quotidie versatur per ora medicorū, q̄ propriū est cōtinētiū febriū, nō horrere: & citatur ex primo lib. Art. cur. ad Glauc. Cùm tñ dicat ibi Gal. q̄ aliquæ ēt cōtinuæ leuem quendam rigorē habent. Sed quanuis primo intuitu difficilis istiusmodi solutio videatur: si tñ animū aduerteritis, satis facilè dissoluemus. Dicimus ergo verissimum esse, q̄ in vniuersum propriū sit cōtinētium febrium non horrere

A rere, neque rigere; nisi cùm iudicandę suot. rigor enim signum est iostantis criseos, vt in commentatiooe illius aphorismi, & io lib. de cris. testatus est Gal. At hoc intelligeodum est, cũ vera, exquisita ǫoe, & simplex febris continua est. Nã si esset quoquomodo mixta ex continente, & intermittente, poterit quidem adesse rigor, vel horror, sed oon ratiooe continentis, verùm ratione intermittentis neque. n. humor rigoreɱ, vel horrorem vnquàm, dum in venis cootinetur, excitabit. Hoc autem duobus modis fieri potest, nempè vt rigor in febre cootioente contingat. Primo, si siot duæ febres, vel voius, vel diuersigeneris quarum altera sit cootinens: altera intermittat: Veluti si vna tertiana intermittens cooinncta esset, & copulata cum altera tertiana cootinua. uel si sit aliqua semitertiana, quæ constet ex quotidiana continua, & tertiana intermittente. in omnibus his rigor, vel horror coocitatur; at oon ratione cootinentis, sed illius, quę iotermittit. Alium verò modum expooit Stephanus græcus expositor, & est res aduertenda; quia postea io iudicando circa ægrotos plurimom uobis ioseruiet; & à paucis aduertitur. Ioterdum enim uobis occurrent febres, quę quaotum ad omnia alia seruabuot modum, & materiam febris contioentis, boc solo excepto, ꝙ habebunt periodos inchoaotes cum aliqoo rigore, vel horrore. Hoc tamen noo obstante, dicit ille, neque ab eius sententia discedendum est, affirmare oportet, ꝙ sit verè continens ea febris. Quòd

B si opponas, vode ergo horror ille? Respoodet, ꝙ ob id illud accidit, præcipuè verè io febribus biliosis, quia earum materia, cùm tenuis admodum, & acris sit, non potest aliqñ tota in uasis cohiberi, sed nonnihil ipsius extra vasa excidit, bocque moderatum rigorem facit. Addamus nos & multa, quia & venę, arteriæque partem aliquam eiusdem pellunt omnino extra uenas, maior tamen pars coorinetur, in uenis, & expelli nequit, quia aut meatus abstructi, uel coostipati aliqua ex parte snot: aut pars ea crassior est: aut vires tales nõ suot, quæ possint vniuersam materiam, vel maiorem partem expellere. Quare & febris cootinens erit, & rigorem habebit; at non ea ratione, qua continens est, sed qua ratione mixta est ex continente, & intermittente, & quasi sunt duæ febres, quarum altera ex materia io venis putrescente accoditur: altera verò ex putredine extra venas. Sed redeamus ad institutum nostrum: in bis enim satis vagati sumus. Itaque cùm rigor leuis, & modicus est, non debemus illi soli attendere, si exquisitam, & certam cognitionem febris habere voluerimus; & si qoidem considerare voluerimus, ao illo modo sit contioens ea febris, respicere oportet alia signa cõtioeotis febris, de quibus suo loco agemus. Sed si, an ea quartana, ao quotidiana, vel alioquin omnino tertiana sit, discernere uoluerimus, calorem febrilem apposita manu explorare oportet, qui qui quidem multus est in exquisita tertiana, & admodum acris. Mul-

C tus quidem calor, vt hoc secundo libro de diff. feb. docet Gal. in febribus sequitur multitudinem effluxus, hoc est multitudinem vaporum, qui in febre à putrescente materia effluit, & ad cutim effertur: Vnde cùm bilis tenuis sit, & facilis, vt io vapores digeratur, mirum oon est, si multus is effluxus multum afferat calorem: duabus enim febribus ibi moltitudinẽ vaporis, vel exhalationis attribuit, & illi, quæ ex sanguioe, & illi, quę ex bile est. Io his enim idem accidit, quod io igne cùm .o. ligna impoouotur, quæ viridia noo sint, sed apta ad ignem, statim flãma copiosa attollitur: ita, & si oleum superfundatur. Differt tamen is effluxus in tertiana, præcipuè verò exquisita ab alijs febribus; ꝙ fumosus, & acrior, & mordacior est, & tangenti molestus: at ex sanguinea febre effluxus vaporosus est citra ferè molestiam. De alijs autem paulò post dicemus. Adeo verò magnus est calor, & vrens, vt febri ardenti similis sit. ita. n. & secundo de crisi. affirmat Gal. citòque ad vigorem peruenit, & qui æqualiter per omnes partes vsqoe adeò diffooditur, vt nihilo plus thorax, quàm extremę parte, caleãt; quique & si, dũ primum manui occurrit, multus, & admodum acris sentiatur; paulò post tñ à manu victus mitescere videtur: oeq;, vt in febribus malignis, & ardẽtibus, pertinax est: in illis eteoim quò diutius tetigeris, eò molestior percipitur. Tertiũ signũ, ꝙ certũ, & ꝑpriũ est, & ferè pathognomicũ, à pulsu accipitur; præsertim verò, si oẽs cõditiones obseruentur, quæ tũ Cap. 9.

D primo ad Glauc. tũ 2. de crisi. describũtur. Quia pulsus, qoi bic describitur, põt, & in cõtinẽtibus febribus, aliquibus saltẽ, si oõ oibus, fieri, vt suo loco expooemus. Sed si addamus, ꝙ statim io initio accessionis fiãt, vt ab eo 2. de crisi. dictũ est, parui, rari, tardi, & debiles; postea verò, dũ calor extra expaoditur, euadãt maiores, crebriores, velociores, & vehemẽtiores. iã hoc inditiũ erit iotermittentis frebris. Quęcunque. n. intermittũt inchoãte acceessione similes hẽnt pulsus, & id, quia eo tẽpore refrigeratur oatinus calor, qoi ẽt in intimas partes refugit, & quasi straogulatur. Differunt aũt inter se; quia minus parui, itẽ & rari, tardiq;, & debiles io tertiana, q̃ in alijs sunt. Nã tarditas, raritasque, præterea paruitas, & imbecillitas in his febribus parũ admodũ abest ab illis, qui ipsi ægrotaoti naturales sunt, dũ beoe valet. At in quartanis absunt magis; q̃ in alia quaq; febre. Medij aũt inter duos hos sunt, qui deprehẽduntur io quotidianis. Cũ verò accessio versus incremẽtũ vergit, pulsus velocius, & liberius ascẽdit, & ad magnitudioẽ, & celeritatẽ, frequẽtiamq; citò peruenit. Et hęc oia inde eueniũt; quia materia hæc tenuis est, & lenis, quæ oeq; grauare, & opprimere põt natiuũ calorẽ, oeq; ad accessiooẽ, & inflãmatiooẽ difficilis; & ob id nulla in eo inæqualitas deprehẽdi põt, pter eã, quę febribus ꝓpria est. qm̃ inęqualitas in pulsu fit vel ob facultatis imbecillitatem vel ob viriũ Cap. 5. Cap. 3.

dissolutionẽ, vel demum ob eius aggrauationẽ, & oppressionem. exquisita verò tertiana vires alijs A
minus labefactat, minus etiam ex tenuitate, & leuitate grauat, & hac etiam de causa citissimè ad
magnitudinẽ, fortitudinẽ, celeritatẽq; accedit. Quòd verò habẽt quędã exẽplaria 1. lib. ad Glauc. pul
sus & calidos esse, additum hoc est ab aliquo librario. Nam id nullibi, neque in lib. de cris. neque
de diff. feb. neque de puls. vnquam a Gal. additum est, sed & in aliquibus manuscriptis libris non
habetur. Quæ autẽ sit ea inæqualitas in pulsu, quæ febri propria est. in sequenti capite Gal. exponet
& nos etiam explanationem ad eum locum differemus. Quartum signum est sitis valida satis, &
importuna. cùm. n. eadem sit materia, in qua accenditur febris hæc, & ardens, ardentemque in ex-
tinguibilis sitis concomitetur, ratio etiam suadet illam concomitaturam & tertianam exquisitam
siquidem vtraque ex bile flaua, calidissimo, & sicco humore ortum habet. Vnde non erit secundum
hanc rationem signum hoc tertianæ exquisitæ omnino proprium; quamuis etiam addamus, quòd
vehemens, & importuna sitis sit huic attribuenda: talem. n. neque quartana, neque quotidiana af-
fert. Sed si rem hanc exposuerimus, vt innuere videtur Gal. 2. de cris. forsitan erit tertianæ exqui-
sitæ proprium, & inseparabile signum. Addit. n. q; cùm bibendi tempus congruum accesserit, &
post potum vapor quidam humidus statim per totum corpus efferri cœperit, qui futuri sudoris
nuntius esse solet, hoc inter istius febris peculiaria signa reponẽdum est. Et si dicas, sed quando est B
tempus opportunum, vt illi potum exhibeamus? Hoc pertinet ad eum locum, vbi de curatione e-
Lect. rit agendum. Quintũ verò signum ad tempus, seu spatium accessionum spectat: accessio. n. in hac
3a febre quantumlibet longa sit, nũquã excedit spatium duodecim horarũ ęquinoctialiũ. Horę ęqui-
noctiales sunt, quales illæ, quas uidetis designatas in nostris horologijs. Nã antiqui aliam horarũ
partitionẽ seruabant, q̃ nos. illi. n. semper diẽ in horas duodecim diuidebant, & in totidẽ noctẽ. at
que ita æstiuo tẽpore diurnę horæ nocturnis erant longiores: cõtra verò hiberno. ęquinoctialib. aũt
tẽporibus, horæ illæ his nostris, quibus in p̃sentia vtimur, erãt ęquales, & nocturnę diuernis. Loqui
mur, aũt de exquisita tertiana. Nã si accessiones excesserint horas duodecim, non erit exquisita ter-
tiana; & si erit tertiana, ad naturam nothæ tertianę accedet, & quò magis excesserint, eo magis rece
det à natura exquisitę. Sed & alia febriũ putridarũ genera lõgiores hẽnt accessiones, vt suo loco di-
cemus. Causa verò, cur hæc breuissimas præ alijs habeat accessiones, est humoris tenuitas, & facilis
digestio & euaporatio: sæpissimè verò, vt ipse 2. de crisi. testatur, septem horis absoluitur: quamuis
interdũ breuiori ẽt spatio; interdũ lõgiori. Cur aũt accessiones, aliqñ lõgiores fiant; id cõtingit vel
ex diuersa humoris ratione, vel ex diuersa corporis laborantis. Ex diuersa quidem ratione humo-
ris, vel qualitate, vel qñtitate. Qualitate, quia cũ crassior est, longiorẽ efficit accessionem; diffici- C
lius. n. dissoluitur, & exhalat: citius verò, cùm est tenuior, Quantitate, qm̃ paucus humor multò fa
cilius dissipatus exhalat. Ex parte verò corporis id accidit, vel rõne cõformationis, & structurę, vel
ratione viriũ. Nam si raræ sit, vt aiunt, texturæ facilis est humoris digestio, & exhalatio: sin autem
densi & stipati habitus, difficilior est eius discussio. Identidem etiam, si vires sint validæ citò morbi
ficã causam absumunt, & dissipant: contra verò, si imbecilles. Hęc est Gal. doctrina ex hoc 2. de dif.
feb. & 2. de crisi. desumpta, quæ memorię mandanda est; quia vobis in multis alijs inseruiet, nõ mo
dò febribus, verùm etiam morbis ab aliquo humore ortum habentibus: & non solum quatenus ad
accessiones particulatim pertinet; sed pręterea quatenus ad tempus, & spatium totius morbi. Sed
posteaquàm de eius accessione sermonem habuimus, hoc etiam signum addamus, quod ea in-
clinare incipiente, sudor calidus per totum corpus ęqualiter erumpit, qui quidem vaporosius est,
& calidus, similisque sudori, qui excitatur in sanis corporibus in balneis, is verò habet ortum ex hu
more, qui putruit, & digestus, exhalansque per tenues cutis meatus, secum aliquam in eis conten-
tentant humiditatem ducit. Interdum verò declinat biliosa materia, non ad cutim, sed ad ventricu
lum: vel inferiorem aluum. Si ad ventriculum pellatur, vomitu dissoluitur accessio: Si ad intestina
deiectionibus biliosis: Sin autẽ ad renes & vesicam, rufa vrina, & multa excernetur. Quodlibet au- D
tem horum per se proprium erit signum, sed non inseparabile. Nam quodcunque istorum inspi-
ciatur, indicabit febrem biliosam: non tamen omnia sunt necessaria adesse; verùm aut semper,
aut maxima ex parte aliquod istorum concomitabitur hanc febrem. Quòd si post eiusmodi va-
cuationes apparentes ait Galen. 1. ad Glauc. febris motus, qui omnibus manifestus est, omnino
cessabit. Hoc autem ob id dixit; quia nunquam febris putrida, quæcunque illa sit, ad exquisitam
prorsus integritatem desinit: (id enim ephemerarum desinentis accessionis proprium est, vt su-
perius exposuimus) semper enim tempore intermissionis etiam aliqua remanet inęqualitas in pul
sus motu, quæ testis est aliquiarum reliquiarum putredinis. de qua inęqualitate sequenti capite de
quartana agemus. hic verò motus inæqualis arteriarum adeò non est omnibus notus, quin
plerosque etiam medicos, eos in quam, qui nõ plurimum exercitati sunt in rationibus pulsuum &
diuersitatibus obseruandis, lateat. Si igitur post ea omnia motus ille febris omnibus notus cessa
uerit, solaque hęc pulsus diuersitas relicta sit: iam certò potest pronuntiari, accessionem pręce-
dentem fuisse exquisitę tertianę, nulla alia expectata accessione, vt diatritarij expectare con-

sueuerant

A fueuerant, nec minus certò, quàm si iam secunda accessio superuenisset. His addit Auic. & quædã symptomata, quæ laborantes tertiana solent magis, ꝙ alios febricitantes, affligere; ob id, quia ex calidiorum & siccioram uaporum exhalatione, qui ob caliditatem, & leuitatem humoris facilè sursum feruntur, caput ipsum quodam consensu læditur. Ea verò sunt vigiliæ propter siccitatem vaporum. Capitis dolor, præcipuè acutus sine grauitate; quoniam calidi & leues sunt hi vapores. Amor solitudinis; quia sermonibus, & strepitu offenditur dolens caput, & eadem de causa silentium seruant libenter. Ex eadem etiam caliditate delirant sæpe: facilè in iram concitantur; quia ab omnibus facilè offenduntur. Addit præterea, quòd percipiunt quendam ueluti feruorem in dextro præcordio, in regione videlicet iecinoris. id verò ideo est; quoniam bilis receptaculum, quod est fellea uesicula ex concaua parte a iecinore pendet, illique inseritur. vnde efferuescit in accessio ne febris ibi contenta bilis. Vt præterea & illud addamus, ꝙ calidior hepatis temperatura, siccior que in causa est, cur plurima congeratur bilis, ex qua tertiana accenditur. Et hoc insinuare uoluit Gal. cùm Glauconi scripsit, quòd vix gigni tertiana potest citra iecinoris affectum; sicut neque quotidiana sine ventriculi vitio; & quartana absque lienis incommodo. Sed de alijs postea. *Cap. 5*

B Hęc autem signa, & si non parum iuuent, non sunt tamen his exquisitis tertianis propria; quia & continentibus excitatis ex bile in venis putrescente conueniunt: sæpe etiam nothę tertianę, Sed neque necessaria sunt. Nam multos tertianarios vidimus sine capitis dolore, sine delirio, & sine alijs hic recitatis: & ideò neque ea retulit his locis Gal. Non esse autem & reliqua contemnẽda, quorũ superius meminimus, suadent omnes Auic. nẽpe, & Gal. vt sunt ægrotantis nã, ętas, anni tẽpus, regio, constitutio anni illius. Hęc. tamẽ potius externa sunt, quàm à natura ipsius morbi deducta: ostẽdunt. n. potius inclinationem, & propensionem corporis ad hoc genus febris, quàm febrẽ. Sed hic facilè quispiam dubitabit, cur Gal. cùm dixerit, signa quàm maximè propria in febribus esse, quę à pulsibus, & vrinis petuntur; in dignoscendis autem istis tertianis, vtrinq; ne meminerit quidẽ. Dicimus, ꝙ quia, vt, ipse superius testatus est, hic omnia breuiter, & summatim percurrit; & quia alibi sunt exposita, locaq; ẽt indicauit: ideò, ne cõpẽdij tõnẽ excederet, reliquit. In secundo vero de crisi. hęc oia persecutus est, vbi ait, ꝙ si vrina subrufa, vel subflaua fuerit, & mediocris crassitiei, hãc febrẽ satis apertè indicat: is. n. color bilis est, cõsistentia verò mediocris, quia bilis exquisita suapte natura non est crassa. Sed si ẽt tenuis nimis vrina fuerit, multam cruditatẽ ostendit, & obstructionẽ aliquã: nequit enim humor excerni. bilis autem ob tenuitatem humoris citò à natiuo calore coquitur: & ideò in prima etiam accessione tertianæ, si non initio, saltem in inclinatione, vel in die intermissionis, aliqua notantur concoctionis signa. Vnde cùm tarda apparet concoctio, signũ nõ exquisitę tertianæ est. Quòd si pręter calorẽ, & mediocrẽ cõsistẽtiã vrinę, adsit, & vel enæorema, ꝙ transferunt sublimamentũ: uel suspensio, hoc est, hypostasis aliqua in sublimi urinę loco, aut nebula in medio alba, & laudanda, non modo indicabit eam esse exquisitam tertianã; sed quòd cito terminanda est, ut non sit excessura quartã periodum. At si rufior sit, nullaque in prima periodo nebula inspiciatur, ad septimã usque periodum accedet. Ex quibus pater, ꝙ ex urina non solum accipiuntur signa ostendentia febris differentiã, sed & quę critica, uel indicatoria dicuntur, & magis ẽt. Ideò ea tanquam ad partẽ illã, in qua de his agetur, pertinentia reliquit. Et hęc mihi satis ad huiusce febris dignotionem esse uidentur. Nisi ꝙ hoc mihi insuper considerãdum succurrit quia Auic. præter caput de exquisita tertiana, alterũ subnectit de distinctione tertianæ exquisitæ à tertiana non exquisita, seu spuria. Gal. verò in iam citatis locis hanc disquisitionem prætermittit, & quasi negligit. Vnde facilè quis posset ipsum defecisse iudicare; quia non omnia necessaria febrium doctrinæ sit persecutus. Sed si rem rectè perpendamus, facile fatebimur, non esse necessariũ id, quod à Gal. pretermissum est. non quidẽ, ꝙ febris non exquisitę cognitio non sit cognitu necessaria illi, qui curare eam sibi proponit: at quoniam facilè, ut idẽ Gal. testatur, cognita idea febris exquisitæ, quã clarissimè descripsit, quisque ad eã respiciens, & alteram, quę ab ea degenerat, cognoscere potest: ut. n. & superius diximus, rectũ iudex sui est, & obliqui. Vnde si calor nõ admodũ acris, & mordax fuerit degenerabit ab exquisita tertiana, & quò minus acris, eò magis degenerabit: si pulsus maiorẽ inequalitatẽ habuerit, quàm solita est exquisita habere, degenerare ostẽdet tertianam, & quò inęqualior, eò magis: si rigor non fuerit uehemens, neque erit ueluti pungenti rei motę, non erit exquisita, sed ab ea tantò magis recedet, quantò minor erit rigor, & minor punctio: si sitis leuis fuerit: si dolor capitis potius grauis, quàm acutus: si in aliquam inclinabit uigiliam & reliqua in hũc modũ se habuerint. in quibus superuacaneũ mihi uidetur tẽpus conterere. Et in hoc laudãdus potius, quàm damnandus Gal. qui paucissimis uerbis hęc oia cõplexus est, dũ dixit, ꝙ obseruata idea, & rõne exquisitę febris tertianę, quatenus ab illa in symptomatibus, & signis iã expositis declinare uisa fuerit, eatenus indicandum est febrem degenerare ab exquisita, & accedere ad spuriam. Vnde neque de his alioquin longius est proferendus sermo. *Lect. xxxiii*

C

D

De Quartanà febre. Cap. 5.

TERTIVM febrium intermittentium genus est exquisita quartana, &c. Quanuis in hoc secundo libro de diff. feb. itemque in secundo de cris. Gale. prius de intermittente quotidiana, & postea de quartana sermonem instituat. & eundem ordinem Auicen. prima Feo. quarti can. secutus sit, licet non omnino eundem, post enim intermittentes statim continentes, quæ ad idem genus pertinent, particulatim subiungit. Quia tamen oportet eundem ordinem sequi medicum in curando, quem in cognoscendo. à morbo enim cognito indicationes primæ semper accipiendæ sunt. & quia nos etiam inter initia methodum nobis à Gal. traditam sequi instituimus. Ideò quamuis & hoc, & illo modo possit accommodatè tradi doctrina hæc, nos tamen decreuimus ordinē sequi inceptum, & methodum, quam secutus est Gale. in libro Glauconi dicato. Explanabimus tamen ea omnia quæ tùm ipse Gal. in his alijs duobus libris: tùm Auic. in prima quarti descripsere. uel si non omnia, ea saltem, quæ magis necessaria, magisque vtilia fuerint. Neque enim uestra multum refert in præsentia, q̄ hunc, vel illum sequamur ordinem. Progrediamur ergo, sicut B & Gal. facit in secundo capite primi lib. ad Glauc. vbi hunc ordinem seruat, vt semper ea genera febrium præmittat, quę simpliciora sunt. Vnde ab ephemeris sumpsit tractationis exordium: mox vbi ad putridas deuenit, tertianas primum adorsus est, tanquam in eo genere simpliciores, & quæ maiorem in multis habent cum ephemeris similitudinem, vt explanauimus, vbi de eis erat sermo. Inter putridas autem, & quatenus ad rationem curationis pertinet, vt ostendemus, & quā tum ad multiplicitatem differentiarum, magis simplex quartana est, quàm quotidiana. Idcircò & prius de dignoscenda quartana agit, quàm de quotidiana. Et quanuis Auic. post intermittentes tertianas, de continentibus agat, & de eis omnibus curandis, antequàm ad alias differentias exponendas accedat. Nobis tamen uia, in quam se dedit Galen. facilior intellectu videtur, & breuior. Nam & dicebat Arist. q̄ opposita iuxta posita clarescunt magis. dum enim signa, quibus discernuntur tres hę intermittentes febres subinde & quasi simul tractantur, inter se nimirum collata, & dum recens est memoria, facilius percipiuntur; neque cogimur eadem, vt reuocentur in memoriam, è qua facilè interdum dilabuntur, sæpius repetere. Præterea magis æqualis est doctrina si de omnibus intermittentibus per suas differentias agamus, postea de continentibus. Sed statim à principio istius capitis hoc notandum videtur, q̄ non solum tertiana febris has duas differentias sustinet, q̄ alia sit exquisita; alia non exquisita, sed omnes aliæ etiam ex humoribus accensę febres. nec hoc modò nobis Gal. innuit: uerum & in quo differat ratio eius febris, quæ exquisita dicitur, ab ea, quę non exquisita, uel notha, uel spuria nuncupatur, insinuat, cùm dicit, q̄ exquisita est quartana, quando ex solo atrę bilis humore generatur. Acci piturita que hęc partien di ratio ab humoris natura, qui putrescens febrem accendit. Vel, n. humor ille syncerus est sine ulla alterius; humoris mixtione, & tunc febris exquisita, aut tertiana, aut quartana, aut quotidiana erit. Vel est illi alius intermixtus humor; qui sicut non est syncerus, ita neque febris erit exquisita: & quò minus erit syncerus, & simplex, eò etiam magis febris aberit ab exquisita: & hoc ita expositum in uniuersum, de omnibus est intelligendum. Nobis ergo hoc superest, ut signa explanemus, quę delineare, & describere possunt ideam quartanę intermittentis, & exquisitę. atq; ideò reuocemus in memoriam, quæ & de tertiana diximus: nimirū, quōties febris offeratur curanda, quæ quartana sit; neque tamē signa hęc, quę exposita sunt à Gal. & ab Auic. ita clara, & exacta conspiciuntur, sicut ab illis descripta sunt, suspicandum est febrem illam non esse exquisitam quartanam, & quantò magis confusa, & obscura erunt, eò magis recedet à ratione exquisitæ quartanæ. Neq; aliquis alioquin aliud caput requirat, in quo, quæ ad cognoscendam, & discernendam non exquisitam ab exquisita faciunt, literis sint committenda. Sed quia dę exquisitis, & non exquisitis febribus mentio incidit: ideò huic sermoni, & hoc addendum censeo, cuius etiam in sequentibus meminit Gal. Nimirum tertianam, quartanam, & quotidianam in hoc differre, q̄ tertiana, quò exquisitior est, eò facilior, & breuior est; quò verò minus exquisita, eò etiam longior, & difficilior contrà verò se habent quartana, & quotidiana, quia quò minus exquisitę sunt, plerunq; & breuiores, & faciliores: longiores aūt, quantò sunt exquisitiores. Et huius rō ea est, q̄ suapte natura humor malācholicus ad morbi & pituitosus verò crassus est: crassities aūt humoris plurimū facitq; longitudinem. cùm verò miscentur hi cum bile, potius tenuiores redduntur bilis enim tenuissimus humor est, & facillimus ad digestionem: ideò morbi ab ea excitati natura breues sunt, si ea sit syncera; si verò alijs permisceatur, crassescit; & ita longior fit morbus. Vt autem rationem quartanæ exactius habeatis, hoc etiam animaduertite, quòd Gal. de quartana, & hoc secundo de diff. feb. & secundo de cris. immò & primo ad Glauc. non nisi in uniuersum loquitur, cùm ait, quartana febris accenditur, quoniā humor melancholicus putrescit. neq; tamē differentias istius

Lect. 34. C

D

humoris

A humoris explicat; quia alijs in locis res hæc fuit exposita. Auic. verò capite de quattana magis par-
ticulatim hoc tractauit, ait enim, ꝙ multiplex est differentia melancholici humoris, ex quo putre-
scente potest accendi quattana febris. Et primæ quidem eius differentiæ sunt duæ, quarum itē Gal.
meminit 3. Aph. ac 3. Progn. & primo. Prorrh. Prima est ea, quę est sanguinis pars crassior & veluti Cõ.22
eius fęx vt fæx in uino, & amurca in oleo. hãc arabes, & iuniores latini appellãt melancholiã natura Cõ.28
lem. Altera verò est, quę ex bile assata generatur. Quāuis Auic. aliter loquatur: ait. n. ꝙ prima est ue Cõ.4.
luti fęx sanguinis: altera verò, quę ex exustione sanguinis, vel aliorum humorum in sanguine mix-
torum. Vbi est aduertendum, quòd de vstione loqui possumus dupliciter, vel vt propriè accipitur
exustio, vt fit à calore igneo, & sicco consumente, & in substantiam suam conuertente humidum,
quo constat mixtum, quod comburitur; & sic non est dubium, ꝙ & bilis comburi, vel assari adeò
potest, vt in melancholicum humorē, quasi incinerata conuertatur: hoc. n. apertè fatetur locis nu-
per citatis Gal. Potest itidem & sanguis in eundem transmutari: sępe. n. idem dixit, ꝙ si assetur san-
guis, eius tenuior pars in bilem: crassior autem in melancholicum succum vertitur: unde, & car-
bo, uel anthrax appellatus tumor ex sanguine assato, & verso ad naturam melancholici humoris ge
neratur. At, ꝙ pituita in hunc modum assetur, ut in melancholicum succum transeat in animantis
B corpore, cùm humor sit, & frigidissimus & humidissimus: multi nunquam adduci possunt, vt cre-
dant. immò hoc apertissimè negant. Sed si vstio, vel vri accipiatur communiori quodam, & latiori
significatu, vt idem sit, quod incinerari, & in quandam ueluti cineritiam substãtiam desinere, quo
modo, & Arist. 4. metheo. ait, ꝙ quę putrescunt, tandem incinerantur, iuxta atq; ea, quę uruntur,
& secundum hanc rationem si exponamus sententiam Auic. nulla amplius reliqua erit contro-
uersia. Nam ex omnibus humoribus, dum putrescunt, relinquūtur cineritiæ quædam particulæ,
quę, nisi vacuentur, & digerantur, possunt iterum putrescere, & febrem accendere, quæ quartana
erit. cineritium. n. illud ad naturam accedit melancholici humoris: & ex bile quidem, quæ exquisi-
ta sit, istius cineritij parum admodum, si non nihil, relinquitur; vt poteque tenuissimę sit substan-
tiæ, & quam paucissimum habeat partis terrestris; nisi assata crassescat, quemadmodum illa, quæ
uitellina à Gal. solita est appellari. crassiores verò humores, cùm putrescunt, plurimum cineritium
relinquunt. ob crassiorem substantiam, quæ partium terrestrium magis est particeps; & inde fit,
ꝙ quartana febris rarò immò rarissimè ex se incipit: sæpissimè verò sequitur alias febres, & eas qui
dem diuturnas. rarò autem, & fortasse nūquã exquisitas tertianas. Et secundum hanc rationem con
cedere possumus, ꝙ quadruplex sit differentia melancholici humoris ex exustione, vel incineratio-
C ne facti: sicuti quatuor sunt humores, qui putrescentes possunt incinerari. quanuis ex bile quidem,
si sit ea exquisita, forsitan difficile sit, vt ea copia cineritij inde possit colligi, quæ febrem accendat;
nisi cùm in uitellinam vertitur. neq; amplius exquisitæ bilis rationē seruat. Quæ omnia colligi pos
sunt ex Gal. in fine huius 2. de diff. feb. de quibus etiam eo loco plenius loquemur. Hæc autem non Cap.
inutile est adnotasse; quia quanuis omnes huiusmodi humores per putredinem, & incinerationem ult.
in melãcholicum succum uertantur, qui mox, nisi aut digerantur, aut alioquin vacuentur, detenti
in venis, ibiq; accepto initio putrefactionis, expelluntur, & vlterius putrescentes quartanam accē
dunt: attamen cineritia illa, quæ in succum melancholicum conuersa sunt, nō omnino similem ser
uant naturam: immo diuersitatem aliquam retinēt, sicuti cineres ex diuersis lignis combustis geni-
ti, diuersam & ipsi seruant facultatem. alij. n. acriores sunt, &, vt aiunt, fortiores, alij mitiores. Vn-
de humor ex assatione bilis genitus, malignus, & erodens est, alij verò non ita. Quare sicuti bilis, q̃
uitellina à Gal. dicitur, per assationem crassefacta, vt paulò ante dixi, bilis exquisita, vt sanè puto,
dici non potest: neq;, si ex ea febris accendatur, illa erit, mea quidem sententia, exquisita tertiana;
neq; fieri unquã poterit, vt ea possit ideam seruare exquisitæ tertianæ. Ita etiam pari ratione dixe-
rim, ꝙ humor melancholicus genitus per assationem, vel incinerationem aliorum humorum, non
D sit exquisitus humor melancholicus: neq; quartana ex eo genita exquisita omnino erit appellanda.
semper. n. in eo humore retinetur aliquid, quod refert aliqua ex parte materiam præcedentis hu-
moris, ex quo genitus est. Vnde & Hippo. protulit eam sententiam 6. Aph. huc fortasse respiciens aph. 55
cùm ait, ꝙ desipientiæ cum risu factæ securiores, pessimæ verò cum furore, mediæ inter has. ita. n.
explanat Gal. quæ cùm studio, & solicitudine. Ex quibus deinde inferemus, quòd duobus modis ali
quis humor non erit exquisitus: primo, si cum alio sit mixtus, neque solus, quem modum hic ex-
pressit Galen. altero, cùm is humor iam transmutatus ex aliqua parte seruat aliquid naturæ alte-
rius humoris; aut degenerat aliquomodo à simplici natura sua. Vnde syncera, & exquisita melãcho
lia est, quomodo nunc loquimur, quæ naturalis est, & ueluti fæx sanguinis, dum talis est. nam si &
ipsa assetur, & diutius in corpore detenta super calfiat, iam & illa malignior fit, vt ait Gal. 3.
Progn. & secundum hanc rationem duo etiam modi sunt, quibus febris aliqua non exquisita in suo Cõ.27
genere sit. Sed vnum præterea considerandū est. quòd, vt priori capite dixit. Gal. rarò statim à prin
cipio quartana hominem corripit. sed plerunq; alias febres concomitatur, & sequitur; & id ea ra-
tione, quam nuper exposuimus: quia plerunque fit ex cineritio, quod est ueluti reliquiæ quædam
præcedentis

A ex aucto calore: comparata tamen febris hæc cum tertiana, videtur adhuc seruare quendam modũ tarditatis,& raritatis;ob frigiditatem.n. humoris rarus efficitur pulsus:ob imbecillitatẽ autem facultatis,quæ à crassitie humoris grauatur, fit tardus.Calor non etiam ita citò ascendit,& expanditur,neq; ita liberè,vt in tertiana;& id propter humorem crassum,& terrestrẽ:paulatim siquidẽ frigidus hic,& siccus humor accenditur,perinde,dicit Gal.vt testa,aut os.Vigente verò accessione,signa item ex pulsu,& calore petenda.Etenim calor neq; ita,vt in tertiana urens,neque;ita acris;neque tamen ita obtusus,vt in quotidiana.humiditas.n.acrimoniam caloris obtundit:siccitas autem melancholici humoris aliquid acrimoniæ addit. Pulsus verò, & si necesse sit, vt magnus,uelox, & frequens sit:attamen longè minus frequens,velox, magnusq́; in hac est,q in tertiana. sed & ea inæqualitas pulsus,quę omnibus febribus communis est,in quartana insignior, & magis manifesta,q in alijs febribus.& hæc est ea inęqualitas,cuius & superiori capite facta est mentio. Quanuis iuniores explanatores in priori capite de tertiana febrilem inęqualitatem audiant pro ea, quę omnibus putridis communis est,quæ in uno pulsu est:non tamen in eadem pulsus parte:nimirum cũ diastole cum systole confertur,& quies exterior cum interiore; quia celerior est systole,quàm diastole,& quies exterior minor,quàm interior.Hæc verò non est illa, quę ibi intelligenda est; quoB niam, vt docet Gal.lib.3.de pręsag.ex puls.ea inęqualitas accidit pulsui putridarum solum in principio,& incremento accessionis.nam in vigore ęqualiter accelerat diastole ac systole,& quies interior perinde, vt exterior, fit breuis.Pręterea, cùm tempore intermissionis eidem dicat, q relinquitur sola inęqualitas,quę febribus est propria, proculomni dubio non ea ibi intelligenda; sed hęc quam ipsemet Gal.hoc loco exponit:quę videlicet in vna taotum motione arterię obseruari pőt. ea vero est,quod,dum mouetur arteria,velocius in principio,& in fine mouetur, quàm in medio motu.quod ad diastolen videtur referre Stephanus; Gal.tamen in vniuersum ait,motum in initio, & fine celeriorem, q̃ in medio: nempe in vno arterię appulsu.quod omnino magis ipsi diastole potest accommodari,quàm systole. Hęc ergo est inęqualitas,quę omnibus febribus communis est, & quę longè in quartana,quàm in tertiana manifestior est,& in uigore accessionis,& in tempore intermissionis.Sed duo hic inquirenda sunt.Primùm, quid in causa sit, cur hæc in omnibus febribus inęqualitas contingat.Et iuniores quidam referunt,hoc inde euenire; quia, cùm & in tertiana,& in quartana facultas valida sit,& instrumentum obsequatur, vrgeatque necessitas, incipit quidem uelociter mouere pro ratione vrgentis necessitatis; sed paulò post sentiens exonere, quo grauatur,impedimentum,aliquantò tardius mouetur:postmodum,quasi ex quiete resumptis C viribus,iterum accelerat motum. Hæc tamen ratio mihi minimæ probatur. Nam inæqualitas hęc omnibus febribus communis est, ait Gal.isti verò tertianis,&quartanis hanc rationem accommodant.Quærenda ergo est istius communis affectus communis ratio, causaque.Ideo aliter Stephanus ait, & melius mea sententia, non tamen in hoc, sed in priori capite. quod cùm in febribus omnibus vtraque vrgeat necessitas tàm refrigerationis,quàm fuliginosa excrementa, quæ ex febrili calore generantur, excernendi: & alteri quidem satisfaciat diastole; alteri autem systole: postquam facta est systole, validè interim urget necessitas refrigerij: ideo velociter incipit dilatare, & dũ dilatatur ita,calor refrigeratur,& incipit minus refrigerationis necessitas urgere, vnde remittitur hæc necessitas,sed altera insurgit,quę est euacuationis,quo fit vt iterũ incipiat accelerare, vt citius ad systolen accedat.Secundum quęsitum est,cur manifestius in quartana possit hęc pulsus inæqualitas percipi, quàm in tertiana.Id autem euenit; quia in tertiana, vt dixit Galen. longè velocius, quàm in quartana arteria mouetur,& velocitas multa,quæ est in tertiana facit,q non ita discerni queat hęc inęqualitas. cùm enim tota diastole sit quàm celeris, non adeo diuersa est extremorum velocitas à medij velocitate,vt facile percipi possit, in quartana verò cùm semper motus sit tardior, facilè id cognosci poterit, tàm uigente accessione, quàm dum intermittit febris. Vnde D cùm hæc etiam inæqualitas post desinentem ephemeram non remaneat: ideò id tanquam propriũ ephemerarum signum posuit.Nam tẽpore quoque intermissionis in intermittentibus febribus semper præsens est hęc inæqualitas:quã tamen nostris his temporibus raros percipere credo.Sed de his satis.Signa verò,quæ quasi externa sunt,accipiuntur à natura laborantis corporis, vt si sit talis, quales, quę plurimum humoris melancholici generant:sicuti quæ sicci calidique temperamẽti ad eo est, ut assato sanguine, illũ in melancholicum succum vertat, Præterea,qui sanguinem quidem generant copiosum,sed fæculentum & crassum.Item ab ætate, vt est primum senium: Ab anni tempore,qualis est autumnus: Ab anni,vel aeris statu,seu constitutione, si autumnalis sit: est autẽ naturam autumni seruans, quando uaria, & inæqualis.qualis.n.status aeris fuerit,tales solent generari morbi. Pręterea à liene, si malè fuerit affectus,& tumens:hoc verò superius fuit expositũ. Cur uero inter ętates primum senium; inter tempora autumnus quartanas afferat.tertio Aph.& tertio Progn.lucidissimè exponit Gal.quem nos,ne interim in his exponendis tempus, conteramus,poteritis legere.His addẽda est & uictus ratio pręcedens, si talis fuerit, ut potuerit congerere multum succum melancholicum. Si etiam præcesserint febres putridæ, longæ, erabundæ. Hęc

quidem

quidem signa, in vna, & prima accessione notari possunt, & ante accessionem, & postea, & aut pro- A
pria sunt, aut ferè propria quartanę. Alia autem non ita propria sunt; quia vel non omni, & non soli quartanæ adsunt. Sicuti vrinę inter initia albę, tenues, & dilutę. Nam crassa materia est; obstructiones multæ, vt non facilis sit transitus illi excremento, unde possit tingi vrina, & crassior reddi. In hac febre, si sit exquisita, nullus flauæ bilis vomitus expectandus, cùm illa non exuberet; sed interdum potius pituitæ, & illius copiosę, atque oris multa humiditas; refrigeratur.n. ventriculus à frigido humore, ac crudior redditus multam congerit crudam humiditatem. In aliquibus etiam vehemens excitatur fames: In alijs verò potius cibi fastidium. Quod inde fit; quia tùm humor melancholicus, tùm pituitosus, cùm acidi sunt, famem inducunt, si ori ventriculi insideant. sed si alio fuerint sapore prediti, ut Gal. 6. de loc. affec. docuit, appetitu deiecto, cibi fastidium afferunt. Nixus pręterea est Auic. signa exponere, quibus particulatim discerni possent differentię quartanarū, quando alter humor conuersus, uel per putredinē, vel per assationē in succū melancholicū quartanam concitat. Verùm quoniam, vt diximus, sicut ille non est exquisitus humor, vt qui semper aliquid pręcedentis humoris contineat; ita, & quartana illa exquisita non erit, & signa illa à veris, & proprijs degenerabunt, & aliqua ex parte referent naturam pręcedentis humoris. Vnde, & febres pręcedentes, & vrinę, & pulsus, & reliqua id indicabunt. B

De Quotidiana Febre. Cap. V.

Lect. xxxvi

EST autem & altera exquisitę simplicitatis febris, quæ ex pituita &c. De quotidiana intermittente caput præsens à Gal. institutum est, sicut & septimum in primo ad Glauc. præcipuè verò de signis proprijs, quibus ab alijs intermittentibus febribus est dignoscenda. Sed quia & hæc febris, perinde vt priores, plures hēt differentias, exponendæ prius hæ sunt. Primæ itaque differentiæ sunt, ꝙ in exquisitas, & in nothas, vel spurias diuiduntur, quæ à materia, ex qua accenduntur ortum habēt. Vt enim & bilis duplex est, exquisita, & notha, vel spuria; & atra etiam bilis, vt paulò ante exposuimus: Ita, & pituita, uel exquisita est, vel notha. Exquisita quidem vna est, qualis est ea, quę simplex nullique alteri humori mixta est. Notha verò, quæ ab hac recedit; quia vel est alteri mixta, & ita adulterina facta: vel salsa: vel ꝙ ipsa secundum se, & per suæ substantiæ transmutationem C
à sua naturali, & exquisita constitutione recessit, vt est pituita vitrea, vel acida. Hæc autem spuria plures item differentias habet. Sed in hoc capite de ea sermonem habet, quæ exquisita, & simplex est, vbi statim in primis verbis innuit distinctionem hanc, in exquisitam, & non exquisitam; ac ꝙ de exquisita sit habiturus sermonem. Nam de alijs differentijs sexto capite istius secundi lib. & septimo, & postea acturus est. Et proinde nos etiam mutauimus ordinem horum capitum; vt esset magis continens. Vnde primū quidem naturam, & essentiam istius febris exponit, dum ait, ꝙ ex putredine pituitæ ortum habet. ab hoc.n. nascitur omnis diuersitas istarum febrium particulatim, nimirum à diuersa natura putrescentis humoris. Iā.n. fuit probatū vsque à principio, ꝙ differentiæ à materia depromptæ, & præcipuæ sunt, & ad essentiam febris pertinent. Quapropter reliquum est, vt agamus de signis proprijs hoc genus, vel hanc intermitentium febrium differentiam ostendentibus: Colligamus ergo, vt in prioribus etiam fecimus, signa omnia, quæ tùm in libro artis ad Glauc. & in hoc capite; tùm verò quæ in libro de cris. & his collatis cùm ijs, quæ Auic. literis commisit, si quid vtile prætetea inueniemus, & illud addemus. Sed cùm huiusmodi signa multas habeant, secundum rationem uariam earum rerum, à quibus accipiuntur, differētias, vt res exquisitius explicetur, ea in methodum referemus, aliquanto ab ordine Gal. & Auic. recedē- D
tes. Accipiuntur ergo hæc signa, vel ab ijs, quæ ad naturam spectant, & essentiam affectus, quem significant. Vel ab ipsis symptomatibus. Symptomata postea respiciunt excrementa mutata, actiones læsas, & qualitates corporis mutatas. Ad essentiam autem febris pertinent, quæcunque illi attribui possunt, quatenus calor est, & hæc sunt quantitas caloris, uel intensio: modus motus caloris: & qualitas eius. Incipiamus ergo à caloris qualitate, quæ quidē intimius essentiam caloris respicit. Calor itaque in quotidiana, pituitosaque febre mixtæ cuiusdam rationis est; vt pote, qui tùm humidior ex tactu percipiatur; tùm vero acris; quæ in materiam, ac in putredinem referenda sunt. Nam cùm pituita putrescit, ratione quidem putredinis, acris quædam exhalatio attollitur, & fumosa. calor enim rei putrescentis; quippe qui omnino contra naturam est; necessariò particeps semper est cuiusdam mordacis, & molestæ qualitatis: Ratione verò materiæ putrescentis, quæ humida plurimum est suapte natura, necesse est, ut caloris cum multa humiditate pecipiatur. Vnde effluxus istius febris eam qualitatē habet, sicut vapor genitus ex fumosa partim, & partim vaporosa exhalatione: fumus enim sicca, & quasi terrea est exhalatio: vapor verò humida, & aquea: qualis

fumu

A fumus ille est, qui ex viridibus, & plurimum humidis lignis, dum comburuntur, accenditur, qui quoquomodo, & ipse oculos mordicat: multam tamen humiditatem præsefert, dissoluto nempe illo vapore in humorem. Non est autem validus, & vehemens huiusmodi calor, vel flamma in hac febre, vt ad magnitudinem caloris transeamus; immò obtusus, & veluti strangulatus videtur. Quemadmodum enim à siccitate calor exacuitur: ita à multo humore hebetatur, & obtunditur, & quemadmodum ignis in viridibus lignis parum admodum elucet, neque flammam mittit, nisi multo fumo oppressam: Ita & calor pituitosæ febris obtusus, & quasi multo fumoso humido inuolutus expanditur. Motus præterea istius caloris secundum omnem modum tardus est, siue loquamur de motu eius, dum in manum tangentis imprimitur: siue de motu dum in vniuersum corpus febricitans effertur, & expanditur. Nam dum corpus laborantis hac febre manu tractatur, vix in primo tactu percipitur in eo calidum præter eius naturã, & acrimonia: sed si diutius perseueret, tunc percipitur manifestò eius febrilis calor, atque acrimononia. dum. n. manus hæret corpori, calescens cutim rarefacit, ac vaporẽ crassum, effluxũq; attenuat, vt facilius efferri possit. Vbi est aduertẽdũ, ꝙ hoc nõ est ita accipiendũ absolutè, ꝙ videlicet nullo modo in prima appositione manus percipiatur aliqua acrimonia caloris. nã hoc priuatim in hectica reperitur. sed in genere suo, videlicet conferendo hanc febrem cum alijs duabus præcedentibus: quoniam dum primum tangitur, non ita insignis percipitur acrimonia, sicut in prioribus duabus putridarũ febriũ differentijs. Tardus ẽt est motus caloris in hac febre, quantũ ad eius expansionẽ pertinet; quia materia, vnde accenditur, natura frigida est, crassaq;, & lenta, & hac rõne tardè accenditur; & postquã calor accensus est, tardè exterius efferri potest: siquidem præ lentore, & crassitie sæpe materia illa in meatibus detenta hæret; & proinde tardè admodum per incrementum ad statum peruenit. Sed neque æqualiter mouetur, neque secundum partes corporis, neq; dũ ascẽdit, & increscit calor. nã dum manum expansam corpori adhibemus, non æqualiter secundũ omnes partes penes earum continentiam videtur se efferre calor: immò quasi per cribrum, vt inferius dicet Gal. quod, vt ibi videbimus, refert ipse in difficultatem putrefactionis, & accessionis caloris, propter crassitiem, & lentorem. nequeenim æqualiter partes omnes accenduntur; sed paulatim, & inæqualiter. & sicut ab eis inæqualiter vapor, & effluxus exit: ita, & inæqualiter calor manui occurrit. Neque etiã, dum ad vigorem accessio deuenit, æqualiter expanditur calor, propter eandem difficultatem: immo aliquando, cùm videatur iam consistere accessio, paulò post iterum videtur increscere. Et eadem inæqualitas in inclinatione potest obseruari: cùm enim incipit inclinare, non æqualiter imminuitur febris; sed cùm aliquandiu inclinauerit, iterum reaccendi videtur. id verò fit, quia humor putridus pre sua crassitie non facilè expurgatur integrè. unde reliquię materię relictę, tanquam febrile fomentum, iterum succenduntur. Reliqua autem signa ab ipsis symptomatibus febrem sequentibus desumuntur. symptomata verò hæc, aut in accessionis initio apparent: aut in ipsius incremento: aut in ipsa consistente: aut inclinante: aut tempore intermissionis. Primum ergo signum, & ex præcipuis, quòd in initio apatet ex ijs est, quę ad actionem lęsam pertinent; maximè si ad motum caloris, qui ad interna viscera refugit, respiciamus; & est, ꝙ inuadit accessio cum frigore: primùm quidem extremarum partium: deinde verò quasi lento gradu ad alias partes serpit. In quo videtur Gal. varius fuisse in diuersis locis. aliquando enim ait, ꝙ inuadit cùm rigore modico, vt primo ad Glauc. capite de tertiana: interdum cum solo frigore: nonnunquam cum horrore aliquo. Stephanus modicum rigorem Gal. accepisse ait pro frigore: vt enim superius declarauimus, frigus horror, & rigor ad idem fere videntur symptomatum genus pertinere. differunt autem pro ratione minoris, aut maioris. Vnde propemodum semper frigus in his incipit: deinde horrere incipiunt mox & rigere. Vel ergo hoc intelligendum, ꝙ propriè, quãtum ad ipsas pertinet, cum frigore quotidianæ inuadunt, quodquando aliquantò maius est, aut rigorem leuem, aut horrorem ipse appellat. Vel etiam, vt quidam iunior libri ad Glauc. explanator innuere videtur, dicendum, ꝙ exquisita quotidiana accessiones incipientes cum frigore habent: quæ autem non exquisitæ sunt, interdum etiam cum aliquo horrore: & nonnunquam cum rigore. &, vt diximus, in principio, incipiunt secundum extremas partes corporis refrigescere, paulatim deinde serpit, & crescit frigus, donec velut algeant vniuersi. Sed neque in his æqualiter etiam frigus augetur. nam cùm sæpe iã constitisse frigus videatur, paulò post iterum magis increscere incipit. Rationem autem horum omnium, si percipere cupitis, hoc primùm reuocare in memoriam debetis, ꝙ sermo habetur de quotidiana intermittente: intermittens aũt ut fit, pituitosum succum, vnde excitanda est, oportet è venis excuti. si enim in venis putrescerer, esset continens. humor uerò ille expulsus extra venas, qui suapte natura frigidus est, dum per membra sensu prædita defertur, necesse quoque vt in causa sit, ꝙ vel frigeat corpus, uel horreat, vel rigeat. Sed de his paulò post verba magis distinctè faciemus. Primum ergo signum ostendit, & ꝙ intermittens febris sit, pariter & quotidiana; immò, vt postea exponemus, ꝙ sit exquisita quotidiana. Alterum verò signum à pulsu accipiẽdũ est. Pulsus ergo in hac febre præ omnibus alijs putridis febribus intermittentibus, & exquisitis minores,

Lect. xxxvij

Cap. 10

B

C

D

nores, inæqualiores, languidioresque sunt. Cuius rationem referens Gal. hoc inde esse ait; quia pi- A
tuita, quę frigida, lentaque, & crassa, & grauis est, magis opprimit, & aggrauat naturam, & natiuũ
calorem, vt is quasi immergi, & obrui, vt Stephanus græcus explanat, videatur. diximus autem su-
perius inæqualitatem pulsus fieri ex oppressione & aggrauatione: imbecillitatem, tùm ex hoc, tũ
verò, quia vires languidæ sunt: & vtrunque affert is humor. quia enim frigidus est, calorem reddit
infirmum: quia crassus, & lentus insuper, & multus, opprimit. Quòd si quis opponat, rem hanc ra
tioni quidem consonam esse, dum confert quotidianam, cum tertiana: non ita autem, si cum quar
tana fiat comparatio; quia melancholicus humor ipse quoque, vtpote qui terrestris sit, frigidus, &
crassus est. unde non minus potest, & opprimere, & deijcere vires natiui caloris. Respõdet Stepha
nus, ꝙ & si sit terrestris, & crassus, tamen non est æquè multus vt pituita, cùm putrescens febrem
accendit; & proinde neque ita potens est vires deijcere. pituita verò non modo frigida, humida-
que est; verum longè copiosior generatur, quàm atra bilis, in humano corpore: unde non modo fri
gore, & humore sed & multitudine opprimit vires. Et idem forsitan respexit Gal. cùm comparans
quotidianam tertianæ ait, & hæc quidem quotidiè habet accessiones, quanuis minus calidus hu-
mor sit is, quàm biliosus. calidior enim humor ad motum promptior, & facilior est: ideò quantum
ad hoc per breuius interuallũ deberet suas in febribus periodos habere; & tñ contra euenit. nam B
quotidianas accessiones pituitosa febris habet: tertianas verò biliosa, quod paulò post, vt videbi-
mus, Gal. in copiam pituitæ refert. Sed de hoc suo loco sermo habebitur. Vnde si quotidianam
cum alijs febribus in istis differentijs pulsus conferamus, illa minores, & magis inæquales pulsus
hẽt, siue cũ quartana cõferatur: siue cũ tertiana: utræq; verò & quartana, & quotidiana minores, q̃
tertiana pulsus hẽnt; & quotidiana adhuc minores, q̃ quartana: immò quartana pulsus habet longè
maiores pulsibus quotidianę, q̃ tertiana maiores pulsibus quartanę. Sed si in raritate, & spissitudine
cõparationẽ fecerimus tãtò spissior est quotidianę pulsus pulsu quartanę: quãtò tertianę pulsus quo
tidianæ nã oĩum spissimus est tertianę pulsus: huic succedit quotidianæ: rarissimus verò est quar
tanę pulsus. celeritatem aũt parẽ ferè pulsus hẽnt quartana, & quotidiana. Cur autẽ pulsus quotidia
næ sint frequentiores, inde est; quia minores sunt. quantò enim minores sunt, tantò sunt etiam
spissiores; paruitati enim suplet natura spissitudine, vt necessitati satisfaciat; cum alioquin eadẽ
sit velocitas. Omnibus etiam alijs maior est in harum pulsu inęqualitas; propterea quia maior
est oppressio, ut superius dictum est, & aggrauatio naturę a materia pituitosa, quàm a quapiam
alia materia. Tertium aũt signum, quod quidem, & ipsum in principio, & accessionis, & to-
tius etiam morbi, ab vrina accipiendum est: in hac enim febre crudę vrinę quidem sunt. Neque C
tamen hoc signum quoquomodo proprium dici potest quotidianarum febrium; quia omnibus
commune est. iam enim & superius diximus febrium putridarum proprium, & inseparabile signũ
esse cruditatem vrinæ, vel saltem leuem, & modicam admodum concoctionem. Vnde animaduer-
Cap. 7 tendum, ꝙ vrina duplicem habet rõnem significandi in febribus: sicuti in primo ad Glauc. Gal. mo
net, vbi hoc argumentum tractat. nam per eam totius morbi tempora significantur. Quia cùm
vel nulla, vel non insignis in ea concoctio apparet, significat principium morbi, sicut & reliqua
excrementa: Cùm insignis, & conspicua iam apparet concoctio, incrementum. Vigorem verò, uel
consistentiam, cùm integra est in ea concoctio. Vnde cruditas vrinę communis est omnibus putri
dis febribus in principio. Sed tamen ab eadem desumuntur signa, quibus etiam mutuò distinguũ-
tur differentię hę tres febrium putridarum. quia quanuis omnium sit vrina cruda, non autem idẽ
modus crudarum vrinarum in omnibus febribus est inter initia. euariant enim & in colore, & in
modo substantię, uel consistentię. Nam diximus antea, ꝙ plerunque cũ seroso humore pars tenuior
& ichorosa humorum in venis contentorum excernitur, qui rationem, & coloris, & consistẽtiæ
illius commutant. Vnde vrina in tertianis febribus cruda quidem est in initio; quia tenuior est:
attamen calore refert humorem in venis biliosum plurimum contineri; quoniam subrufa est, vel D
vel subflaua. In quartanis etiam cruda est ab initio, & plerunque tenuis, & diluta colore tamen di
uersa. Quod exponens Stephanus ait, referendum id esse in uariam materiam atrę bilis, vnde ex-
citata quartana est. quandoque enim ex sanguine fęculento putrescente: interdum exassata bi-
le; & pro ratione succi eadem, quam paulò ante diximus, ratione colore, & consistentia vrinæ va
riantur. Quotidianarum autem febrium vrinæ in initio crudæ sunt, diuersa tamen rõne, pro di-
uersa affectione corporis. nam cum maiores in hac febre, quam in alijs, plerunque sint obstructio
nes ob crassitiem, & lentorem succi, atque adeò etiam propter concoctricis facultatis infirmitatẽ,
nequeunt percolari ichores pituitosi, qui & ipsi quoquomodo imitantur humorem, à quo secre
ti sunt. quare serosus humor syncerus ferè excernitur, qui suapte natura aquæ similis est colore,
& consistentia: unde tenuis urina conspicitur: alba autem, hoc est colore aquam referens,
vt paulò ante expositum est: crassa verò, & turbulenta interdum videtur. Non sanè ob con-
coctionem, ut iunior expositor artis curandi ad Glaucon. qui non aduertit, quòd sermo est
de initio febris, vbi nondum signa aliqua manifesta concoctionis possunt apparere. Sed potius, ut
explanat

Aexplanat Stephanus, hoc fit, quando natura aliquantò valentior aliquod vas, quod erat obstructũ aperit, & illud excernit aliquid pituitæ, quæ vrinę immixta eam crassiorem, & turbulentam reddit Auic. verò monet id alternatim ferè fieri; quia, cùm multus sit is humor, interdum in venas congestus multas concitat obstructiones, atque ita vrina tenuis fit: postea verò natura iterum nititur aliquod vas reserare, & ita crassescit, & turbidescit vrina. sed paulòpost rursũ multa cõgesta pituita denuò fiunt obstructiones, & sic subinde tenuis apparet. Addit autem Gal. & rubram aliquando in his febribus vrinam excerni. Quod quidem præter rationem videtur, nempe q̃ rubicunda in his febribus vrina mingatur: color enim is sanguinem potius refert, quàm pituitam. Vnde mihi suspectus aliquibus fuit hic locus. & proculdubio hæsitarem & ego; nisi & Stephanus ita legeret. Dupliciter autem illum expositores explanant. Iunior enim ait hoc fieri ob imbecillitatem iecinoris, quemadmodum contingit in hydrope, vbi ex infirmitate sequestratricis facultatis subcruenta mingitur vrina. Mihi tamen non admodum hæc explanatio probatur. Nam q̃ statim inter initia hujus febris, quam exquisitam quotidianam constituimus, tanta appareat imbecillitas iecinoris, mihi sanè magnum videtur. Ideò aliter, ac melius Stephanus exponit, colorem nempè hunc esse ex pituitæ parte aliqua assata per putredinem. Sed de hoc satis. Percurramus alia signa. & posteaquã Lect. 36

B capui, quod ad excrementa pertinet, aggressi sumus, prosequamur illud. Alui etiam deiectiones in hac febre cum ea consentiunt. nam pituitosiores sunt, humidioresque, immò aquosiores, frigidiores & crudiores. Quæ omnia prodeunt ex frigidiore ventriculi temperatura, quæ concoctioni inepta est. Vnde cruditas exuberans omnium horum in causa est. inde enim plurima gignitur pituita, multa etiam in excrementis relinquitur humiditas cruda, quæ tanquam inepta, vt in humores probos conuertatur, à venis non attrahitur, neque in iecur digeritur. & propterea humecta ea excrementa manẽt. Sed & ex multis obstructionibus non patet liber transitus in iecur succo cocto iam in ventriculo, qui remanens bona ex parte in excrementis ea humidiora reddit. frigida sunt et; quia frigidus humor in multa copia genitus est, & subinde generatur: nec modò ad alunum confluit is humor; sed in vniuersum corpus redundat: vnde & humidius euadit: præcipuè verò in ventriculo plurimus congeritur: ex quo fit, vt frequenter ægri pituitã cogantur euomere, & dum illa in acorem vitiatur, acida eructant. Sudor verò inter initia istius febris aut nullus, aut modicus admodum excernitur: nam per angustos cutis meatus crassus humor, sicuti est in principio, ęgrè admodũ excerni põt: progrediente tamẽ febre, per concoctionẽ cùm attenuatur, apparet sudor, & aliquando ẽt copiosus. Quare mihi sanè probatur hic Auic. sententia, qui dixit salubriores esse quotidianas febres, in quibus copiosior effunditur sudor. indicat enim pituitam illam,

C vnde accenduntur, esse minus crassam. Qualitas ẽt mutata in hoc corpore, vel statim à principio, indicat hanc febrem Primum pallor ad album uergens in toto corpore, pręsertim vero in facie, color proprius est istius febris, qualis est plumbeus color: Qua in parte debetis animaduertere, qui Auic. incumbitis, q̃ dum ipse dicit, q̃ color est declinis ad citrinitatem, & viriditatem currentes in albedinem, idem voluit, q̃ Gal. 2. de crisi, vbi ait, color his cum palliditate, albus. pallidi- Cap. 5 tatẽ enim exposuit per citrinitatem, & viriditatem. id verò uoluit exprimere, quod Greci per ὠχρὸν quod aliquando, vt sępe refert Gal accipitur, pront idem est, quod pallidum, aliquando idẽ quod χλωρὸν hoc est viride. unde quia qui in lingua arabica transtulere, nunc hoc, nunc illo modo hęc noīa sunt interpretati: ideò Auic. hoc pacto locutus est, qui hęc oīa ex Gal. descripsit. Palloris verò cã est inopia sanguinis, & spiritus, qui p̃ter id, q̃ pauci sunt, opprimũtur ẽt, & veluti strãgulãtur à multa, frigida, & crassa materia. vt vix expãdi queant. nã vapor sanguinis, qui ex calore febrili fere uescit, ad faciẽ elatus eã rubicũdo afficie colore. Ad hoc idẽ caput signorũ pertinent pręcordia, vel vt gręci aiunt, hypochondria intensa, vt eodem 2. de cris. literis traditum est, tumidiora que, plenio-ta, & inflata. hęc aũt, vt & insinuare uidetur Auic. ortum habent à multis obstructionibus, qui-

D bus ea viscera sunt in hac febre obsessa, a lento & crasso humore excitatis: vnde pleniora videntur, quiquidem humor, postea cùm ab imbecillo calore afficitur, rarescit, & inflatum vertitur, ex quo & distensa, & turgida ea redduntur. Quę oīa à frigore, & à labefactata facultate ventriculi defluũt, nam aut rarò, aut nunquam citra noxam uentriculi accenditur hęc febris; pręcipue verò oris ventriculi. Vnde etiam ad hoc febris genus pertinet altera differentia febris, quam à symptomate arabes syncopalem humorosam appellant. de qua suo loco sermo erit habendus. pręterea quod etiam ad signa istius febris, vt secundo de cris. monet Galen attinet, est quòd solent eam pręcedere cruditates, tarda concoctio, ructus acidi, & id genus alia. & aliquando appetitus, oppresso ore ventriculi à multa pituita, si illa insipida, aut dulcis sit, tollitur, & sitis etiam ferè omnis. quamuis si ea acida sit, potest etiam nimium excitari, appetitus; sicut si salsa, sitis. Cæterùm in inclinatione, & interuallo, vel spatio intermissionis quædam sunt etiam quę ad hanc significationem possunt spectare. In inclinatione siquidem nõ fit æqualis declinatio, vt diximus superius, rei quadam cõnexione ducti in interuallum aũt nunquam ita integrũ in hac febre relinquitur, vt non semper reliquię putridę alicuius fuliginis percipiantur, si quis diligenter

animaduerterit. Quanuis interdum etiam medici concedant, immò multis quoque ita videatur, A interuallum illud omnino esse integrum: quod & nos concedimus, cùm videlicet reliquię illę, sicut ait Gal. adeò exiguæ sunt, vt percipi nequeant, nisi exquisita adhibeatur diligentia: neque enim semper res ad viuum omnino resecanda, & vsque adeò exquisita ratio exquirenda est. Illud autem ob crassitiem, & lentorem materiæ euenit, nam ægrè admodùm discutitur, & attenuatur: vnde neque sudore, vt tertiana, & sæpe quartana, resoluitur, quod plurimum ad hoc facit. Reliquum autem est, vt postquàm de temporibus accessionum particulatim verba fecimus, de vniuersa etiam accessione quædam dicamus. Accessio itaque quotidianæ febris media est, temporis ratione, qua hominem detinet, secluso interuallo intermissionis, quod & si à periodo contineatur, non tamen accessionis pars est, inter tertianam, & quartanam. tertianæ enim breuissima accessio est: quartanæ longissima: media verò quotidianæ. Tempora etiam istius morbi generalia longa sunt: eius si quidem resolutionis terminus est à quadragesimo die vsque ad sexagesimū: principium autem eius rarò ante decimumseptimum terminatur. sed & longiorem habet inclinationem, quàm tertiana. De exquisitæ igitur febris quotidianæ signis satis diximus.

B

De Epiala febre, ac de pituitæ generibus. Cap. VI.

Ex hoc genere est, & febris ea, quę propriè vocatur epiala &c. De febre quotidiana exquisita hactenus egimus: Reliquum ergo est, vt de ea agamus, quę non exquisita est. Quę quidem cùm non vnius tantum modi sit, sed multas habeat differētias, & eas longè plures, quam quęuis alia præcedentium febrium. Ideò earum tractationem postremam reliquimus, & in hunc locum transtulimus: nempè ne interrupta harum febrium videatur examinatio, & proindè etiam ordinem capitum à Gal. in hoc 2. libro propositum mutauimus, & ordinem ab eo seruatum in 1. libro artis ad Glau. secuti sumus. Rem ergo ipsam aggrediamur: hoc tamen prius adnotato, quòd ideò notha febris dicitur, aut non exquisita; quia recedit à natura exquisitæ, & syncerę febris illius, de qua est mētio quæ ergo quotidiana febris degenerat à vera forma veræ, & exquisitæ febris pituitosæ, & ab eius idea, notha, & non exquisita est. Vnde cùm omnis ferè ratio in febribus putridis à natura putrescentis humoris, saltem quatenus ad ideam febris pertinet, deriuetur. Idcircò à natura etiam putrescentis humoris oritur tandem differentia, vt hęc exquisita, illa non exquisita febris dicatur: cùm enim putrescens humor exquisitus est, non degenerans à sua natura exquisitam accendit febrem: at cùm degenerat, notham, vel non exquisitam febrem excitat. Humor autem, vt antea diximus, duobus modis ab exquisito degenerat. Altero quidem, per trāsmutationem factam in se, & secundum naturam suam. Vnde superius etiam diximus, q. duntaxat humores, qui naturales sunt, synceri, & exquisiti secundum hanc rationem dici debent. & proinde naturalis pituita, quæ insipida est, & mediocris consistentię, naturalis, & exquisita dicitur. & hęc, cùm putrescit, exquisitam generat febrem pituitosam, & quotidianam, in qua signa omnia cōspici possunt, quæ præcedenti capite fuere iā exposita: at verò cùm aliæ pituitæ species putrescunt, quæ ab huius natura recedunt, quanuis nullum alium humorem alterius naturæ mixtum habeat, tūc febris ea quotidiana, vel pituitosa non exquisita dicitur: quæ quatenus humor à naturali degenerat, eatenus & ipsa ab exquisita febre recedit, quantum & ad naturam & ad symptomata, & signa pertinet. Potest & alia ratione fieri non exquisitus humor: nempè cùm non vnus & syncerus humor, sed plures, vt, dū de tertiana notha sermonem haberemus, expositum fuit, simul putrescunt. Potest. n. & bilis cū pituita, & sanguis, & melācholicus humor simul putrescere, & hoc duobus modis: vel simul permixti, vt quasi in vnum humorem cohaluerint: vel separatim, & seorsum. si quidē simul cōputrescāt, propriè excitatur febris notha: sed si seorsum, faciunt separatas periodos, & & accessiones; & tunc potius dicendæ sunt plures febres complicatæ, q̄ vna febris notha, & in hoc genere est semitertiana, vel, vt Græci, hemitritæus. Sed de his in sequenti cap. erit agendum In præsentia autem redeamus ad febres ex pituita, quæ non exquisitæ sunt, quæ vna febris dici possunt, non autem plures. Illæ ergo febres, quæ ex pituita putrescente non exquisita excitantur, & rationem habent, cur non exquisitæ sit; quia illi est alter commixtus humor: sicuti mixtus ille humor quasi medius est inter vtrumque exquisitum, vt inter exquisitam bilem, & exquisitam pituitam, vtriusque enim particeps est: eius tamen appellationem sortitur, qui in mixtura vincit: ita (inquam) febres ab eo humore putrido excitatæ, quasi mediæ nostræ sunt inter duas exquisitas, & secundum modum caloris, & secundum symptomata, ac signa: immò, & in curatione mediæ quasi inter curationem huius & illius incedunt. earum enim curatio neque omnino cum hac consentit, neque omnino cum illa; sed partim cum hac, partim cum illa: & ad eam magis accedit cum qua maiorem affinitatem habet febris curandą. Vnde si aliquæ differentiæ in huiusmodi

A di febribus nothis sint, illæ secundum eam rationem accipiuntur, qua ab exquisitis magis recedunt, vel ad eas magis accedunt; quæ quidem (vt Gal. primo artis cur. ad Glauc. ait) indefinitæ, & ferè innumeræ sunt. At verò, quæ alia ratione notæ sunt; nimirum quoniam ab humore, qui exquisitus dicitur, per se, & per proprium vitium degenerât, hoc est, à naturali pituita, illæ possunt in definitum numerum, & certas quasdam differentias referri; & hoc, quia, & modi, seu differentiæ non naturalis pituitæ, vnde ortum habent hæ febres, in certa capita, & definita à medicis redacta sunt: quamuis particulatim considerando, & ea ratione, qua harum vnaquæque magis, aut minus talis est, innumeræ, ut 4. de tuen. san. ait Gal. reperiantur differentiæ. multiplex enim, & ferè indefinita est eorum ratio, quę à medio, & ab optimo receduut: sicut medium, & quod optimum est, semper vnicum est. Tres ergo sunt differentiæ pituitæ, quę naturalis non est, neque exquisita, vt hic, & tertio de loc. affec. tradit Gal. Prima quidem ea est, quam Praxagoras vitream pituitam appellauit; propterea quia crassitie, & lentore similis est vitro in fornacibus liquefacto. Philippus autem, & ipse insignis medicus, humorem crudum nuncupauit. Hæc omnium frigidissima est. Vnde si ea in aliquo loco calidiori conclusa intra humanum corpus contineatur, sicuti in crassioribus intestinis, in quibus sæpius congesta stagnat, vehementissimos dolores concitat: quales sunt, Cap. Lect. 39 Cap. 7

B qui colici dicuntur; & id, vel ob intemperiem frigidam, qua membra afficit: vel quia à loci calore rarefit, & in incrassum flatum vertitur, qui partes, in quibus clausus est, extendens cruciat. interdum verò rigorem absque successione febris: quandoque & febrem, vt paulòpost dicemus, excitat. Altera verò huiusmodi pituitę differentia sapore quidem dulcis est, consistentia autem non adeò crassa, vt prior; sed talis est, qualem sępe expuimus, quæ dulcem nobis saporem manifestè refert. Alia differentia est, quæ & ipsa expuendo percipitur, cuius sapor acidus est. Alia verò salsa est. Sed secundo de loc. affect. Gal. & insipidæ meminit. Verùm si eius verba rectè perpenderimus, hanc tanquam naturalem habere videtur; quia eam talem esse ait, qualis saliua est in homine exquisitè sano. Conferens autem Gal. has pituitæ differentias mutuò, omnium frigidissimam, & crassissimam esse ait vitream: hanc sequitur acida: quamuis & prior non sit acidi saporis expers: postea tertium ordinem dulcis habet. De non naturalibus loquor. nam hac forsitan frigidior est insipida. Dulcis enim non potest multum esse frigoris particeps, ut se in lib. de simp. med. fac. probasse inquit hic Gal. Salsa autem iam non modò frigida non est; sed potius calida. Quod probat ea ratione; quia & si pituita quantum ad naturam eius pertinet, frigida sit: hęc tamen ex accidenti fit calida; & id bifariam. Primum quia putrescens ipsa sine alterius rei mixtura salsum contrahit saporem: omnia

C autem putrida partes habent calidas. Deinde verò cùm illi salsus aliquis, serosusque humor commiscetur: sapor autem salsus semper caliditatis inditium. Dices autem, Gal. videtur aut fuisse oblitus, aut falsè fuisse ignarus alterius causę salsedinis in pituita, quam Auic. retulit prima fen. primi can. & est, cùm exusta bilis cum insipida, & tenui pituita permiscetur. Hęc difficultas ad alium locum pertinet. nobis in præsentia satis sit hoc, quod pituita salsa calidus humor est: undecunque modò causa salsedinis petatur. Ex omnibus itaque his differentijs pituitæ, si putrescant, differentes ēt excitantur modi febrium pituitosarum ad hoc genus pertinentium. & sicuti differentes sunt humoris putrescentis naturæ: ita & febres diuersa habent symptomata, quibus cognosci, & distingui possunt. Sed quia de intermittentibus febribus hactenus sermonem habuimus, quæ fiunt, cùm humor extra venas expellitur: ideò, & quomodo cognoscendus est is humor statim à principio accessionis, dum hæc expulsio fit, docet. Verùm vt ea, quæ dicenda sunt, facilius intelligantur, est primum aduertendum, quod (vt superius exposuimus) in principijs ipsarum accessionum, interdū frigent externæ partes tantum, præsertim verò extremæ. Interdum præter id, horrent exteriores, partes, præcipuè autem cutis; qui horror nihil aliud est, nisi motus quidam inordinatus, factus circa cutim, quæ veluti contrahitur, vt noxiam materiā, quę per sensibiles partes fertur, exprimat;

D unde pili ex ea contractione, & veluti constipatione recti stare videntur, & cutis fit inæqualis, & subaspera; ita vt anseris, vel gallinæ deplumatæ cutem imitetur. Interdum verò non modò hoc contingit in cute; verum & partes musculorum mouentur, immò & musculi inordinato quodam motu agitantur, & concutiuntur. Concutiuntur autem naturæ quodam instituto, non ex deliberatione, vt exentiant materiam molestam, quę per membra sensu prędita fertur. In febribus quidē intermittentibus, cùm materia expellitur extra venas, per carnes, & sentientia membra fertur. hic autem longè maior motus est. Nā prima alteratio solùm perducit ad refrigerationem, & eam, aut maiorem, aut minorem pro maiore, vel minore retractione caloris ad internas partes: In altera verò percipitur quidam motus velnti cuiusdam auræ frigidius culæ, quę per cutim serpit. At in rigore, adeò sæpe concutitur vniuersum corpus, ut & lectus, & cubiculum quandoque tremat. hæc autem diuersitas contingit pro ratione, qua causa fortior est, & maiorem sentientibus particulis molestiam afferr. Quòd si quæratis, quæ nam est causa proxima istorum omnium symptomatum: Respondet Galen. tùm in 2. de cau. symp. tum in lib. de rig. hor. palp. trem. & conuul. quòd omnes causæ duobus capitibus comprehenduntur. Alterum est hu-

mor calidus,&acris velociter,& repente afficiens membra sentientia. Nam & aqua calida repen A
te aspersa dorso in balneis quandoque concitat rigorem;& medicamenta ẽt acria, vt sunt sinapis-
mi. Præterea & frigus, cui repente occurrunt corpora, si enim diu uersati fuerimus in aliquo cubi
culo calido hieme, cùm postea eximus, occurrentes frigidiori aeri, statim nos rigores, &, concus-
siones apprehendunt. Sic etiam in febribus, ijs eisdem de causis, rigor, aut horror, aut frigus acci-
dit, quandocunque accidit, hoc verò, vel illud fit ex diuersa ratione humoris, qui extra venas pel-
litur. Vnde, cùm & bilis illa exquisita omnium sit calidissima, acerrima, & tenuissima: ideò vehe-
mentissimos excitat rigores. caliditate enim, & acrimonia plurimã affert molestiam,& tenuitate
quasi pungens facultatẽ expultricẽ irritat: præterea verò; quia fertur per mẽbra. Aliæ aũt differen-
tiæ non exquisitarũ febriũ, quatenus ab hac in his conditionibus remotiores sunt, eatenus minores
rigores afferunt; ita vt interdum solos horrores: nonnunquam extremorum duntaxat perfrigera-
tione inducant. Altera etiam de causa in febribus concitatur rigor: videlicet ob frigus humoris, vn
de febris accenditur; dum sanè ille mouetur, atque per sentiẽtia mẽbra fertur. Sed quia frigidus est
& humor melãcholicus,& pituitosus: Melãcholicus quidẽ rarò inter initia quartanarũ, vt diximus
rigorẽ insignẽ excitat; crassus .n. est, & ineptus in initio morbi, vt confertim, & velociter feratur, B
moueaturq;. cũ verò attenuari per concoctionẽ a natura incipit, incipit ẽt vehementiorẽ rigo-
rẽ gignere. inter aũt differentias pituitæ vitrea quidẽ, & acida rigorẽ concitant, ẽt uehementem,
φ maximè frigidæ sunt. unde quamuis crassæ sint, & viscidæ, dũ tamen mouentur, quocunq; id fiat
possunt cõcitare insignẽ rigorẽ. At uerò neq; salsa, neq; dulcis pituita rigorẽ efficiũt; cũ neq, pluri
mũ calidæ, neque plurimũ frigidæ sint; sed tãtũ, si aliquid faciunt, horrorẽ faciunt, aut refrigeratio
nẽ. Sed & id intelligẽdũ, φ huiusmodi pituita crassa, cruda, & acida, & si semper rigorẽ sua pte na-
tura excitare apta sit, dũ per sentientia membra mouetur; non tamẽ semper eodem modo, & eum
eisdem symptomatibus excitat. Interdũ .n. solum rigorẽ affert, qualis percipi solet in initijs inter-
mittentiũ febriũ: quẽ tñ nullus deinde calor consequitur. & rigor citra febrẽ is appellatur à Gal.
Quẽ quidẽ Hip. & antiquores medici, si Gal. credimus, nõ cognouerũt: ea forsitã rõne; quia priscis tẽ
poribus ex victus parsimonia, & negotijs, corporisque exercitationibus non cõgerebatur neq; tã-
ta copia, neq; ita facilè humur is crudus. Citra febrem aũt est is rigor; quoniã febris propriè est ca-
lor: rigor verò frigida est affectio. Aliquando aũt simul percipitur frigus, vel rigor, & calor. & hoc
bifariam. Quia nonnunquam in vna & eadem parte testatur, ægrotans se & calore, & frigore affi-
ci: Nonnunquam verò in diuersis partibus. & quando in diuersis partibus, interius calor sentitur, C
Lect. XL. ita vt quasi vri conqueratur laborans: exterius verò frigus. Auic. verò, vt partitionem absoluisse vi
deretur, addidit & secundam partem, φ aliquando contrà se res habet; quia interiora frigent, ex-
teriora calent. Sed de hoc paulò post dicemus. Nam prius omnium horum ratio referenda est: ita
enim & Gal. exponemus, & omnes differentias febrium istius generis, quarum meminere antiqui
explanabimus. Est ergo hoc ponendum, φ humor hic, cùm per se calidus minimè sit, non potest ca
lore afficere, nisi per accidens, vt Philosophi nostri loquuntur, nempe si putrescat: rigorem verò
per se, & citra aliam transmutationem à sua natura concitat. quando ergo mouetur, & per corpus
exagitatur, statim excitatur rigor, sine alia transmutatione: febrem autem non accendit, nisi pu-
trescat. unde quando mouetur, & tamen imputris remanet, illum motum consequitur rigor, nec
tamen febris: non .n. ita facilè putrescit, cùm plurimum frigidus sit. facilius autem putrescunt alij
humores. Quòd si dicas, cur solum, si mouetur, rigorem affert: quiescens autem nequaquam? Hoc
inde est; quia dum quiescit, assueuit particula, & quasi illi familiaris fit: non afficimur autem plu-
rimum ab ijs, quibus assueuimus; dum verò mouetur, semper nouæ particulæ occurrit: unde & sui
sensum excitat. At verò cùm putrescit, inde febris accenditur; & pro diuersa putredinis ratione,
variæ etiam istarum febrium ideæ obseruantur. Nam sæpe non integrè, & ex omni parte putre- D
scit; sed, vt Paulus ait, semiputrescit. Sed cum semper, quomodocunque putrescat, inæquali-
ter id fiat, tùm propter difficultatem, & ineptitudinem (vt sequenti capite Gal. docet) ad con-
trahendam putredinem: tùm etiam propter partium diuersitatem, & inæqualitatem: si vehemẽs
fiat eius putredo, & integra, rigore desinente, sequitur calor, qui per omnes partes æqualiter dif-
funditur; superata quippe humoris naturali frigiditate: si verò non integrè putrescat, & quasi semi
putrescat, calor non potest omnino æqualiter partes oẽs vincere. unde qua parte putrescens vin-
citur, calidus videtur: qua verò non superatur, adhuc frigidus sentitur; atque simul vndique calo-
re, frigoreque, & rigore corripitur febricitantis corpus. & hanc febrem epialam nuncupant Hip-
po. Gale. Paulus, Aetius, & reliqui omnes græci: Auic. tamen hanc relinquit innominatam: no-
menq; epialæ alteri attribuit, de qua paulò post disputabimus. Dicit aũt Paulus epialam dici per
quandã metaphoram ἀπὸ τῆς ἁλὸς ἠπίας φαινομένης, hoc est à mare leni, ac placido apparente; cũ alioquin
qñ turbatur, sit plenũ timoris: vel παρὰ τὸ ἠπίως ἀλεαίνειν, uidelicet ex eo, φ facilè, ac leniter calefa-
ciat. Et hæ omnes differentiæ harum febrium ad intermittentes pertinẽt, sumpta uidelicet ratione
diuersitatis ab humoris natura. Nam sunt & aliæ differentiæ, quæ à loco putredinis, & a
tempore

A tempore accessionis, & à symptomatibus desumuntur. A loco putredinis nascitur altera harum febrium differentia, quæ non amplius intermittit; sed continens est: in qua vri, vel calere insigniter videntur interiora, exteriora frigere. hoc autem accidit; cùm eiusmodi pituita non expellitur extra venas, immò in penitioribus, & intimis visceribus putrescit. ibi verò putrescit; quia loca illa calida, & humida sunt: ideò facilius, & vehementius putrescit humor. Ex multa autẽ putredine accẽditur incẽdiũ magnũ circa præcordia, & internas partes. & cũ crassa sit materia, & crassius vapor, qui ex putredine attollitur, nõ ita ad extremas usq: partes facilè expãditur: immò prę multo incendio, & molestia ibi excitata, sanguis, & spiritus simul cum vapore putrido mixtim recedunt ad partes intimas, vt deinde externæ pares à natiuo calore destitutæ refrigescant; atque ita interiora calent, exteriora frigent. Nam (vt Gal. ait) secedunt in interiora sanguis, & spiritus ad expellendam, & exturbandam inde rem adeò molestam: sicut etiam fit in intermittentibus. sed in illis calor tandem superata materia rediens expanditur: at in his ex crassitie materiæ, & eius lentore, quæ calori renititur, nequit fieri superior: immò sæpe ex humorum malignitate succumbit, atque eius uires dissoluuntur. Gale. autem in his tantum duabus febribus vri interiora, & frigere exteriora, inquit, quarto Apho. nempè in hac appellata lipyria, & in ardentibus febribus, quas B accendunt magnæ inflammationes exorientes in internis visceribus. & ambæ malæ, continentes, & pernitiosę sunt. Auicen. verò voluit & aliam addere, cuius antiqui non meminere, de gręcis loquor, arabum enim hoc est commentum. & hanc contra se habere, quam lipyria asserit; nimirum quia in hac, cui ipse hepialæ nomen attribuit, (ait) interiora frigent: exteriora verò igneo calore detinentur. Huius vero symptomatis eam refert rationem, quòd in internis partibus contineatur vitrea pituita, quę ipsa frigida est suapte natura, & frigus illis affundit, vt quasi gelidæ videantur. Sed cùm putrescat, & semper inæqualiter (vt diximus) putrescat, quæ remanet imputris, refrigerat proximas, & eam continentes particulas: qui vapor deinde à parte putrida elatus, extrorsum fertur, & ad exteriora expanditur. Sed mihi quidem videntur hęc potius imaginaria, quàm quòd ex parte rei possit aliquid illis respondere: immò tota ferè (vt aiunt) diametro illis, quæ superius tàm ex Gal. quàm Auic. decretis probata sunt, aduersantur. Nam si febris sit accendenda, porrò necesse est calorem prius concitari in internis partibus; quippe quòd prius in corde accendatur, vt ipsemet Auicen. restatus est, & à corde prius ad interna, & vicina viscera, mox verò ad externas, & remotiores partes deferatur. Cui & hoc addamus ꝙ, vt paulò ante dicebamus ex Gale. (quod & ipse fatetur) dum in internis partibus quietus continetur is humor, nullum suæ frigidioris naturæ sen- C sum facit. frigidus autem sentitur, cùm mouetur, & locum mutat: non mouetur autem humor, dũ putrescit; nisi cùm natura illum excutit extra venas: quemadmodum omnes in intermittentibus febribus fieri fatentur. Vnde interrogemus, an hoc modo moueatur. Nam si extra venas expelletur, iam non amplius partes internas, in quibus continebatur, refrigerabit: non ergo interius percipietur frigus, sed exterius in partibus, per quas expelletur. Sin autem non expelletur; verum ibi in venis continebitur, statim vt quiescet, non amplius frigidus percipietur. Vnde mihi magis græcorum videtur probanda sententia. Aliarum etiam differentiarum meminere Hippo. & Gale. acceptarum à tempore, quo excitatur accessio: videlicet tertio lib. commentariorum in primum Epid. quia aliqua diurna dicitur: alia nocturna. vbi ait, quòd nocturna minus difficilis est: deterior verò est diurna. Sed de his posterius agemus. Postremę autem differentię ab ipsis symptomatibus acceptæ sunt; ut pote quia in illis exurgunt symptomata, quæ omnino rationem curationis commutant: sicuti illis accidit, quæ syncopales dicuntur, de quibus etiam postea sumus habituri sermonem. In præsentia enim volumus caput hoc perducere ad calcem. Com. Nam reliqua sunt ultima uerba exponenda, quorum sensus est, quod cùm in his febribus frigus, & calor percipiantur simul: uel in eiusdem partibus, ut in hepiala: vel in diuersis, vt in lipyria, id D non est referendum in rationem febris propriam; quia cùm febris putrida essentiam suam à putredine habeat, partes quæ putrescunt, per se ad rationem febris pertinent: quæ verò non putrescunt, nihil cum febre habent proprium. Vnde quis posset affirmare, ꝙ febris sit quidem vnus affectus per se: alter verò ille sit, quem sequitur rigor, uel frigus: secus autem est in tertiana; quia eadẽ est pars humoris, quæ & rigorem ciet, & febrem accendit. Sed eiusmodi quæstiones, quæ ad rationem curationis nihil addunt, vel detrahunt, logicæ potius sunt, quàm medicæ: quoniam nihil aliud habent; nisi quòd disputationis occasionem nobis prętant: ad opera autem artis nihil conducunt.

A

De Complexione Tertianæ Febris cum Quotidiana: ac de Semitertiana. Cap. VII.

Lect. XLI.

IAM verò tempus est, vt ad propositum institutum reuertamur &c. Exquisita tractatio febrium, quatenus ad earum differentias pertinet, exigit, vt omnium, tàm simplicium, quàm compositarum mentio fiat. Vnde explanatis simplicibus omnibus febribus, superest, vt ad compositas accedamus. Compositę verò dicũtur, quæ non vnica febre constant; sed ex complexione plurium febrium, vel eiusdem naturæ, vel naturę diuersæ. Cùm enim primum partiti simus febres in continentes, & intermittentes. & intermittentes deinde, in tertianam, quartanam, & quotidianam. atque itidẽ continentes in totidem ferè differentias: possunt etiam componi & tertiana cum tertiana, & quartana cum quartana, & quotidiana cum quotidiana: prætereà & tertiana cum quotidiana, & quartana, & eodem modo tàm quotidiana, quàm quartana cum alijs duabus. nec modò hæ, sed etiam continentes & inter se, & cum intermittentibus. aliquando enim non modò vna cum altera, sed & duo, & tres, & plures complicari possunt. Ego enim vidi duas iuuenes, quarum altera quotidie quatuor habebat accessiones; altera tres. De his ergo complexibus in primis in hoc capite sermonẽ instituemus; præsertim verò de semitertiana, quæ gręcè ἡμιτριταῖον dicitur, fitque ex complexione vnius tertianæ intermittentis, & vnius quotidianæ continentis. Nam varia fuit de hac penes antiquiores medicos sententia, vt in sequenti capite cum Gal. exponemus. Sed vt hæc apertius & ordinatius tractemus; quia imprimis de hemitritæo sumus sermonem habituri, de complexionibus primùm omnibus, quibus tertiana febris cum quotidiana coniungi potest, agamus. Verùm antea ne rem confundamus, quę de vsu nominum à Gal. dicuntur, explanemus. Est ergo hoc prius animaduertendum, ꝙ (vt sępissime dictum est) tàm ex bile putrescente, quàm ex pituita duplex est modus, quo pōt febris accendi: Vel ex illis putrescentibus in venis: Vel ex illis putrescẽtibus extra venas. Et primo quidẽ modo, febres fiunt continentes, quæ nunquã intermittũt: Altero verò, intermittũt. Ex intermittẽtibus aũt, quæ ex bile accenditur, tertiana à medicis ferè oĩbus dici consueuit, gręcè τριταῖον Quę verò ex pituita ortũ ducit; vt pote quę quotidie accessiones hẽt, ἀμφημερινὸν febrẽ medici, qui temporibus Gal. medicinam faciebant, appellare consueuerant: quod quidem nomen parum gręcum est, (ait ipse) vel saltem nullis gręcis, & probatis auctoribus in vsu. Quæ enim quotidie fiunt, ea non cathemerina, sed potius amphimerina nuncupantur à græcis. Vnde vt & nos seruemus rectum vocabulorum vsum, (inquit Gal.) in posterum amphimerinam febrem vocabimus. quamuis in re, siue hoc, siue illo dixerimus modo, nulla sit futura differentia. & ideò neque etiã in hac ita erimus pertinaces, vt velimus contendere; si quis velit eo vti vocabulo; quoniam de rebus, non de nominibus est instituta hæc tractatio. Continentes autem, quæ intermissione carent, ex proportione respondent intermittentibus; quia & si non habeant intermissionem: habent tamen excrescentias, vel accessiones sequentes propriam illius humoris periodũ erat. Non aũt illis adhuc proprium inditũ nomen: clarioris tamen doctrinæ gratia imponamus illis quoque nomen quo facilius percipi possit id, quod à nobis dicendum est. Et eam quidem, quæ à bile suum habet ortum, appellemus tertianam continuam, vel continentem: quæ verò intermittit, tertianam absolutè, vel tertianã intermittentẽ; sicuti iã quidã cœperunt appellare. Similiter eã, quæ ex pituita excitatur, amphimerinam absolutè, quando intermittit, vel amphimerinam intermittentem: quando autem intermissione caret, amphimerinam continuam, vel continentem. Nos autem tertianas, vel quotidianas latinè nominabimus. His ergo ita constitutis, dicamus tertianarum cum quotidianis quatuor esse complexionis modos. Quia aut continens cum continente; aut intermittens cum intermittente: aut intermittens cum continente: & hoc dupliciter; quoniam vel tertiana intermittens cum quotidiana continua: vel tertiana continua cum quotidiana intermittente copulatur. Et sicuti nõs hę complexiones fieri possunt; immo interdum ẽt fiunt: ita non parum prodest medico eas cognoscere, & in earum cognitione se exercere. Quamuis temporibus illis multi essent medici, qui hanc cognitionem, negligerent; qui quatenus hæc ignorabant, eatenus quoque & à recta ratione eas curandi, & rectè victum, ac alia remedia instituendi aberrabant. neque enim possunt alioquin & tempus futuræ accessionis præcognoscere, & alia quæcunque ad accessiones pertinent, percipere. Vnde cum Gal. ob diligentem operam, quam huic contemplationi nauabat, sæpe & horam futuræ accessionis, & complexiones febrium facilè cognosceret, ad id nimirum prospiciens, & victũ & cætera rectè institueret, credebant illi, vel suspicabantur ipsum ex diuinatrice aliqua arte, quàm ex medica potius ea præsagire. cùm tamen neque cognitu difficilia hæc sint: si quis rectè animum ad hæc intenderit, & ea diligenter obseruauerit, quæ obseruanda sunt. Quòd si quæ in primis obseruare oporteat, quæras. Animaduertentes (inquam) ad ea, quæ docemur à Galen. facilè percipiemus

B

C

D

A mus. Præcepta verò eius hæc sunt, vt non tantum rationem periodorum spectemus, quantum tũ modum caloris febris, tùm reliqua symptomata febris naturam concomitantia. Periodi enim, quã do fuerint simplices febres, non fallunt; vtpote quando vnica, & simplex fuerit tertiana, semper al ternis diebus suas habebit accessiones: si vnica quartana, per quartam diem: si quotidiana, quotidie. Verùm vbi plurium febrium fuerit complexus, poterunt tertianæ quotidie inuadere, vt si duæ fuerint tertianæ: poterunt & quartanæ, si tres componantur. Modus autem caloris non fallet, nec reliqua symptomata propria. Vnde si quis quotidie à febrili accessione corripiatur, cuius calor acris insigniter, & mordax sit; accessio verò statim ab initio cum rigore inuadat, inclinetque cum leui aliquo sudore; vrinas etiam aut pallidas, aut flauas mingat; vomat etiam, vel per alium deijciat biliosa; febris hæc tertiana, non quotidiana, erit censenda; sed non vna, & simplex; at potius duplex Ita etiam in alijs agendum est. semper propria signa consideranda, nec solis insistendum periodis. Nec verò res hæc ita se habet solum, cùm intermittentes plures copulantur; verùm & cùm continentes; & continentes quoque cum intermittentibus: siue eiusdem generis sint, siue ad diuersa genera pertineant; quemadmodum in hemitritæo, vel semitertiana febre; de qua licet, variè senserint priores medici, variaq; ue illam interpretati sint; nos tamen in ea sequemur modum Hippo.

B qui semi tertianam febrem appellauit complexionem intermittentis tertianæ, & quotidianæ continuæ: ita vt tertiana suas accessiones alternis diebus habeat, & eas aut cum rigore, aut saltem cũ horrore inuadentes: quotidiana verò continua quotidie; quo tamen modo continens febris acces siones habet. Vnde altero die duas habet diuersas natura accessiones: alteram, quæ omnino refert materiam biliosæ, & tertianæ febris: alteram quæ omnibus symptomatibus, & qualitate caloris re fert natura pituitosum succum: quanuis interdum, ambo vnam habeant tantum accessionem. Nã si accidat, sicut nonnunquam potest accidere, vt duæ accessiones conueniant, & eadem hora simul inuadant ægrotantes, cohalescunt, & confunduntur in vnam, quæ est confusa; atque ita mixta, cõ fusaque omnia habet. Quandoquidem neque ita acrem calorem habet, vt tertiana; neque ita obtusum, & veluti suffocatum, vt pituitosa, & quotidiana: sic etiam neque omnino principium accessionis inuadet cum rigore manifesto, ut solet simplex tertiana; neque cum perfricatione, vt amphi merina; sed cum horrore, qui medium symptoma est, (vt alias fuit expositum) inter illa duo, & quasi ex vtrisque commixtum: atque ita etiam se habebunt reliqua. Et nonnunquam si eandem horam seruauerint vtriusque febris accessiones: ita per hunc ordinem, & simili ratione febris ad finem vsque procederet. Quòd si aut vtraque accessio, aut altera mutauerit horam, aut acceleran

C do, aut postponendo; quandoque conueuient, & simul confundentur accessiones: quandoque di uersis temporibus ægrotantem corripient. & modi tamen permixtionis quotidianæ febris conti nentis cum tertiana intermittente ambo ad hemitritæum pertinent, si Hippo. medicinam sequamur. Hæc est itaque sententia vniuersi istius capitis in summam redacti. Addit tamen Gal. exemplum, vt clarius rem explanet, adolescentis, qui febre cõposita ex intermittente tertiana, & quotidiana continua laborabat: in quo cùm altera accessio accelerarer, altera semper tardaret, bis saltẽ confusę simul fuere accessiones; declaratque quàm formam seruarent, quando confundebantur, & quam differentiam haberent ab illis, quę syncerę, & impermixtę accendebantur. Quę quidem omnia, quia perspicuè adeò ab ipso exponuntur, vt explanationem alterius non videantur exposcere. Ideò non amplius tempus conteram: sed aggrediar sequens caput.

De dignoscenda Exquisita, & non exquisita Semitertiana. Cap. VIII.

D

SED quoniam & de his satis dictum est, rursum ad id redeo, de quo &c. Vniuersum caput hoc consumit Gal. in explananda natura hemitritęi, ac differentijs exponendis, quibus ab alijs commixtis, seu complicatis febribus differat; nec non & differentijs, vel diuersis ipsius modis: nẽpe quisnam sit exquisitus, & quis nõ exquisitus hemitritęus. Postremo verò loco, quia & hemitritęus, vt nomen ipsum demõ strat, ex parte saltem aliqua, ad differenias tertianę febris pertinet; de omnibus ter tianę differentijs summatim agit, ut ostendat, ꝙ prisci illi medici malè se habuerint, tàm in expli canda ratione hemitritęi, quàm differentiarum aliarum tertianarum; pręsertim verò Archigenes, & Agathinus. Hoc ergo constitũto, ꝙ hemitritritęus in Hippocratica disciplina sit febris, quę constat ex complexione continentis quotidianę, & intermittentis tertianę. Quoniam qui aliter sen tiunt, sicuti multi veterum medicorum sensisse ait, qui uoluere etiam hemitritęum esse appellandum; si intermittens cum intermittente componantur: immò Agathinus omnem tertianam, quę Lect. xlij.

longius

longius protrahitur, vltra fines videlicet exquisitę tertianę, nomine hemitritęi comprehenditur. A
Cõ.23. hi procul à doctrina, & vsu Hippo. recedunt; qui quidem primo Epid. hemitritæum uoluit febrem esse absque intermissione. complexus autem ex omnibus intermittentibus necesse est, vt tandem intermittant. Vnde cùm in libro de typis hemitritæus inter eas febres recenseatur, quæ intermittunt, quod alienum est à Gal. decretis in omnibus alijs suis legitimis libris, & Hippo. quoque, vt hic, & alibi sæpe probare videtur. Ideò librum illum non esse, quem de typis Gal. cõscripsit, semper (vt & aliàs meminime vobis dixisse) arbitratus sum. Itaque si ita se habet hemitritęus, vt constet ex mixtura tertianę, quę ex bile putrescente est accensa, & quotidianæ, quę ex pituita: si misceādi sint hi duo humores, necesse est, vt aliquo horum modorum misceantur. Nempe vel ęquales vtrinque sunt in hac miscella; Vel inæquales. Si sint ęquales, tunc febris, quę ex hac ęquali mixtione accenderetur, erit exquisitè media, & secundum formam, & secundum symptomata, & tandem secundum omnia inter tertianam exquisitam, & quotidianam: Vnde & modus caloris neque ita vehemens erit, & acris, sicut in tertiana, neque ita obtusus, & quasi sepultus, vt in quotidiana; neque eius motus erit velox, liber, & expeditus, vt tertianę, quæ vbi incœperit, citò, & æqualiter per incrementum ad vigorem ascendit; neque ita tardus, & inęqualis, vt quotidianæ: immò videtur quasdam habere, dum increscit, & antequàm ad uigorem accedat, veluti repetitiones, vt quasi ex B pluribus accessionibus constare videatur, nam videbitur transijsse principium, & increscens accessio vigori proxima esse; tuncque iterum pulsus fiet compressus, & rursum horrere incipit; perinde, ac si noua accenderetur accessio, & ita bis, & nonnunquam sępius fit. Quod quidem fieri inquit Gal. ex pugna horum duorum humorum inter se suapte natura contrariorum. dum. n. bilis putrescit, quę calidus, tenuis, & leuis humor est, & facillimè accenditur, facillimè expanditur, & exterius effertur, secumque trahit & pituitam. ascendit ergo facilè accessio, donec superior est bilis: reluctatur tamen inter ea pituita, & cùm non sit inferior bile (iam enim diximus, quòd in hac mixtura æquales sunt isti humores) ideò & ipsa ferè alternatim vincit. & quando fit superior ad interiora, & in profundum sua grauitate recedit, & reuocat bilem, & reuocatur iterum etiam calor ad interiora; rursusque ex hoc motu horrida fit cutis, & pulsus opprimitur, perinde vt in initijs accessionum fieri solet. atque ita fit, donec accendatur vniuersus humor putrescens, & accēsus expandatur. Sed ipse etiam hortor, qui in hac febre familiaris est, ostendit mixtam esse hanc febrem, non simplicem. Nam, dum simplex est tertiana fiunt interniria rigores insignes, & manifesti. In quotidiana solum extremæ & externę partes refrigerantur. In hemitritæo verò horrent. Horror autem est symptoma medium inter perfrige- C rationem, & rigorem, vt quantò uehementior re perfrigeratione, tantò debilior sit, & leuior rigore. Sed si alia quoque symptomata velimus examinare, videbimus ea & mixta, & ferè media inter ea, quæ tertianæ, & ea, quæ quotidianę sunt propria. Et hæc quidem ea est hemitritæi differentia, quę exquisitus hemitritæus dicitur. Quòd si alter horum humorum alteri sit superior, quatenus superior, eatenus etiam magis ad se trahet naturam febris in omnibus, in modo caloris, in motu eiusdem, in longitudine, vel breuitate, tàm accessionum, quàm totius morbi, in excretionibus. Quia si bilis vicerit, & vomitus, & alui deiectiones, & vrinę, omnesque tandem excretiones erunt magis biliosæ. Contra aurem, si pituita. Sed hę duæ differentiæ pertinent & ipsę ad rationem hemitritęi. Verùm non ita exquisiti sunt hæmitritæi, sicuti prior. quoniam magis in hanc, vel illam inclinant. Qua in re Archigenem carpit, qui tantum harum duarum differentiarum meminerit, quæ exquisiti hemitritæi non sint: prioris verò, quæ verè hemitritæus, & exquisitus dici meretur, ne verbum quidem fecerit. Multa etiam præterea addit Galen. quæ ad vsum potius nominum pertinent, quàm ad rem ipsam. monetque, quod quando versatur aliqua inter nos controuersia, vt imprimis aduertamus, ne decipiamur: ne. scilicet quando putemus nos de rebus contendere, tandem omnis nostra contentio sit de verbis, & nomini- D bus: sicut ipse in medicis illis suæ tempestatis se sępissimè animaduertisse testatur. Verùm quoniam hæc nec admodum vtilia sunt, & lucidè, ac apertè ab ipso exponuntur: ideò nolo in his alioqnin tempus conterere. Sed hoc tantum monebimus uos, ne fortasse dubitatio hęc turbet, ꝙ Gal. iuxta atque Hippo. maximi momenti hanc febrem esse prędicat, ac cum maximo periculo ęgrotantis accendi. cùm enim constet ex duabus febribus, quarum altera alteram excipit; secunda reperiens naturam à priori valdè concussam, magis eam affligit. neque tamen in primo ad Glauco. uel in libro Meth. docet eam curare. At hoc inde fuit; Quia cùm curationem ostendat ipsius morbis natura, sicuti morbus anceps est, medius, confususque ex duplici febre ita curatio, media futura est, & confusa ex vtriusque curatione; & propterea noluit Gal. particulatim de his compositis febribus curā dis alioquin tractationē exponere, neque in lib. metho. neque in primo lib. artis cur. ad Glauc. quā uis curatio non exquisitarum febrium cum his non modicam affinitatem habeat: maxime verò, cum illis, quas non compositas, sed confusas Gal. appellat, in quibus accessiones non sunt separatę, sed simul, & eadem hora inuadentes; ita ut quasi in unam cohalescant. Hic autem est animaduertendum, ꝙ hic forsitan miraretur aliquis, cur Gal. adeò diligēs fuerit in tractandis complexionibus,

A nibus,& confusionibus harum duarũ febrium,biliosæ videlicet, & pituitosę. Cõplexiones aũt appellat,quando accessiones vtriusque separatę sunt; vtpote quando non eadem hora hominem detineant, sed diuersis horis accedant:confusiones verò,quando eadem hora simul inuadunt, & hominem subinde detinent. Cur inquam de biliosa, tantum ac pituitosa sermonem habuerit: quasi & aliæ cum his,& hę cum alijs coniungi nequeant. Huic respondet ipse,ꝙ alias complexiones & confusiones silentio prætereundas censui breuitatis causa;quia harum,quæ expositæ sunt,exemplum secutus vnusquisque,qui rectè simplicium naturam perceperit,atque calluerit,poterit ex se in cognitionem venire complexionum omnium,& confusionum: immò & differentiarum omniũ earum simplicium febrium,quæ ab exquisitis generis recedunt; aut in illis diuersos ordines constituere,& vnicuique ordini clarioris doctrinæ causa proprium nomen imponere. quanuis quare nos ad curationem pertinet,non nomina,sed rerum cognitio,naturæ inquam febrium, & earum ordinis,& motus, & symptomatum eam dirigat & gubernet. Quæ quidem omnia ipse exemplo a tertianis petito,adamussim explanat,& adeò lucide,vt alio non egeant expositore. Et quia posset iuuenis harum rerum ignarus deterreri,quasi sit immensa quædam futura inquisitio,& vastum pelagus;si quis velit diligenter has oẽs complexiones; disquirere idcircò vt hunc ẽt nodũ dissol-

B uere Gal.subiungit,ꝙ neque res hæc nimis ampla futura est,neque admodum difficilis. quandoquidem non sunt multæ differentiæ illæ,quas simul complexus est,qui voluerit rem hanc exquisitè tractare. Quia distinctio,& partitio febrium per differentias,quæ ab earum propria natura,vel essentia depromendæ sunt,in tria tantum genera consumitur, penes triplicem materiam, quæ putrescens potest febrem accendere,videlicet bilem vtranque,& pituitam; ex quibus ortum habent tertiana,quartana,& quotidiana febres. Quæ tria genera si bi partiamur in continentes,& intermittentes febres:sex erunt constitutæ differentiæ propriæ,quæ mutuò commisceri possunt. Quòd si dicas,at multas alias in febribus differentias inuenio, quarum auctores meminere. Respondet Galen.quòd hoc quidem negandum non est; sed animaduertendum, quòd hæ sunt primæ, & præcipuæ, in quas omnes alię tandem resoluuntur. Nam omnes aliæ, aut à multitudine horũ humorum pendent; vt quando duplex, vel simplex est, item longior, uel breuior febris: Aut à quantitate, seu qualitate putredinis; sicut pestilentes febres ab alijs putridis non natura, & essentia differunt, sed modo, & qualitate putredinis; quia maior, & deterior est humorum putredo in pestilentibus, quàm in alijs, vt sæpius hoc anno diximus: Aut ex modo motus; vt quando partimur febrem in acutam, & non acutam. Aut ex particula, in

C qua accenditur putredo; sicuti in pleuritide, phrenitide, peripneumonia, nephritide, & id genus alijs. Sed iterum forsitan vestrum aliquis dubitabit inquiens,si partitio febrium,quæ per se est,febrium inquam putridarum,à materia putrescente accipienda est,cur sunt tres differentiæ? cum tamen quatuor sint materiæ capaces putredinis? Nam & sanguis ipse quartus humor est; & sicut mixta cætera;ita & ipse putrescere potest. Hanc dubitationem in sequenti capite ipsemet Gale.dissoluet. Ideò ad illud & nos eam differemus.

Qualis ex Sanguinis Putredine Febris oriatur. Cap. VIIII.

EX omnibus verò, quę supersunt, nulla esset contenplatio præstantior, quam illa &c. Lect. Idem institutum in hoc capite explanando seruabimus, quod sibi in hoc libro ser- XLIII uandum proposuit Gal. nempè se theoremata velle exponere, vt illi verè exponen-

D da videntur,& ipsam duntaxat veritatem explanare, neque alioquin eorum, qui in hac re perperam senserint, errores insectari & refellere: ne forte nimirum deinde in hac re fiat præter vllam vtilitatem temporis dispendium. Sic ergo & nos faciemus. Quia nullum ferè caput est, nullumque in medicina præceptum, vel theorema reperias, quod plures maioresque inter posteriores medicos turbas concitauerit, eosque contra Gale. incitauerit, quàm hoc,quod in hoc capite exponendum ipse suscepit. Omnes enim arabes medici, imprimis verò eorum princeps Auic. quem secuti sunt latini nostri, qui ferè omnes fuere arabum sectatores, contra Gal. insurgunt, illique in hac re acre bellum indicunt, tanquam qui, & falsum dogma secutus sit, & sibi etiam in hoc non constiterit; quippe qui interdum quasi coactus affirmet, vt 9. meth. quòd sicuti ex alijs humoribus putrescentibus certa quædam forma, vel idea putridæ febris accenditur: ita etiam ex sanguine; quam synocham putridam appellat. Hic tamen deinde nequaquam fieri posse contendit: non quidem, quòd neget sanguinem posse putrescere; sed ait, quòd vbi putrescere cœperit, non amplius sanguis est; at in bilem versus putrescit. Vnde febris, quæ inde gignitur, non amplius febris sanguinea appellanda est; sed biliosa. quoniam humor putrescẽs non est amplius sanguis, verùm bilis. Hoc est ergo, quod Gal. attribuunt, & hoc tanquam eius dogma

dogma referunt. Vnde illum Auic. falsitatis arguere conatur, multaque in ipsum acriter contorquet argumenta. Auerro. verò inconstantiæ ipsum damnat; vt pote qui uariè de hac re uarijs in locis sensisse visus sit. Sed nos horum omnium somnia missa facere volumus: cùm ipsi frustra laborent, neque Gal. sententiam sint assecuti, suamque ipsi potius, quàm Gale. inscitiam demonstrent. Quod facilius, & breuius ostendemus, si quę de hac re Gal. senserit, explanauerimus; quàm si proponere voluerimus, quę illi attribuerint, & eorum errores reprehendere. Cùm enim rectum vt docuit Arist. sit iudex sui, & obliqui, collatione rectę ipsius Gal. sententię cum horum opinionibus, illorum error facilè percipi poterit. Aggrediamur ergo hoc negotium. Sed vt facilius, & exquisitius rem hanc possimus interpretari, altius aliquantò exordiendum. In omni quęstione, atque adeò etiam in omni controuersia, vt exposuit Ioannes Gram. secundo Post. analy. necessarium est duo reperiri, nimirum aliquod datum, κείμενον ipse ait; quod tanquàm positum, & constitutum accipiatur: neque enim aliqua constitui potest disputatio cum eo, qui omnia negat. deinde est & id, quod in quęstionem proponitur, ac in dubium reuocatur: ille τὸ ζητούμενον, hoc est quęsitum appellat. Vnde si hanc, quam hoc capite proponit Gal. quęstionem, uolumus & percipere, & dissoluere: necesse est primum tam resoluere, & inuenire quid sit illud, quod ipse tanquam datum accipit, vel quę sint, si ea plura sunt. Deinde verò quid illud, de quo dubitatur, & in quęstionē uenit. Ita. n. facillima erit istius nodi dissolutio. Vbi primum, si rectè rem hanc perpendere voluerimus, id, quod à Gal. in quęstionem istic reuocatum putant, tanquam datum, & positum ab eo accipitur: Nimirum sanguinem quandoque putrescere, & ex eius putredine accendi febrē; & hac alioquin ratione fieri synocham febrem. Hoc enim apertè 9. meth. & hic paulò inferius capite 11. & superius quoque secūdo istius libri capite: item, & tertio de crisi. affirmat. neque de hoc ipse dubitasse reperitur. Pręterea verò & hoc tanquam datum recipiendum censet, ab ipsa experientia acceptum & à sensu; sed & consensu priorum medicorum omnium approbatum: Febrem scilicet hanc nullis periodis distingui; vt quę unam tantum habeat accessionem perpetuam, qua etiam terminatur. Periodus enim refertur ad plures accessiones. & ideò propriè febris hęc neque dici periodica; neque propriam habere aliquam ideam determinatam: sicut tertianę, quotidianę, & quartanæ; quę vel quotidie, vel alternis, uel quaternis diebus accessiones habent. Tertiū, quod quasi datum accipit, est: Omnes periodorum, uel periodicarum febrium ideas in tria tantū capita, uel tres differentias referendas esse. Neque enim unquam ex quantumlibet diligenti obseruatione reperta est alia idea, aliave formula febris alicuius, quę simplex fuerit. Nam de illis, quę multarum complexione constant, alia ratio est, ut paulò superius expositum fuit. Tres uerò differentię illę sunt, quotidiana; tertiana, quartana. Quòd si quispiam opponat, ꝙ Hippo. quintanarum, sextanarum, & ulterius meminerit. Dicimus, ꝙ omnes illę periodi ultra quartanā, ad quartanam tandem referuntur, & eiusdem cum quartana generis sunt: ut alibi etiam probauit idem Gal. Quartum uerò, quod tanquam datum accipiendum, est hoc: Vnumquemque aliorum trium humorum, omnium confessione, unam ex his tribus febrium ideis sibi determinare. Bilis enim flaua tertianariam periodum: atra quartanariam: pituita quotidianas habet accessiones, & periodos. His itaque datis, quęrit Gal. an, si putrescat sanguis, aliquando possit per periodos distinctā febrem accendere. Nam ꝙ putrescere possit, & ꝙ putrescens perinde, vt alij humores, febrem accendat, pro necessario, & comperto habet; quodque synocham gignat. Sed nihil hoc ad institutū nostrum: quia synocha nullam periodorum formulam gerit: sicut neque exquisitus causus, quē bilis exquisita putrescens in venis magnis procreat. nam & is caret aliqua periodorum idea, quę saltem sit sensibus manifesta, ut in sequentibus capitibus docebit. Quemadmodum igitur eadem bilis, cùm aut extra uenas, aut in minores uenas pulsa putrescit, sibi tertianariā periodū determinat, suapte ferè natura: dubium est, an ita & sanguis aliqñ pulsus, si non extra uenas, sicut fit in intermittentibus, saltem ad minores uenas a maioribus, ac ibi putrescens aliquam possit periodicam febrem accendere. Quòd si fuerit concessum; cùm nemo unquam aliam periodorum rationem, præter tres illas paulò superius relatas, obseruauerit: necesse est etiam concedi, aliquam earum trium ad febrem hanc sanguineam pertinere. quare erit necesse, ut hęc febris, uel inter tertianas collocetur, uel quartanas, uel quotidianas. Quo constituto, quęrit ad quam harum periodorum formam hęc febris ex sanguine in hunc modum excitata referenda sit. num in quartanam, aut tertianam, aut in quotidianam. At uerò, ꝙ sit necesse per hunc modum febrem ex sanguine fieri, probat argumento à tumoribus prætet naturam deprompto, præsertim uerò à calidis: ut sunt inflammationes, quas solet sæpius febris concomitari interdum (ut primo libro cum ipso Gal. exposuimus) ephemera: sicut plerunque contingit in inflammatione exteriorum particularum; nimirum quando a materia putrescente in inflammatione non potest aliqua putredo cor pertingere, sed subinde calefiunt continenter partes omnes intermediæ inter inflammationem, & cor, donec cor etiam, & spiritus in eo calescant. nonnunquam uerò has sequi solet putrida: ut in inflammationibus internorum uiscerum, in quibus putrida fuligo ad cor delata ipsum calefa-

A lefacit. Neque poterat aliunde similius, accommodatiusque argumentum deduci; cùm iam fue-
rit ostensum eodem capite eundem esse modum, quo febres ex inflammationum putredine, & ex
putredine in vasis accenduntur: præterea verò cùm eadem sit in vniuersum omnium inflammatio
num excitandarum ratio, vbicunque illæ excitentur. Vnde inflammationes maximè harum fe-
brium naturam possunt & apertissimè nobis ostendere; quia sensibus magis expositæ sunt, vel ip-
sę, uel symptomata, quæ ipsas sæpissimè, & proximè consequuntur: quę enim in particu-
lis exterioribus procreantur, sensibus ipsæ expositæ sunt: quæ verò occupant interiores partes,
suis symptomatibus patent. quare si non omnes, earum tamen multæ, qua sint natura ex sympto
matibus, atque ex mutatis excrementis cognosci possunt; ut deinde ab eis ad febres translata ra-
tione earum, exemplo & similitudine in cognitionem febrium, tàm quò ad earum naturam
quàm aliorum, quæ naturam ipsarum sequuntur, facilè deuenire possimus. Tandem ergo
ne in multis vagemur, vnam accipiamus inflammationem in exemplum, & argumentum,
quę omnibus ferè nota est, & quæ in magnis morbis est, quæque à græcis pleuritis dici-
tur, & est inflammatio membranę costas succingentis. Porrò pleuritis multas habet differen-
tias, sicut & phrenitis, & aliæ multę; & hę differentię acceptæ sunt à diuersa materia, ex
B qua genitæ sunt, sicut dicebamus & febres putridas diuersas habere differentias à differentibus
humoribus, in quibus primum accendebatur febrilis calor. Vnde si quis ea, quæ pleuriticis quoti-
die euidenter apparent, diligens obseruauerit, quatuor inueniet esse pleuritidum differentias. Nã
aliquæ sunt sanguineæ; aliquæ biliosæ: aliquæ pituitosæ: aliquæ ex melancholico humore. Et quia
poterit fortasse aliquis esse de hoc dubius: Ideò & id probandum esse Galen. censuit. probat
autem a signo, vel, ut philosophi nostri loquuntur, a posteriori: sicuti etiam in libro de
constitutio. artis probauit. accepto uidelicet hoc, tanquam istius rationis fundamento, quòd
omnes inflammationes, quæ non sunt comprehensæ crassa aliqua, & densa pelle, qua-
lis est extima corporis cutis, non possunt ita humorem in ea particula infartum continere,
quin aliqua pars illius tenuior, & aliquis ichor effluat; quiquidem naturam inflammatio-
nis, & humoris, à quo fuit excitata, ostendit: sicuti etiam ex ichore humorum in venis contento-
rum, qui cum vrina excernitur, atque vrinam inficit, qualitatem, & naturam humorum in venis
congestorum deprehendimus. & ideo sicuti iudicamus febrem ex vrina; ita pleuritin ex sputis. te-
nuis enim ichor in pleuriticis cum sputo excernitur, qui ex pleuritide resudauit: sicut cum vrina
ille, qui è venis excernitur in febribus. Quatuor autem sunt ichorum differentiæ, quæ conspiciũ- *Lect.*
C tur in sputis pleuriticorum. Nam aliquando spumosa expuuntur: interdum verò palida, vel flaua; xliij
nonnunquam rubra sputa: quandoque nigra. quamuis id inter hæc intersit, ꝙ nigrum nunquam
ab initio expuitur, sed semper præcedit pallidum, vel flauum, quod post in liuidum, & tandem
in nigrum transit. Omnes autem medici exercitati, ac periti in hoc consentiunt, ꝙ sputum spumo
sum ex pituita suam habet originem; quia spumam generat humor lentus, spiritum in se continẽs
cùm à calore afficitur: pituita verò suapte natura lenta est, & quæ facilè in spiritum digeritur. li-
cet autem & melancholicus humor sit flatulentus; caret tamen lentore: Color sanè pallidus, aut
flauus est proprius bilis: ideò sputum pallidum, vel flauum biliosæ inflammationis est argumentũ:
Rubet autem sanguinis est. Interdum tamen & nigrum fit pleuriticorum sputum, quod humorem
melancholicum refert; sed quia humor hic crassus est, & terreæ substantiæ: idcircò non potest pene
trare in substantiam membraneam solidam, & densam, qualis est ea, quæ costas succingit. Propte-
rea vel nunquam, vel rarissimè potest ex hoc humore concitari pleuritis statim à principio.
sed si bilis aut sanguis assetur in inflammatione, tandem conuertitur in humorem melancholicũ;
& ita nigrescit, vt exposuit etiam Gal. in secundo de rat. vict. in acut. mor. Poterit autem fortasse
quispiam dubitare; quia videtur neque secũ neq; cũ aliis præstantissimis medicis consentire. Nam
D & ipse in lib. de diff. morb. & secundo de cris. & secundo ad Glauc. & quarto meth. & alijs mul-
tis in locis; necnon etiam posteriores ferè omnes, inflammationem esse aiunt tumorem calidum
excitatum à sanguine: erysipelas à bile: œdema a pituita: scirrhum ex melancholico humore, &
cancrum, Hic autem quadruplicem esse ait differentiam inflammationum iuxta quadruplicem
naturam humorum, à quibus excitantur, quæ ex colore eorum, quæ ab ipsis effluunt, discernun-
tur. Hanc dubitationem soluit Gal. secundo libro artis cur. ad Glauc. vbi ait, ꝙ alio modo vsi sunt
inflammationis nomine antiquiores medici, qui circiter tempora Hippo. floruere; alio illi, qui
erant tempore Gal. vel parum antea. Priores enim inflammationes in vniuersum appellant omnẽ
tumorem calidum cum multa flamma. Vnde lethargum vocant inflammationem in cerebro ge-
nitam ex pituita: phrenitin autem inflammationem membranarum cerebri ex bile ortam: ita &
carbunculum inflammationem ex super assato crassiori sanguine; & iam in melancholicum hu-
morem conuerso. Posteriores uerò limitauerunt, & contraxerunt significationem inflamationis,
& eam appropriauerunt tumori sanguineo ex naturali sanguine concitato, Hic loquitur de in-
flammatione lateris, accepta inflammatione, Hippocratico more, non posteriorum. Po-

nit

nit præterea Gal. experientia compertum esse, quod in inflammationibus quoque internorum viscerum A immò interdum & externarum partium: sicuti in ophthalmia; seruatur aliquis determinatus periodorum ordo, vel aliqua earum forma, siue idea. Quod non solum hic exponit Galen. verùm
Cõ.12 etiam primo libro commentariorum in Apho. vbi, & phreniticis, & pleuriticis, & lethargicis, & peripneumonicis suas assignat periodos Colligamus ergo tandem rationem vniuersam; & inspiciamus, quid ex tot fundamentis positis colligendum sit. Dicimus ergo, quod cùm forma, & idea periodorum tàm in febribus, quæ accenduntur ex humoribus putrescentibus in vasis, quàm ex eisdem putrescentibus in inflammatione, sequatur naturam humoris putrescentis, siue hic, siue ibi putrescat; quæ ab eodem humore putrescente accenduntur, eandem etiam periodorum formam seruabunt. Sed cùm longa etiam experientia sit compertum in pleuriticis rubra, vel cruenta expuentibus fieri accessiones per tertianarias periodos, in quibus sanguis continetur, & ibi infarctus putrescit. Sequitur ergo, quòd & febris ex sanguine putrescente in vasis accẽsa tertianarias habebit periodos: vt & febris biliosa habet. Reliquum át est, vt tria præterea quæramus. Primum cur magis sanguis putrescens formam periodorum biliosarum sequatur, quã pituitæ, vel atræ bilis. Alterum, si ex putredine sanguinis fit tertiana febris, iuxta atque ex putredine bilis, quibus notis distinguetur hęc ab illa. Tertium autem, cùm dixerimus iam ex sanguine putrescente, quandoq; ac B cendi febrẽ, quę nullas hẽt manifestas periodos, vt synocha putrida: quæ.n citra putredinẽ est, ad ephemeras ex Gal. sententia pertinet. Quãque verò quę periodos hẽt, qualis est hæc, quã nuper descripsimus, quod ẽt in biliosa febre diximus fieri: Nã ardẽs febris, quę exquisitus causus a græcis dicitur, & qui cum synocha putrida in eodem genere est, non habet manifestas aliquas periodos: sicut nec synocha, vnde interdum Gal. ac masticam hyperacmasticam, & homotonam tanquam differentias causi refert. Quandoque verò synochę putridæ aliquando autem tertianarias sequitur periodos. Quæritur ergo, quę sit huius diuersitatis ratio. & cur varij humores varias seruẽt periodorum ideas. cur etiam aliquando febres fiant errantes, quæ certas non seruant periodos. Et primam quæstionem non soluit hoc loco; sed eius solutio accipi potest ab ipso quarto de tuen.
Cap.4 valet. Neque enim credendum est, id, quod hic refert Gal. referri ab eo, vt causam afferat, cur febris sanguinea sequatur ordinem biliosarum febrium. nempè quòd supra modum assatus sanguinis, partim in bilem: partim in melancholicum humorem vertatur. Neque illud etiam, quod in fine vltimi capitis refert, quòd scilicet sanguis putrescens tùm in bilem: tùm in humorem melancholicum transeat. Quia, si locum vtrunque diligenter examinaueris, hic rationem reddit, cur interdũ in putredinis sputũ fiat nigrũ. Ait. n. quod id fit ex assatione insigni: vnde non nisi raro fit nigrum C sputũ; & semper, qñ fit, aut rubrũ, aut pallidũ præcedit. & cũ nigra expuũt pleuritici, inflammatio accedit ad naturam carbunculi. nam & in carbunculo calor sanguinis putrescentis liuens primũ est; mox nigrescit: & ideò perniciosa iudicatur ea pleuritis. Neque etiam definita causa esse tertianæ periodi potest ea: nempe quia pars sanguinis in bilem flauam: pars in atrã, dum putrescit, uertatur. Quod ex uerbis ipsiusmet Gal. facillimè percipies. Nam ait, quòd hæc humorũ transmutatio cùm vnus in alterum vertitur, in causa est, cur periodi etiam rationem suam mutent. atque ita mutare videntur rationes, & ideas periodorum; quippe quia sicuti transmutatur natura humoris: ita etiam mutatur periodorum forma. Sicuti sanguis cùm in alium humorem vertitur: vertitur autem in diuersos humores facilè pro ratione diuersitatis partium: tenuior enim in bilem flauã: crassior verò in atram. cum igitur iam versus est sanguis in alium humorem, non sectat amplius naturam sanguinis; sed eius humoris, in quem conuersus est. Neque nisi cum ita vehemens est calor putrefaciens, vt asset etiam sanguinem, fit hęc transmutatio. Quod inde patet; quia dicit, quod sanguis putrescens vertitur, aut in bilem: aut in melancholicum humorem, vt diximus. Quę verba nõ possunt referri, nisi ad id, quod hoc capite dictum est: Quòd scilicet si superassatus fuerit sanguis, pars quidem eius subtilior &c. Hoc insuper nisi aliud additum fuerit, non videtur magis probare, D quod febris sanguinea tertiana futura sit, quàm quartana; cùm non minus in atram, quàm in flauam bilem putrescens, vel superassatus sanguis vertatur. Pręterea cùm sanguis iam conuersus est in alium humorem non seruat amplius vlla ex parte suam mitem naturam; verum fit mordax, & acris, immò erodens: vt patet in carbunculis, in quibus non apparet calor mitis, & vaporosus; sed, vrens, & erodens. Ita etiam bilis per assationem, vel putrefactionem genita naturali acrior est, & mordacior. Calor autem febris sanguineę vaporosus, & mitis est. Ad hæc si similis ratio est humorum, qui in venis putrescentes febrem accendunt, & eorum qui in inflammationibus: in pleuritide igitur in qua sputũ rubrũ excernitur, sanguis cõtinetur, qui nondum conuersus est in alios
Cõ.ul. humores: colorem enim mutasset, sicut & naturam: unde 3. libro com. in sextum Epid. ait Gale. pleuritides facillimæ, & mitissimę sunt, in quibus sanguinem expuunt: quare & sine sanguinis missione curare facilè possunt, cùm neque magni morbi sint: & tales etiam pleuritides tertianam periodum habent, vt hic testatur Gal. Ergo, antequam in alium humorem vertatur putrescens sanguis, sequitur ideam tertianarum febrium. Vbi verò in alium versus est, sequitur naturam illius humo-

A humoris. & si in atram bilem transmutetur, tunc illius etiam formam seruabit. Nos verò quærimus, quam periodum sit seruaturus, cùm putrescit, & nondum versus sit in alium humorem, & mitem, vaporosumque adhuc calorem seruat; qualem in febre ex sanguine esse inquit Gal. Porrò autem dum ea, quæ hic referuntur, probè pensitamus, arbitramur fundamentum, in quo vniuersa istius solutionis ratio consistit, nobis voluisse tradere Gal. & quamuis non explicitè id huic rei accommodauerit: legentibus tamen eam accommodandam reliquisse. Sed vt facilius percipere possitis omnem istius difficultatis, & solutionis rationem, aliqua sunt describenda ex ipsomet Gal. quarto de san. tuen. qui de sanguine, & reliquis tribus humoribus sermone habito, ponit spatium quoddam, seu interuallum in ipsis humoribus, vel (vt iuniores loquuntur) latitudinem, quæ consistit in ratione excessus, & defectus à medio temperamento, quod in generatione, vel in genere humorum optimum est. Hoc autem temperamentum medium est sanguis; quippe qui optimè coctus sit, & ad temperiem mediam per concoctionem probam perductus. Cæteri verò humores ab hac longius abscedunt. Alij quidem. n. sicut biliosi, vltra probam concoctionem producti sunt, & ferè nimis à calore excocti fuere. Alij autem citra constitere, & vel semicrudi, vel omnino crudi remansere; dum à natiuo calore conficerentur: sicuti pituitosi. Et sicut B in his extremis generibus varij sunt ordines: quatenus alij à sanguine remotiores sunt: alij verò propiores: Ita & in genere medio putandum est, quanuis id non explicauerit Gal. Nā neq; omnis sanguis est æqualiter temperatus; sed alter altero, vel magis, vel minus temperatus: Vnde quò temperatior est sanguis, eò magis à natura aliorum humorum, qui intemperati sunt, remotus est: quò intemperantior, eò magis ad alios accedit secundum eam intemperaturę rationem, quæ cum illis confinis est. Sed huic addamus; quòd sanguis, dum suum naturale temperamentū seruat, causa est sanitatis per se, non febris, non morbi, quantum ad naturam suam pertinet. Si igitur febris accendenda sit, oportet sanguinem prius transmutari, & de suo temperamento dimoueri; & quò magis dimotus fuerit, eò magis ad alterius humoris naturam propius accedet. Vnde cùm non accendat febres aliquas, de quibus in præsentia sermo institutus est; nisi putrescat: si volumus percipere, ad cuius humoris naturam, dum putrescit sanguis, accedat; consideremus, & contemplemur, (ait hic Gal.) quo modo, & qua de causa putrescat. Manifestum autem est, vel ipso etiam Arist. attestante, ꝙ putrefactio fit ab extraneo calore. Extraneum autem omnem calorem appellat corpus animantis afficientem, qui insitus, & ingenitus, atque etiam natiuus minimè sit. quòd si ita sit, necesse ergo, ꝙ putrefaciendus sanguis per transmutationem extranei caloris ab-C ducatur à sua natura ad naturam alicuius alterius humoris. Non potest autem calefactus accedere ad naturam pituitæ; quia illa frigida, & cruda est: Neque ad naturam melancholiæ; nisi vel per assationem vltra modum, vel per vehementem putredinem quasi incineretur. nam naturalis melancholia & ipsa frigida est. Mirandum igitur minimè est sanguinem putrescentem, vel dum putrescens adhuc est, vel dum putruit, vel omnino in alium humorem conuersum sequi, ac imitari periodum propriam biliosi humoris, & nullius alterius. Et hæc mihi vera, claraque Gal. sententia in hac re videtur. Alteram verò quæstionem in calce ferè istius capitis dissoluit satis facilè: nimirum quibus notis distinguenda sit tertiana febris, quæ ex sanguine putrescente ortum habet ab ea, quę ex bile. Hic verò tantum signum exponit acceptum ab aliquo, quod ad essentiam febris pertinet. Neque in pręsentia aliorum, quę vel ab excrementis, vel à mutata corporis qualitate accipienda sunt, meminit: quia ab ijs, quę superius particulatim de his febribus exposita sunt, facilè, & hęc haberi possunt. Consequitur autem statim essentiam febris, modus caloris. calor. n. in materia sicca acris, & mordax plurimum est: qui autem in materia humida mitis, & vaporosus. Vnde mordacitas caloris ab vtraq; bile distinguit sanguinem, & eius febrem. A pituita verò putrescente, & ex motu, ac modo caloris; & ex ęqualitate discernitur febris ex sanguine. Nam sta-D tim à principio afficit manū, & talis percipitur applicata manu, qualis est. pituitosæ autem materię calor, vt diximus statim ferè à principio primi libri, cùm primum applicamus manum, vix percipitur molestus, (qui comes est pręcipuè febrium putridarum) sed paulatim videtur increscere, nec æqualiter omnes particulas manus afficit; verùm (ait Gal.) videtur, quasi ascendens calor per cribum percoletur. quod non fit in febre sanguinea. Videtur autem non indignum esse inquisitione, quam de causa id fiat: nempè ꝙ ita inęqualiter calor ascendens paulatim manum afficiat in hac febre. Vnde rationem afferens Gal. ita prosequitur.

Lect. XLV.

Cap. 4

A

Cur Inæqualis Calor in Pituitæ Febre tactui occurrat. Cap. X.

CONTEMPLANTI verò mihi, ac causam perquireri, cur in febribus alijs calor &c. Liquores, vel humores, qui crassi, & viscidi sunt, dum in vaso aliquo, vt in lebete, supposito igne efferuescentes bulliunt, cum pituita in venis putrescente, dum accendit febrem, in præsentia confert Gal. vt causam inueniat, cur in pituita febre calor inæqualiter, & quasi per cribrum percolatus tactui occurrat secus quàm in alijs omnibus febribus. in alijs siquidem æqualis omni ex parte diffunditur. Vbi id considerandum, vt similitudinem, & comparationem rectè percipiatis, quànuis hæc intersit differentia, quòd pituita quidem à calore putrefaciente feruescit: humores verò illi, vel liquores lenti ab igne coquente, vel assante ebulliunt: nihil tamen ad rem nostram hoc refert: nam vtrunque fit vi extranei caloris. & quæ putrescunt, præsertim verò succi, dum ab extraneo calore corripiuntur, bullire statim incipiunt, quemadmodum in vinis æstate fieri solet. Eiusmodi igitur succi, vel liquores, qui præterquàm crassi sunt, lentoris quoque sunt participes, cùm feruent, multæ eorum partes à calore attenuatæ in spiritum dissoluuntur, qui præ illorum lentore ægrè admodum se ab illis explicat: immò, dum extra efferri nititur, illi resistentes sunt partes ob lentorem; ac antequam erumpere possit, quasdam veluti bullas attollit: neque id æqualiter in omnibus partibus fieri potest, propter difficultatem eiusmodi substantię; sed eas partes prius calor ipse digerit in spiritum, quæ tenuiores, & faciliores sunt; & interim alias attenuat. neque enim hi succi omnino sunt ita similares (quanuis sensu tales videantur) quin multam habeant in partibus diuersitatem. Sicut ergo in his vapor è varijs partibus, vel spiritus excitatur, qui per quasdam bullas eruptas effertur: In eundem modum in pituita, quæ lentus, & crassus humor est, cùm putrescit, contingere solet: ab eius enim putredine efluunt vapores putridi, qui quasi ex quibusdam bullis à putrefaciente calore excitatis erumpentes, expanduntur per vniuersum corpus, & tandem ad cutem delati tangentis manum inæqualiter afficiunt: perinde ac si per cribri foramina efferretur effluxus ille, in quò fundatur (vt tradit Gal.) calor febrilis. bullæ enim sunt quasi foramina cribri. In succis autem, qui tenues sunt, & citra lentorem, eiusmodi bullæ non attolluntur; sed æqualiter vndique efferuntur calidi vapores. Verùm quia de his satis dictum est; reliquum iam esse videtur, vt ad institutum nostrum redeamus, & alias quæstiones persequamur. Ita ergo subdit Gal. C

B

Quo pacto ex Fluxionibus Humorum Morbi generentur: ac de Causa Febrium, quæ per Circuitum repetunt, & Continentium. Cap. XI.

D

SED quoniam & de his, vt oportuit, disseruimus, nunc earum febrium, quę & c. In hoc capite, quod & postremum est istius secundi libri, reliquas propositas quæstiones dissoluendas aggreditur, pertinentes ad integram resolutionem eorum omnium; quę ad febres putridas, & periodicas spectant. Postquam.n. probatum, & constitutum est immò tanquàm notum acceptum, ac sensui manifestum, aliquas esse febres, quę per periodos affligunt: alias verò omnino periodis carere; vel saltem inconspicuas, & eas, quę sensus penitus lateant, vt diximus, habere. Illud modò explanandum est. Quid .s. istius diuersitatis in causa sit: Deinde verò cur, quę periodos habent, non omnes eandem periodorum formã sequantur. Nam alię statutã, & determinatam seruant seriem accessionum, aut quotidie aut alternis diebus, aut per quartas dies: alię

A verò sæpe ordinem variant. Item aliquæ cum intermissione periodos faciunt: aliæ nunquam intermittunt, nullumque tempus vacuum febre inter accessionem, & accessionem relinquunt. Præterea aliç lõgiores: aliæ breuiores habent accessiones. Horũ igitur omniũ causa inuestigãda est. Et quia longè difficilior est dissolutio earum quæstionum, quæ ad periodorum modum, & rationem pertinent; immò his disquisitis facilior erit via ad exponendam rationem earum febrium, quç expertes sunt periodorum. Ideo illas prius Galen. explanandas suscipit: Postea verò, & alias in calce istius capitis dissoluet. Sequemur autem nos eandem methodum in his explicandis difficultatibus, qua etiam ipsum Galen. secuti priores explanauimus. Nempe, vt per eam, quæ manifestò apparent in aliis externarum partium, quç sensibus expositæ sunt, affectibus, si qui sint, qui per periodos molesti sint, inuestigemus rationem periodorum in febribus. Sensus verò, & experientia nobis quotidie ostendunt, multos præterea affectus, qui in partibus sensui manifestis excitantur, per periodos homines cruciare. Vnde si diligenter animaduersum fuerit, qualia sint symptomata, quæ apparent, quando superueniunt accessiones periodorũ: forsitan nõ erit arduũ inuenire cãm, cur fiant hæ periodi. Per periodos autem sæpe inuadunt capitis dolores, & qui à Græcis cephalalgiç dicuntur, & qui hemicraniæ:
B præterea oculorum dolores, & lippitudines, quç ophtalmiç ab ijsdem appellantur: dolores quoque aurium interdum, & dentium: Sed & pedum, manuumque, qui podagrç, & chiragrç uocantur: & itẽ articulorum: Quin etiã in internorum viscerum inflammationibus, (vt in prioribus lectionibus diximus) in pleuritide scilicet peripneumonia, phrenitide, & multis alijs sçpe notantur periodi, quæ per symptomata propria se ostendunt. De exteriorum tamen partium affectibus sit sermo; vtpote qui facilius obseruari possint. Consideremus ergo, quam diuersitatem habeat particula tempore periodi, quo dolor exacerbatur; & quam etiam alijs temporibus, quibus mitescit. Et procul omni dubio inueniemus, vasa omnia, quç ad eam particulam pertinent, eo tempore pleniora fieri, ac tumidiora: interdum & rubicundiora, vel nigriora: sçpe etiam arterias magis pulsare: nonnunquam totam particulam magis intumescere, ac rubescere: deinde verò inclinante dolore, ea etiam omnia subinde paulatim delitescere. Hoc autem manifestum argumentum est, eo tempore, quo dolor excrescit, ad dolentem particulam noxios humores confluere, qui uel calefaciendo, vel refrigerando, vel implendo, & extendendo dolores concitant: vt omnis ratio concitandarum periodorum à fluxione petenda sit; quæ per eiusmodi interualla ad eam particulam fertur. Porrò autem, si & fluxionum cau-
C sas perscrutati fuerimus, & qua ratione illæ concitentur, poterimus etiam facilius percipere rationem istius motus, qui in aliquibus certum ordinem habet: in aliquibus eo caret. Accipiamus ergo hoc tanquam datum, & concessum, alibique demonstratum, quòd cùm fluxio motus sit, qui est ab vna parte in aliam, & non à principio interno mouente humores, qui fluunt: neque enim sponte humores mouentur in fluxionibus; sed ab alio impulsi, aut attracti, ut cuilibet notum esse potest: necesse est igitur, ut ab alio moueantur. Vel ergo causa istius motus est in parte, vnde fit motus; quia sanè illa impellat: vel in illa, ad quam mouentur humores; vtpote quoniam hæc attrahat: vel in vtraque quia videlicet hæc attrahat, & illa impellat. Neque tamen adhuc consistendum est; sed progrediendum vlterius, & causa est inuestiganda, cur hçc attrahat, & cur illa impellat. At verò illa impellit per suam expultricem facultatem, quæ non insurgit ad expellendum; nisi cogatur à re noxia, & molesta. molesta verò sunt naturæ, quç aut multitudine sua eius vires aggrauant: aut sua mala, & aliena qualitate molestiam illi afferunt. Vt tandem prima, & prçcipua causa fluxionis ex parte illius particulæ, vnde fit motus, sint excrementitiæ materiç in ea collectç, quas natura amplius ferre nequit, & cogitur à se expellere. Expellit autem ad alias partes, si eas inuenerit ad suscipiendum aptas:
D Aptitudo verò hçc recipiendi ab imbecillitate ortum habet. Neque enim vlla pars noxiam, & alienam à sua natura materiam recipit, nisi coacta; quia nequit ipsam à se repellere. Et si recipit ob id; quoniam illa, quç impellit fortior sit: ipsa quoque à se ad aliam mittitur impellere, quæ sit ipsa imbecillior; atque ita subinde fit donec deuentum sit ad vnam, quæ ita imbecillis sit, vel sua natura, vel aliqua alia occasione, vt à se ad aliam nequeat propulsare. & tunc ibi consistit fluxio. Quamuis ergo fluxionis causa secundum hanc rationem duplex sit: prior tamen, & quæ est tanquam initium motus, est in impellente: in recipiente verò est quædam aptitudo ad recipiendum. Aliquando tamen prima origo, & occasio fluxionis non est in parte, vnde incipit motus; sed in ea, ad quam mouetur materia fluens. Nam vt docent philosophi, præsertim verò Aristote. in physicis auscultationibus, motus omnis, qui non est ab intrinseco principio rei motæ, àut per impulsum sit, aut per tractum. Et sicut prior fluxio, cuius occasio erat in re, vnde incipit motus, fit per impulsum: ita hæc, cuius occasio est in re, ad quam fit motus, fit per attractionem. ea enim est, quç excrementa ad se attrahit. Et quẽadmodũ etiam illa cogebatur à causa extranea, & aliena à sua natura expellere: sic hæc à

causa extranea, & morbosa cogitur attrahere. Duplex siquidem causa est, qua particula aliqua noxiam attrahit materiam: calor extraneus, & intemperatus, quo affecta est ea particula: & dolor, qui vim habet perinde attrahendi, vt cucurbitula. Ac sicut prioris fluxionis; quamuis initium esset in impellente particula: necessaria tamen erat, & aptitudo recipientis: ita et hic, & si prima origo motus sit ab attrahente: attamen necesse est, vt sit aptitudo in ea, a qua fit attractio. Ea verò aptitudo est, vt in ea sit materia attrahenda, hoc est superuacanea. Nam particulæ ægrè admodum permittunt attrahi a se id, quod illis aut necessarium, aut utile est: facile autem, & nullo negotio id, quod superuacaneum, & inutile in illis est. Vnde quàdo vniuersum corpus mundum fuerit, & vitiosa, superfluaq; materia vacuum, fluxiones, aut nunq̃, aut ægre admodum excitantur: sin autem vel multa, vel praua materia sit refertum facillimè concitantur. Quod si res hæc A

Lect. XLVI. ita se habet, vt periodorum ratio à fluxione pendeat. Fluxionum verò proxima ferè causa sint excrementa, vel in toto congesta, vel in aliquibus particulis, quæ accessionis tempore in periodicis affectionibus, aut attrahuntur ab affecto loco: aut ad illum impelluntur: necesse est, vt fateamur, q̃ ordo, qui in periodis, vel in earum accessionibus seruatur, ordinem consequatur, & rationem, qua talia, & tanta, vel in toto, vel in aliquibus particulis generentur excrementa, vt ex eis attractis, vel impulsis possit accessio excitari. Generatio verò horum excrementorum, oportet, vt duplicem habeat causam: efficientem, & est temperamentum, vel calor naturalis, concoctionem alimenti moliens: & materiã, ex qua illa generantur. Vnde interdum ex intemperie, aut totius, aut aliquarum partium gignuntur excrementa, quæ mox in causa sunt eo, quem diximus, modo fluxionem concitandi: Interdum verò errores in ratione victus commissi: Interdum vtrunque. Nam si vis concoctrix suo fungatur officio in conficiendo nutrimento, & ea offeratur materia coquenda, quę illi sit accõmodata, probè conficit, neque excrementa generantur plura, q̃ corporis sani status requirat. & cùm nihil obstat, quominus illa excrementa, quæ omnino generari, vel etiã in sanis quotidie necesse est per vias huic offitio à natura destinatas opera facultatis expultricis expellantur, sanitate integra homo, uel animalia cętera fruuntur. Sed cùm aut ex aliqua intemperatura, vel naturali, vel ex aliquo incommodo, vel errore contracta, per quam læsa est concotrix facultas: aut ex aliquo errore, vel in qualitate, vel in quantitate alimenti, vel in ordine commisso: plus excrementi sit genitum, quàm possint satis esse viæ consuetæ, & naturales, per quas solita est facultas expulsoria id genus excrementa excernere: aut si viæ fuerint obstructę; ita vt liber, & expeditus transitus non pateat: aut eadem vis expultrix ex aliqua intemperie sit facta imbecillior, quam vt possit tantam excrementorum copiam excernere: ea retenta fluxiones modo nuper exposito concitant. Et quia non momento, sed certo quodam tempore opus est ad hoc, vt tanta excrementorũ copia congeratur, vt possit concitare expulso iam facultatem ad impellendum: aut vt attracta accessionem accendere possit. Ideò necessaria est tanta temporis intercapedo, vt tanta colligi possint excrementa, quæ fluxionem sint apta concitare. Et postquàm in affectum locum fuit, aut impulsa, aut attracta ea copia, quę accessionem dolorosam, aut febrilem potest efficere, affligit, quò ad vsque ea materia fuerit, vel digesta per eam vacuationem, quæ sensum latet, vel per conspicuam, vel quouis modo consumpta: deinde quiescit particula, donec iterum ex eisdem causis tantundem similis materiæ, eodem temporis spatio generetur, & colligatur; atque ita mox altera succedit accessio. Et hac ratione per certos periodorum ordines concitantur eiusmodi periodici morbi. Apertissimo verò exemplo hoc exponit Gal. qui semper oculos habuit ad ea, quæ euidenter apparent, ex excretione communium tam primæ, quàm secundæ concoctionis excrementorum. Videmus enim quosdam, qui quotidie eadem hora ad aluum deijciendam surgunt: immò aliqui etiam certis horis semper mingunt: alijs autem nunquàm ferè; sed & ne possunt quidem etiam si velint. id vero est, dum eadem victus ratione vtuntur; quia tantundem ex cibo, & potu assumpto, semper excrementi in eodem temporis curriculo congerunt: qui tamen si victus rationem mutauerint; ille etiam ordo mutabitur. Sicuti multos vidimus, qui cùm ieiunant, aut parcius comedunt, vel bibunt, rarius etiam deiiciunt. contra verò si plus cibi ingerant, uel illius magis excrementosi, vel magis humidi, citius, & frequentius deiiciunt. Vnde qui seruant quadragesimam plura, & frequentius excernunt. Ita quo tempore autumnalibus fructibus vescimur, magis, & citius fluentem aluum habemus. Est tamen animaduertendum quòd interdum fiunt periodi; non tantum, quia affecta particula accipiat aliquid, quod vel in illam impellatur: vel ipsa attrahat: sed potius ipsa sibi est vniuersa causa; quoniam vel ex aliqua propria intemperie: vel ex vitioso alimento illi amãdato generat maiorem copiam excrementorum, quàm eius facultas possit rectè administrare, & excernere, vel expellere. Vnde illa retẽta efficiunt accessionem morbosam, vt superius exposuimus, quæ eodem etiam modo finitur. Postea verò dum manent eædem causæ, iterũ similia congeruntur excrementa; quæ subinde alias generant accessiones. Quòd si hæc sunt febribus magis particulatim aptanda, aduertendũ est, quòd locus, in quo potest putrescens humor febrem accendere, est triplex:

(de ijs

A (de ijs autem febribus in præsentia loquimur, quę à priscis medicis febres per se dicebantur; non de illis, quę inflammationes sequuntur) Primò sunt membra illa, quæ habitum corporis constituunt, vt sunt musculi, & reliqua, de quibus, dum de interpolatis febribus sermo haberetur, abunde locuti sumus. Deinde verò sunt vasa, seu venæ ipsę: quę quoniam duplicis generis sunt: sunt enim maiores, qualis est uena magna, quæ & caua dicitur, & quæ proximè ab illa oriuntur; item & venę pulmonum, & uentriculi, & istiusmodi alię: sunt & venę minores: ideò duplicem accensioni febrium locum pręstant. Cùm ergo in omnibus venis accenditur febris, siue illa sit putrida, siue etiam ephemera; neque sit aliqua definita particula, aut etiam aliquę particulæ, quæ vel attrahendo, vel impellēdo occasionem, & fomentum febri præstent; febris ipsa periodis omnino caret atque vniuersa à principio vsque ad finem vna est accessio, quę eatenus durat, quatenus vniuersus is humor, qui putrescens possit souere febrem, digestus absumatur: aut omnino sit concoctus, & ad integritatem restitutus: aut partim concoctus, partim verò digestus. At si uitiosum humorem, qui aptus ad putredinem est, natura ipsa, quę quantum potest, procurat, vt sanguinem à vitiosis humoribus, expiet præsertim verò in venis maioribus, & cordi proximis, procul expellat: si quidem extra uenas propellere pōssit; fiunt intermittentes febres, ut superius iu primis ferè lectionibus ex
B positum fuit. expelluntur autem huiusmodi humores per periodos, sicut per interualla congeruntur, ut sępius iam dictū est. si verò natura nequeat omnino expellere; quia, aut ipsa imbecillior sit, quàm vt id agere possit: aut crassior sit materia, & magis lenta, quàm vt per angustos venarum meatus possit impelli: aut quia meatus obstructi, vel cōstipati sint; saltem ad remotiores venas impellit, & procul à nobilioribus particulis; atque ita putrescente ibi materia, continentes quidem, vt fuit expositum, febres excitantur; sed quę, vt per periodos fit horum humorum collectio, & expulsio: ita etiam per periodos habent accessiones. Et quia duplicem superius periodorum causam attulimus: alteram, quæ referebatur primū in expultricem facultatem particularū: alterā verò, quę in attractionem particulę, in qua putrescit materia ob eius caliditatem, aut dolorem: Gal. uō modò priorem, & cum eo etiam Hip. 4. de rat. vit. in ac. mor. verùm & alteram nouere, & docuere, vbi ardentem febrē fieri æstate aiunt, cùm venulę ex ęstiuo calore exiccatę, & calefactę tenues, & acres humores à carnibus attrahunt, qui putrescentes causum accendunt. siquidē in omnes venas, præsertim verò maiores perueniant: at si solùm ad minores, erunt febres continuę, & nihilo secius carnibus à venis bilem, aut alios humores attrahentibus ob aliquam intemperiem, aut ob lassitudinē dolorosam post labores contractam potest accendi febris. quod in fine illius commentationis Cō. 2.
C insinuauit Galen. Et hæc quidem est in vniuersum causa periodorum, tàm in febribus, quàm in alijs morbis. Cur autem quandoque longiores, quandoque breuiores fiant accessiones; pendet ab humoris qualitate, & quantitate. Quia cùm copiosior est, longius protrahitur accessio: longiori enim tempore eget, vt discutiatur, & absumatur. Item si crassior, & magis lentus: Prætetea vero ex qualitate, affectione, & natura corporis laborantis: Si enim densum, tardius: si rarum citius: si iuuenile, citius: si senile, tardius: si fortiua, citius: si debilius, tardius: Similiter, & ex recta victus ratione, vel ex erroribus. Plurimum etiam tempus facit: hiems nanque, & autumnus omnia prorogant: sicut exaduerso ver, & æstas abbreuiant. Et hinc etiam fit, quòd quędam accessiones adeò longæ sunt, vt interuallum nullum integrum relinquant intermedium: alię verò relinquant: & aliquæ maius, aliæ minus. Cur autem fiant interdum inęquales, & inordinatę periodi, per quas ordo interrumpitur, causam refert Galen. quę tamen multiplex est. Quia hoc interdum ex erroribus in victu contingit; sicuti quando aut ęgrotus sui voti est, & intemperans: aut assistentes delinquunt. promiscuus enim, & inęqualis victus, cùm occasioni esse soleat, cur multiplicia, & varia generentur excrementa, tùm quantitate, tùm qualitate; in causa itidem esse potest uariandi rationem, & ordinem fluxionum, & subinde periodorum, & accessionum. Sed
D & transmutatio humorum, quę fit in febribus, atque adeò etiam in alijs morbis, potest periodorū ordinem uariare. Quę quidem & ipsa multiplex esse potest. Aliquando enim mutatur natura humoris, sicut sanguis per exustionem uehementem, (vt paulò superius dictum est) vel per putredinem, partim in flauam, partim in atram bilem vertitur. Et vt natura humoris transmutatur: ita & ratio periodorum variatur. Item, & bilis flaua assata, vt in ardentibus febribus, & in phrenitide, solet interdum (vt Gal. docuit 2. libr. Com. in primum Epid.) ad atrę bilis naturam verti. c. 75
Quandoq; verò nō quidem primus humor naturam suam mutat; sed alius est, qui aliunde, nimirum ab aliqua alia particula alterius naturę defluit ad locum putredinis, vel alioquin ad locum malè affectum. Ac sicuti mutata est ratio, & occasio fluxionis: sic & ordo, modusque periodorum mutatur. Cùm enim imbecillior factus est aliquis locus, potest à quacunque parte, quantū in ipso est, excrementa suscipere: Item etiam cùm dolens est, aut insigniter calēs, potest vndecunq;, & quęcunq; excremēta ad se attrahere. Iā verò vniuersa hęc cōtēplatio à Gal. hoc loco ꝓposita (ni fallor) explanata est. Quòd si forsitan vobis q̄dā exēpla ꝑtermissa, videātur, q̄ plura ipse à capite, & eius partib. à iecinore, alijsq; particulis, tū internis, tū externis ad maiorē istius rei demōstrationē exponit

e[a] quidem nos breuitati studentes, consultò prætergressi sumus; quia adeò apertè sunt ab ipso A
Lect. descripta, vt alio ferè non egeant explanatore. Vnum autem aperiamus, quod ab ipso Galen.
XLVII licet in vniuersum fuerit propositum: non fuit tamen particulatim discussum, quamuis haud
minorem ambiguitatem, & dubitationem habeat, quàm quæ hactenus fuere tractata. Id verò
est, vt inuestigemus, si possumus, causam, cur tanta pituitæ copia tam breui tempore congera-
tur, vt quotidie accessionem excitet: bilis autem, quæ alioquin acrior, & ea ratione apta citius ir-
ritare expultricem facultatem, mobilior etiam, & quę facilius accenditur: attamen alternis die-
bus accessiones ciet: bilis verò atra quaternis diebus. Hæc dubitatio adeò vexauit tùm iuniores no
stros, tùm etiam arabes, vt adhuc, quantum ad eos pertinet, res sit sub iudice. Auer. n. quarto li-
Cap. 4 bro suarum collectionum in primis Gal. sententiam damnat; vtpote quæ illi videatur aduersari i-
nitijs philosophiæ naturalis, & metaphisicæ quamuis nullis rationibus id ostendat; sed tantum ver
setur circa expositionem illius sententiæ, quam veriorem esse putat, & quam ait in commentarijs
quæ in lib. de differ. feb. edidit, latius explanauisse. In hoc aũt cõsistit tota eius opinionis vis, quod
vniuersa periodorum ratio referenda sit in naturam innati caloris ipsius animalis, qui materiam
quæ à bonorum humorum ratione omnino aliena est, afficit, & præparat, vt ea expellatur, & ex- B
pulsa putrescat. non potest autem eam vniuersam, si multa sit, simul afficere, & parare, sed per par
tes. prius enim tantam illius partem parat, quanta possit ad accessionem vnam accendendam satis
esse; quam paratam natura expellit: postea verò tantisper moratur; donec tantundem præparet. Et
hoc modo fiunt certæ periodi, & in tempore ordinato, & definito. Nam quæ naturalia sunt, sem
per ordinata sunt, & quantum ad ipsa pertinet, eundem seruant ordinem. At causę, quæ præter,
vel contra naturam sunt, inordinatæ sunt. Ac proinde cùm Gal. in causam contra naturam ratio-
nem periodorum referat, hoc est in affectum aliquem illius præter naturam excitatum, vel in vnã
vel in pluribus particulis; ab hac causa à natura aliena petit rationem ordinis in periodis febriũ.
Et huic fortasse fundamento innixus Auer. pronuntiauit Galeni opinionem aduersari naturali
bus, & metaphysisicis prinicpijs. At hæc ipsius Auer. prolata sententia, non modò philosophiæ
aduersatur apertissimè, sed & medicinę, & tandem ipsi experientiæ. Quòd enim à calore naturali
agente, & afficiente, paranteque materiam vitiosam ad expulsionem, & putredinem id fiat, om-
nino à naturali philosophia alienum est, præsertim verò peripatetica. Quia si hæc per se agit calor
natiuus, vel tantum ad expulsionem actione sua humorum aptum reddit, vel etiam illum ad fa-
cilem putrefactionem, vel ad vtrunque. Non possumus aliquomodo affirmare, quòd calor natiuus C
humorem putrefaciendum ad putredinem quoquomodo paret per se saltem: quoniam cùm hæc
sit vna philosophiæ radix, (vt vtamur modo loquendi Auer.) quòd idem est agens, quod mate-
riam ad formam suscipiendam parat, & formam etiam procreat, vel, vt dici à iunioribus solet, for
mam illam inducit; ex hoc iam sequitur, ꝙ calor natiuus per se erit causa putrefactionis. quod ab
eius natura omnino abhorret. eius. n. natura penitus putrefactioni est aduersaria. Nã putredo nun-
quã fieri in aliquo mixto põt; nisi vincatur. & intereat calor natiuus, & in animante tũc putrescũt
humores, cũ à calore natiuo non probè administrantur. Præterea verò in eiusmodi apparatu putre
scendæ materiæ, vel calor natiuus vincit materiam, & externo calore superior est: vel ipse vinci-
tur: Si quidem vincit, non parat ad putredinem; sed potius concoquit. Quia concoctio nihil aliud
est, nisi victoria caloris in materia, vel in humido. concoctio verò aduersaria est putrefactioni, quę
(vt ait Gal.) facit, vt desinat putredo. Vnde sæpe febres putridę per concoctionem terminantur.
Sed si calor natiuus vincitur ab externo, (semper autem transmutatio sequitur materiã agentis for
tioris) nõ erit causa periodorũ natiuus calor, sed extraneus. Nisi quis diceret, ꝙ neuter vincit; ve-
rùm ex mutua inter duos illos calores pugna id fit. At hoc longe absurdius est. nam dum res in pu
gna est, nihil ordinatum esse potest, cũ omnia potius tumultuaria sint. & hac ratione ante iudica- D
tionem in morbis noctes turbulentę, & difficiles sunt, dum natura pugnat cum morbo, & antequã
omnino vincat. Sin autem dixerit, ꝙ calor natiuus solùm agit, vt ad expulsionem vitiosum humo
rem paret, quo expulso calor extraneus illum corripiens, in causa est, cur putrescat. Neque hoc
est rationi consonum; quia & si hoc, verum sit, ꝙ cùm fit vitiosi humoris expulsio, ea à facultate
expultrice fiat, vsa natiuo calore, tanquam instrumento: sicut & alias omnes operationes natura
per natiuum calorem molitur: attamen neque expulsio fit; nisi facultas excitetur à molestia perce-
pta ab humore noxio, qui vel multitudine grauis illi est: vel mala qualitate irritatur. Vnde quãuis
necessaria sit actio caloris natiui in expellendo: ab eo tamen non potest accipi ratio ordinatæ perio
di; quoniam necesse est, vt præcedat prius aliqua alia causa, nempe aut multitudo, aut prauitas hu
moris mouentis, & excitantis naturã & natiuũ calorẽ ad expellendũ, & erit tanquã prima, & pro
pria periodorũ cã & tãquã primũ mouens in hoc motu. Immò si ad viuũ res sit resecanda, tandẽ
erit cõfugiẽdũ ad opinionẽ Gal. ꝙ prima demũ origo, atq; prima cã istius rei sit affectio aliqua præ
ter naturã, à qua talis, & tanta materia vitiosa in hoc temporis spatio generatur, vt facultatem ad
expulsionem excitet. Præterea etiam si calor natiuus is est, qui nunc facit apparatum in humore ex

A pellendo,& putrefaciendo;& ob id,quia non vniuersum simul parat;sed per partes fiunt periodi. actio autem naturalis caloris,qua ad expulsionem humorem parat,non est,nisi concoctio. Nam vt consentiunt medici omnes,concoctio excrementorum uitiosorum,quæ ad bonum, & naturalem statum reuocari amplius nequeunt, est eorum apparatus, ut facilè expelli possint, quod etiā Auer.videtur innuere.Ex hoc autem sequetur, ꝙ in principio febris putridæ, cùm materia omni no cruda est,non poterit per periodos illa accendi & semper etiam inter principia cuiuscunque febris necesse erit aliqua apparere concoctionis signa. Habet vlterius & hoc incommodum eius sententia,ꝙ eius rationem nullam reddit;quod tamen in hac re præ omnibus desiderandum est, & præ alijs obscurum.hoc verò est,cur bilis tertianarias habeat periodos:pituita quotidianas: atra bilis quartanarias.Nam cùm pituita alioquin sit humor crudior,crassior, & lētus, atque ad mo tum difficilior,quantum ad id pertinet, videretur longius tempus requirere periodorum, quàm bilis,quæ & concoquitur facilius,& mouetur etiam minori negotio,& tamen contra se res habet Quare nostri iuniores latini, vt Gentilis,Thomas,Garbensis,& alij multi,qui hos secuti sunt,in aliam viam abiere,& propriam quandam commenti sunt opinionem;& dixere,ꝙ causa periodo rum est quædam naturalis proprietas istiusmodi humoris:vt bilis,quæ suapte natura apta est, vt

B cùm ad putredinem mouenda est,alternis diebus moueatur:pituitæ verò, vt quotidie: melancho licī humoris, vt quaternis diebus. hæc vero proprietas sequitur propriam naturam , & formam istius,vel illius humoris,& talem mixtionem,qua genitus est is humor.Ratio autem,quæ hos mo uit, vt ita opinarentur,hæc præcipua videtur esse.Quia oportet, vt certus,& definitus ordo natū talis in aliqua re sequatur certam, & determinatam aliquam naturalem causam , quæ in illius rei natura consistit.Hanc autem,necessum est esse, aut illius rei formam, aut naturalem aliquam proprietatem,quæ formam illam sequitur,quæ est formæ tanquam proximum instrumentum: sicut grauitas & leuitas,per quas elemēta mouentur,aut formę,sunt aut propriæ quædam qualitates formas consequentes. Et hæc quidem est oīum ferè latinorum cōis opinio,in uniuersum tamen; quia inter eos particulatim non nihil differentiæ interest. Hi.n.quorum meminimus,credidere proprietatem hanc esse quandam humoris naturalem propensionem, qua appetit,vel proclivis est,vt per has periodos,& hunc ordinem,moueatur.Alij verò his posteriores existimarunt hanc in his esse proprietatem,non quæ inclinet humorem ad putredinem;sed potius per quam humor possit diutius resistere putrefactioni,& per longius interuallum. neque enim videtur esse rationi consonum,aliquem esse posse ex natura appetitum,& inclinationem ad putrescendum,qui for

C mam rei propriam consequatur;quin potius videtur vnicuique id inditum à natura, vt resistat , quantum potest, rebus ipsum destruentibus. Hæ sunt sententiæ horum omnium,qui à Gal. dissentiunt.Nos verò fabulas hęc omnia putamus,& quæ vt à ratione sunt omnino aliena;ita neque cū philosophiæ principijs,aut medicinæ consentiant. Nam, vt superius sepe expositum est,accessiones per periodos fiunt;ob id,quia vitiosa materia per eiusmodi periodos;aut extra venas pellitur, aut a maioribus ad minores.Vnde cùm putrescit humor in omnibus venis,aut in venis maioribus nulla apparet periodorum diuersitas; sed est tanquam vna accessio. Iam verò hoc tanquam constitutum est apud medicos omnes,expulsionem,hanc à facultate expultrice fieri, causamque, ob quam facultas mouet,& extrudit extra venas hos humores, esse molestiam, quam ex eis natura percipit.Quare manifestè apparet,ꝙ hoc non fit ob naturalem propēsionē humoris ad motū,quę formam humoris sequitur,quia motus humoris non est à principio intrinseco;ita vt humor ex se moueatur ad locum putredinis;sed mouetur ab extrinseco principio, hoc est à facultate expultrice particularum.Posteriores autem,quāuis putauerint multa absurda posse declinari, si dicant, quòd: eiusmodi propensio,vel proprietas non est ea,quæ sit ad putrefactionem ; sed ad resistendum putredini:attamen nec ipsi quidem ea proferunt,quæ aut notioni consentanea sint,aut experientiæ. Lect. xlviii

D Nam ꝙ ad locum putredinis impellatur humor,id non ex se habet; sed propterea, quia facultatē expultricem excitat ad expellendum:non quia talis est secundum suam naturam , vel aliqua proprietate naturam consequente:semper enim hoc ageret: vel etiam dum secundum naturam se haberet,& sanum esset animantis corpus: quod tamen omnino falsum est: quando quidem tunc maximè facultatem irritat,& excitat ad expulsionē,cùm suam naturalem rationem excedit, vel quantitate, vel qualitate. Quare relictis imaginarijs his opinionibus, Galenum sequamur,qui omnem periodorum rationem refert in ipsam materiam,quæ cùm eò & qualitatis malæ, & quantitatis deuenerit, vt non amplius à natura particulæ,in qua aut genita,aut collecta est,nequeat facilè ferri ; natura ad eam expellēdam insurgit: in febribus quidem à uenis ad loca extra uenas,in quibus mox à naturæ administratione omnino destituta putrescit,& accessionem accendit: aut si id non potest,saltem ad minores venas,& à maioribus,& præcipuis,quantò potest longius.& cùm plerunque eadem maneat causa, unde illa materia genita,& collecta fuit,quanuis vniuersa fuerit expulsa;ideò alia similis priori in eodem spatio temporis rursus paulatim gignitur , & colligitur; quæ vbi tanta fuerit, vt possit rursum expulsoriam facultatem concitare, iterum,ea expulsa, altera fit

accessio, atq; ita subinde fit, donec causa illa permanserit. Sed adhuc vestrû aliquis posset dicere, ge- A
neralis hæc doctrina est, & hactenus quidê rationi consonat nondum tamen omnem dubitationê
tollit. neq; .n. nobis demonstrat, cur quotidie tanta in eo colligatur, qui febrem quotidianam há
bet, vt satis sit ad accessionem conficiendam: in tertiana autem, quæ vna, & simplex sit, non quoti
die: sed sit necesse alteram diem expectare: in quartana verò res ad quartam perueniat. Gal. n. q̃uis
innuere hoc voluisse vr: confusè tñ, & nô nisi in vniuersum id declarat, ut qui dicat non esse miran
dû, si non oîs excrementosa, & vitiosa materia eadê tpis intercapedine cumuletur: qa neq; sanguis,
quo alimur, semper idem, & sibi vndequaq; similis est; neq; partiû, quæ eo aluntur, eadê semper,
& similis est affectio. & proinde aliud tempus alijs ad tantâ congerendam materiâ necessarium est,
quæ naturam stimulare possit, vt expultrix facultas concitetur ad expellendum; neque tamen par-
ticulatim rê explicat, neq; exponit, cur longius tempus ad congerendam bilem, quę ad id sit ido-
nea, necessarium sit, quam ad congregandam pituitam, & longius adhuc ad cumulandum melan-
cholicum humorem. Propterea ad officium nostrum pertinere putamus, hoc addere illis, quæ à
Gal. fuere exposita. Accipiamus ergo initium nostrum ab hoc capite, quod ita omnibus clarû est,
vt nulla egeat explanatione, quòd dum corpus integra fruitur sanitate, & particulæ omnes benè
valent, generantur humores omnes ea qualitate, & quâtitate, quæ nullam naturæ noxam, nullam B
iniuriam afferunt; sed benè, & facilè ab ea feruntur; neq; cogitur eos alioquin natura ad alias par-
ticulas impellere, neq; partes ab alijs excrementa attrahunt, nisi quæ à natura id institutum habêt:
sicuti fellea vesicula naturæ instituto, quicquid excrementitij est in bilioso humore, vel superuaca-
nei attrahit, atq; per vias huic officio à natura delegatas tandem excernit: Ita & intestina primæ
concoctionis excrementa suscipiunt, & idoneo têpore expurgant: Vesica verò serosum excremen-
tum, et reliquorû humorû ichores: Sic & lien, quicquid superuacuum est humoris melancholi-
ci attrahendo, in causa est, & ipse, cur sanguis integer, & suam seruans naturam custodiatur. Præ-
ter has autem humorû expiationes est & ea, quæ fit per angustos, & inconspicuos corporis mea-
tus, tùm per sudores: tum verò, & per vacuationem latentem sensum. Dum ergo viæ omnes aper
tæ sunt, & partes omnes suo funguntur munere, nulla potest fieri collectio excrementitiorum hu
morum, qui fomentum aut febri, aut alteri morbo pręstêt, vel alioquin fluxionem concitent, vel
impulsionem, vel attractionem, præter eas quæ naturales, & vtiles sunt Quòd si vel viæ obstruan-
tur, ita vt excrementorû expurgatio prohibeatur: vel intercipiatur: vel etiam vires facultatis ex-
pultricis ex aliqua occasione fiant imbecilliores, vt nô possint pro ratione, excrementis expurgatis,
corpus mundum seruare; paulatim aceruantur excrementa, quæ, & fluxionum, & febrium, & in- C
flammationum in causa esse possunt. Quæ omnia per certas periodos possunt exacerbari, dum ea-
dem causa permanet, ex qua fit, vt alternatis vicibus, nunc congeratur materia, nunc autem conge
sta ad alias partes compellatur. Interdum verò & alia de causa hoc ipsum fieri potest: quamuis. n.
nulla sit constipatio meatuum, nulla sit viarum obstructio, neque etiam facultates sint ita imbecil-
les, vt suo fungi officio nequeant: verumtamen tanta fit excrementorum generatio, vt viæ natura
les, & consuetę; prętetea & organa à natura ad hoc munus instituta satis esse non possint ad ea ex-
cernenda, & corpus expurgandum: Vnde fit, vt eorum tanta fiat aceruatio, vt sit necesse eadem
hæc, quæ nuper exposuimus, incommoda sequi. Generantur autem ad eò copiosa excrementa, vel
propter aliquam in toto, vel in aliquibus particulis contractam intemperiem: vel propter errorê
in victus ratione commissum. Vnde fit sæpe, vt congesta multa vitiosa materia, aliquibus de causis
iam dictis, accendatur aut febris, aut alius morbus; qui, si causæ remoueantur, vnde possit iterû
id genus materia congeri: sicuti si mutetur victus ratio: vel obstructiones tollantur: vel corrigatur
intemperatura non succedet post primam periodum altera; immò corpus in reliquum sanitate
fruetur. Nonnunq̃ verò, quamuis prior materia vacuetur, & nulla exterior causa reliqua sit, quæ
occasionem possit afferre febrem accendendi: ex præcedenti tamê accessione, vel ex prioribus diu D
retentis excrementis in particulis vitiatur, & transmutatur naturalis earum particularum tempe
ratura: ex quo deinde fit, vt ex earum alimento ob intemperiem particularum malè confecto, ite
rum alia prioribus excrementis similis coaceruetur materia, quę occasioni sit, cur aliæ accendan-
Lect. 49. tur accessiones, & periodi repetantur. Hæc erant cum Gal. prælibanda. Quòd autem longius tem-
poris interuallum sit necessarium ad periodum absoluendam, quæ ex bile, quàm quæ ex pituita:
minus verò, quàm ex humore melancholico: id ꝓuenit tùm à natura ipsius humoris: tùm à modo,
& causis, ex quo generantur hi humores. Nam (ut ab hoc capite exordiamur) quamuis vnus, &
idem calor natiuus, qui, & temperatus est, sit omnium eorum humorum opifex, qui in sano corpo
re naturaliter generâtur; omnisq; eorum diuersitas ortum potius habeat ex partium diuersitate
materiæ illius, ex qua generâtur: Attamen cùm illi naturæ rationem aut qualitate, aut quantitate
excedunt. non modò ex materię ratione id habent; verùm non minus ex efficiente causa: ex in-
temperatura. n. frigida, uel frigida & humida per cruditatem multa gignitur pituita: ex calida
verò & sicca bilis primum flaua; mox autem, si adeò excrescat, vt asset, vel urat materiam, quam
afficit

A afficit, & humor melancholicus. Hac ergo ratione excrementitij humores, & diuersæ naturæ aceruantur. Sed & ex materia; quia pituita ex frigida, & crassa materia, & aquea, quę inepta concoctioni est: bilis ex tenui, & pingui, est. n. tenuis humor suaptè natura, & quasi sanguinis spuma: ex terrestri verò, & crassa, quę quasi in cinerem transit, fit melancholicus humor. Conferamus itaque particulatim, & facilè rationem dissolutionis istius quæstionis inueniemus. Quia cùm bilis non naturalis generatur, à calidiori, & sicciori intemperie generari necesse est. eiusmodi autem intemperiei calor acris est, qui vim plurimam digerendi, discutiendique habet. materia verò, vnde gignitur pinguis est, & tenuis, & magna ex parte aerea, ac ignea, quę facilè attenuatur, & in aerem, vel in fuliginosum, fumosumque excrementum digeritur. Ideo plurimæ illius partes, præsertim verò quę tenuiores, & ad digestionem faciliores, discutiuntur. Vnde, quæ reliquę sunt, cùm multę esse nequeant, non multa ex illis potest flaua bilis generari. quoniam ille idem calor igneus terrestriores partes illius materiæ in atram conuertet. Id verò duplici argumento suadere possumus, Primùm, quia videmus eos, qui suapte natura calido, & sicco sunt temperamento, & calorem naturalem ad igneum inclinantem habent, plerunque graciles sunt, & macilenti, nec id aliam ob causam; nisi quod humores, ex quibus alendi sunt, & caro, pinguedoq; essent generan-
B dæ, magna ex parte in fuliginosos, fumososq; vapores ab acri, & igneo eorum calore discutiuntur: quare multis etiã id genus excrementis scatent hæc corpora: propterea facilius à simili calore pars apta in bilem flauam verti discutietur. Deinde etiam videmus quod in sanis corporibus longè minor copia bilis superuacuæ generatur præ pituita: quod indicat felleæ vesicæ paruitas. Sed longè etiam minus atræ bilis. Nam cùm naturalis melancholia, quæ veluti sanguinis fæx est, in iecinore generetur ex terreis illius succi partibus, qui prius in ventriculo fuit confectus, mox verò per venas attractus in iecinore, in sanguinem vertitur: multæ quidem esse illę non possunt; cùm non attrahatur, nisi pars succosa: quæ autem omnino crassior, & terrestrior est, in stercus conuersa in intestinis inferius deiicienda relinquatur: Quin & ea, quæ naturalis minimè est, quæque ex alijs humoribus per combustionem, vel per putrefactionem incineratis fit, neque ipsa potest insigni aliqua copia coaceruari, tùm eadem, quam de bile attulimus, ratione: tùm verò ea, quam Gal. refert in hoc capite. quia humores, vel succi, cùm vruntur, vel putrescunt, alij nihil, alij parum admodùm terrestris, & cineritiæ partis relinquunt. Pituita verò breui admodùm tempore plurima, non modò vitio ventriculi, verum & omnium aliarum partium generari potest. Quia humor crudus est, qui non potest, nisi à frigidiori temperatura, & calore imbecilli, atq; con-
C coctrice facultate facta languida, & inualida gigni: quæ cùm nequeat alimentum oblatum, vt in ventriculo, ita in alijs partibus superare, & conficere; quicquid inconfectum relinquitur, (relinquitur autem eius pars maior, quando facultas illa debilis ex frigidiori intemperie reddita est) totum id in pituitam vertitur. Cui & id accedit, quòd frigidior intemperies, & imbecillis calor parum potest discutere, vel digerere; sicut poterat, qui bili tàm flauæ, quàm atræ gignendę est. Quare, neque deinde mirum est, si citò ea pituitæ copia congeritur, quæ possit accendere accessionem febrilem, excitata prius expultrice facultate. Et quanuis ea non sit acrimonia, quæ est in bile vtraque: attamen grauis humor est, & vires membrorum aggrauans concitare ad expulsionem potest. Hoc pacto huic quæstioni respondere. Nisi forsitan & illud præterea dissoluendum sit: nempe quòd ratio hæc, quam nos Gal. & ipsam rei naturam sequentes attulimus, non videtur, nisi aliqua tantum ex parte, non autem ex toto dubitationem soluere. Quandoquidem illa fortasse locum habere potest in illis, in quibus humor aptus ad putredinem in dies, aut ex aliqua intemperie in quadam particula, aut ex praua victus ratione congeritur, & mox congestus ad locum, in quo postea putrescat, expellitur. Sed in ijs, in quibus multa, aut plethora, aut cacochymia contracta est, antequam cœperint febricitare, & à periodicis fe-
D bribus capiantur, nullam vim videtur habere: quoniam ibi iam multa est materia, & quæ possit satis esse ad plures accendendas accessiones: nec est opus tantisper morari, donec noua congeratur materia, ex qua possit febrilis concitari accessio: quia illa semper in his præsto est. Huic etiam dubitationi respondere nitemur. Dicimus ergo, quòd (vt à Gal. superius docti sumus) corpus, quod multam copiam humorum coaceruauit: siue illi alioquin nullum aliud incommodum præter nimiam copiam habeant: siue præter id sint etiam vitiosi: non statim ea de causa febricitat, febre præsertim putrida. Quia nisi ex aliquo præterea errore in victus ratione commisso illi in habitum corporis digesti, aut in vijs, per quas solent corpora purgari, & viscera dilatari, infarti, excitatis obstructionibus, aliquod putrescendi initium contrahant; neque ad locum aliquem, in quo putrescere possint, expelluntur, neq; in illis, in quibus continentur, putrescunt. Quanuis enim vitiosi fuerint, & ad putredinem faciles: dum tamen probè, & pro ratione difflantur, & transpiratione non interdicuntur; fieri nequit, vt putrescant; sed paulatim coquuntur, & si corrigi, ac emendari potest eorum malitia, in alimentum corporis tandem cedit: sin autem, quod malum est, paulatim à bono secernitur opera naturę, & per vias demũ Cap 3

illi com-

illi commodas excernitur. At si errores in victus ratione insignes accidant, quorum occasione fiat A
& obstructiones,& constipationes adeò, vt difflatio,& transpiratio intercipiantur, malitia eorum humorum,& copia augetur, dum fumi, ac fuligines, quę per inconspicuos corporis meatus solent excerni, supprimuntur; & hac ratione incipiunt esse graues, & molesti naturę. Vnde si illa potens sit,& vires tales habeat, vt illos posit extra venas expellere, expelluntur, & inde intermittentis febris accessio concitatur: At si id non posit, extruduntur saltem ad minores,& minus pręcipuas venas,& tunc accenditur febris, continens quidem; sed quę periodos habeat: Quòd si neque hoc natura assequi valeat, in omnibus, aut maioribus venis putrescens accenditur febris, aut synocha, aut ardens. Verùm quoniam tota illa, quæ vitiata est, quæque ad putredinem apta, statim ab eadem causa correptam putrescere necesse est; ea consumpta, nisi fomentum febris aliunde habeat: necesse etiam est, vt post primam accessionem desinat. fomentum verò habet à mala affectione relicta in venis, uel in toto corpore, partim à præcedente febre: partim à malis, & putrescentibus humoribus, quibus accedunt, & obstructiones, quæ adhuc permanent. quibus de causis ex alimento quantumlibet etiam bono in dies mala, & vitiosa materia generatur, quæ fouet periodos putridę febris. Vnde tandem res in idē B
tendit. Hæc quidem sunt, quę nobis uisa sunt posse esse satis, quantum ad huius difficilis quęstionis dissolutionem, & ad istius etiam libri explanationem pertinet. Quorum omnium si ueritatem sumus assecuti, gratię sunt illi habendę, qui illuminat omnem hominem. Sin autem secus; rogandus est, vt uero lumine suo nos illustrans ad ueritatem perducat.

A

VICTORIS TRINCAVELLII PHILOSOPHI AC MEDICI VENETI

IN PRIOREM GALENI LIBRVM DE ARTE CVRATIVA AD GLAVCONEM EXPLANATIO.

B

De communi, & propria Hominum Natura dignoscenda: ac ex quibus Medendi Methodus constituatur.

Procemium. Cap. I.

C QVOD non communem solùm omnium hominum naturam ò Glauco, sed &c. Quod vobis polliciti sumus à principio, hoc etiam in præsentia præstabimus: nempè, vt perfectam, & vndique absolutam febrium doctrinam habeatis, me explanaturũ simul & libros Galeni de Differ. Febr. & eum, quem idem Glauconi, & amico, & viro philosopho in Platonis philosophia planè erudito, de ratione curandi conscripsit; & nõ solùm vnumquemque separatim, sed & eorundem capita, quando opus esset, facilioris, ac breuioris notitiæ gratia coniunctim expositurum. Quod quidem sicut in superioribus obseruauimus: ita etiam in hoc libro facere conabimur; vt nulla in re laborem, ac diligẽtiam nostram, quoad eius fieri poterit, desideretis. Sed antequam rem ipsam aggrediamur, occurrit procemium: quod sanè, cùm plurimum succi contineat: (summatim enim, & quasi per prima capita vniuersam artem, vel methodum medicinalem complectitur) operæ pretium est prius explicare, breuiter tamen, & succintè, non, vt multi fecere, longioribus progressibus. Nam si omnia particulatim vellemus exponere, quę ipse summa sequens rerum fastigia complexus est: necessum esset recitare hic omnes omnino Gal. & Hippo. libros. Nobis verò satis erit tantum innuisse. Lect. I.

D In hoc ergo procemio hæc omnia seriatim facit. Primum propositum, vel institutum aperit, quod habuerit in hoc libro, & causam etiam reddit ipsius instituti, & modum docendi, quem in hoc eodem seruaturus est: Præterea vtilitatem, & difficultatem ipsius exponit. Ex his enim & docilitatẽ, & attentionem, & beneuolentiam sibi facilè conciliare poterat. Propositum ergo est artem, vel methodum medendi vniuersam in hoc libro describere: Vnde & habuit inscriptionem græcam θεραπευτικῶν liber, quasi dixeris, eorum, quæ ad curandi rationem pertinent, liber. Ex quo etiam innotescit, quid nam sit istius libri subiectum. est enim illud idem, quod est totius therapeutices partis medicinæ, hoc est corpus humanũ, quatenus curari à morbis põt. & hoc ad docilitatẽ facit. Causa verò istius instituti fuit Glauco, qui hunc librũ istius argumẽti sibi scribi efflagitauerat. Vt ergo amici morẽ gereret volũtati, assumpsit onus scribendi: quod non parui momenti est ad beneuolentiam comparandam. Modus autem doctrinæ, quo vsurus est, compendiarius est, quo conclusiones in alijs libris probatas, & disquisitas, in compendiumque redactas, complexus est. Sed methodum etiam exponit, cui maximè in his explanandis innititur, & est diuisio: quemadmodum etiam fecit in lib. de differ. febr. Ex his autem attenti maximè euadimus, cùm breuem futurum laborem pollicea-

polliceatur. Atque ex hoc etiam patet huiusce instituti vtilitas: methodus siquidem curãdi mor- A
bos vna ex præcipnis partibus est artis illius, quæ quasi ptinceps,& regina est aliarum omnium
artium. At verò deinde animaduertatis,ꝙ hoc præstare difficillimum est nempè rectam medendi
rationem exquisitè exponerę.quod eo argumento facilè percipere poteritis, ꝙ illi etiam medici,
qui præcellentes habiti sunt;nedum triuiales,in ijs,quę ad hanc artem pertinent,tractandis,de-
prehenduntur errare. Quòd si quispiam dicat, & in quo consistit tanta hæc istius rei difficultas?
Nam non defuere, qui etiam paucis mensibus hanc artem posse comparari autumant.Id nobis,
& prius Glauconi explicat Galen.hoc pro fundamento prius accepto, quòd vniuersa petitia, &
absolutio huius artis sita est in inueniendis congruis remedijs, & in apposito, & accommodato
eorum vsu: Ad inuentionem autem accommodatorum remediorum pertinet,vt qualitas eorũ,
& quantitas definiatur: Ad eorum autem vsum appositum pertinet modus administrandi,locus,
& tempus administrationis. Sed hic aduertendum, ꝙ in intellectu horum est quædam veluti (vt
aiunt) æquiuocatio; vt videlicet possit quantitas intelligi, vel quatenus ad pondus,& mensurã
pertinet: vel quantum ad vires,& facultates. Ac prior quidem significatio magis propria est: Al
tera verò satis etiam trita apud medicos,& alios.Semper enim magnitudinem appellant & par-
uitatem, quas iuniores intensionem.& remissionem: quatenus dicimus maiorem calorem esse in B
hoc medicamento: in illo autem maiorem vim soluendi, vel purgandi. Vt autem Galen.indica-
ret, quid per quantitatem intelligeret remediorum, dixit ꝙ magnum est scire accommodare quã-
titatem remediorum pro ratione virium, quasi velit quantitatem hic referendam ad qualitatem,
& vires, non ad qualitatem propriè. Horum verò definitiones accipiendæ sunt à rebus,quarũ
cognitio plerunque difficillima est, & quam vix rationabili coniectura assequi possumus. Nam,
vt à primo incipiamus,à qualitate nimirum remediorum, hæc à natura,& ratione morbi peten-
da est,& ab ijs, quæ ad morbos attinent,vt sunt tempora, & istiusmodi alia.Hæc autem nõ cõmu
ui,& generali quadam ratione satis est cognouisse, vt me in initijs nostrarum lectionum declarã
tem audiuistis; sed vsque ad definitam vltimam differentiam determinare oportet: quod difficile
admodum est.Neque enim alia, quæ ad hunc finem perducere potest, quærenda est via; nisi per
partitionem, quam persequi exactè, & perfectè non est cuiusque;cùm in ea multi celebres
etiam uiri aberrauerint. Vnde Plato illum suspiciebat, tanquam virum diuinum, qui diui-
dendi rationem perfectam teneret. Quantitatis itaque remediorum rationem partim à natura la
borantis hominis, partim à morbi magnitudine depromere oportet: immò ex vtriusque collatio-
ne. Nam remedia debent viribus ex proportione morbis respondere. Vnde eam Hippo. primo C
Aph.6 Aph. pronunciauit sententiam, Extremis morbis extrema exquisitè remedia optima sunt. Ma-
gnitudo verò morbi cognoscitur ex multo recessu à naturali statu ipsius laborantis. quatenus
ergo morbus longius à natura sua hominem perduxit: eatenus maior dicitur, & maioribus eget
remedijs; modò vires ea perferre possint, quę & ipse ad naturam laborantis pertinent.Vnde idẽ
Aph.9 etiam protulit, Coniectari autem oportet,an ęger cum hoc victu sufficiat perdurare.Quare & ex-
quisitam rationem morbi,nec modò generalem, sed distinctam particulatim vsque ad vltimas dif
ferentias habere oportet eũ,qui qualitatẽ remediorum opportunam scrutari voluerit,& qui quã
titatem naturam hominis laborantis exquisitè & particulatim distinctè. Nam neque satis est in
vniuersum nouisse, quæ hominis natura: sicuti ꝙ omnium animantium temperatissimus sit; vt-
pote qui perfectissimas habeat actiones, & operationes, neque in vniuersum, quæ sit particularũ
omnium natura in humano corpore. Sed particulatim,& distinctè quæ sit vniuscuiusque, quem
curandum suscipimus, tùm totius, tum laborantium particularum natura. Quia (vt sæpius dixi-
mus) non hominem in vniuersum curamus, sed hunc,vel illum hominem, & cum volumus me
tiri, quantus sit morbus, necesse est nosse, quantum recesserit ab istius, vel illius natura. particu-
latim ergo,& distinctè ea cognoscenda. Vtrunque itaque cognitu necessarium est, & hominis, D
& huius hominis natura. Et quoniam (vt dicebamus) semper hunc indiuiduum hominem cura-
mus: Ideò maioris momenti in curando est cognitio naturæ istius hominis, quem curaturi su-
mus,& magis præcipua. Nam hominis in vniuersum cognitionem quærimus,vt faciliorem nobis
viam reddat ad cognoscendam istius hominis naturam. Vtraque autem res satis difficilis est, &
multarum rerum cognitionem requirit,exquisitam videlicet perscrutationem rerum earum, quę
naturales à medicis sunt appellatę. sicuti temperaturarum omnium,& earum etiam rerum, quæ
eas immutare,& variare possunt, vt ætates regiones, anni tempora,& constitutiones, vitæ insti-
tuta, consuetudines, animi mores, & id genus reliqua.Hæc autem, & si omnino & tempus,& di
ligens studium postulent: attamen ad disciplinam reduci possunt, ac in methodum dirigi; atque
ea ratione potest & breuius tempus adiscendi effici, & non parum difficultatis detrahi, librisque
etiam describi, in quibus describendis insudarunt omnes medicinę auctores: Princeps autẽ om-
nium Hippo. Propria autem,& priuata omnium curandorum corporum natura, neque in artẽ,
vel methodum referri potest: neque voce doceri. Vnde opposito modo se habet medicus in do-
cendo,

A cendo,& scribendo,q̃ in operando,& curando. Nec modò id medicis solùm euenit, sed illis omnibus artibus,& professionibus,quæ in actione versantur. Quę.n.in arte, ac disciplina præcipuũ, & primum locum habent, ea postremò in actione conquiruntur. Quæ autem in actione postremum locum habent,ea in arte tradendæ principia, & fundamenta sunt omnium. In artibus siquidem,& scientijs tradendis omnia ui timur resoluere ad prima,& generalia principia: In operatione autem omnia conamur particulatim indiuiduis accõmodare:quod difficillimum est; quoniam priuata cuiusque natura experientia potius, vsuque, & consuetudine, seu conuersatione cũ eo,cuius est natura,cognoscenda est. Sæpissimè autem cogimur eos visere,& curare,quorum nullam habuimus neque familiaritatem,neque notitiam, vt potuerimus ea signa obseruare,quæ nobis particulatim demonstrant naturam illius,quę sensibus præsertim his, tactu nempè, & visu iudicantur,vimq; maximam habent. Ea autem sunt color corporis; qui plurimum facit ad temperiem cognoscendam. naturam.n. humorum,quibus corpus abundat,ostẽdit. Sed & calor corporis tẽperaturã demonstrat,vt manifestè patet. Prætereà neq; habitũ ęgri,an gracilis, an plenioris habitus fuerit;neq; qualis fuerit eius natiuus calor, dũ bñ valeret,qđ pręcipuè ex arteriarũ pulsu cõprehẽdit,nosse facilè possumus. Cũ.n. hęc in ęgrotãtibus imutẽtur ferè oia: nemo nõ videt quot difficultates medicũ circũstẽt. Sed neq; minoris momẽti est ipsa occasio,hoc est captare tps opportunum administrandorum remediorum. Vnde & poeta dicebat. Temporibus medicina valet, data tpe prodest. Quę tñ non est & ipsa minoris difficultatis. qđ eo argumento colligas, ꝙ in ea vel pstantissimos etiam medicos falli sępe contingat. Difficultas aũt arripiendę occasionis (vt idẽ Hip. testatus est) inde exorit,ꝙ pceps est,& citò trãsit. Diligenti autẽ examinatione opus est, vt opportunitas hæc pcipiat. Oportet.n. prius cõsiderare,an ea,q̃ nobis suadent talia remedia eẽ adhibẽda, adsint,& fortè hẽant indicationẽ. Deinde verò an aliqua sint,q̃ rõnabiliter possint,phibere eorũ vsũ. Et si priora adsint,hæc aũt absint:opportunissimũ erit, neq; ptermittendum tps. Quòd si & hæc adsint,& alia ptereà,q̃ contrariam habent indicationẽ: tunc ppendendũ est,q̃ maiorẽ vim hẽant, & eorum indicationem sequemur. Sicuti si morbus ex vitiosis humoribus pendeat, qui iã cõcocti sint,& vires sint validę,& natura ipsa nihil agere videatur: iã occasio offertur vacuandi. Nã indicatio à plenitudine deprõpta viget:nihil autẽ est, ꝙ contrariã habeat. Illico ergo vacuãdũ est: vel si & natura aliquid esset molita, parcè tñ.alioqnin.n.si vacuationẽ ptermiseris,aut,humore iterũ putrescente,poterit morbus recrudescere:aut recidiua postmodũ subsequetur. Quòd si aut crudi essent humores:aut vires languidæ:aut natura videretur ipsa satisfacere;abstinẽdũ esset oino ab euacuatione:cũ hæc maiorẽ vim habeãt. Sed si esset plenitudo quidẽ insignis humorũ, qui turgerent; neq; tñ concoctio adesset.hic duæ essent indicationes,altera ab humoribus excremẽtosis,& turgentibus,qui vacuãdum esse indicarent:altera verò à cruditate nondum esse vacuandum ostẽderet ꝙ cõcocta vacuanda,nõ cruda. Attamen quia magis vrget indicatio vacuationis pp turgentẽ morbum. Iõ non obstante cruditate, non esset pręmittenda vacuatio ppimineus periculum ex pcipiti humorum motu.& ait Gal. ꝙ cognitio,ppriæ,& priuatæ naturæ eius, quẽ curamus, plurimã vim habet ad occasionẽ remediorum arripiendã,& eorum. Nã interdum erit indicatio ex morbi acutie, ex eiusdẽ vigore, exquisitę inedię aut tenuioris victus,eã tñ non poterit pferre ex indiuiduali quadã ,ppríetate;quia cùm abstinet à cibo,exoluitur. Item morbus purgationem videbitur requirere: ille propria quadam,& insita natura, nullum purgantium medicamentorum poterit perferre;atque sic de alijs. Dicet ergo Glauco. Quid ergo agendum medico mederi volenti in tot angustijs? Nitendum quippe illi est, vt per ea, quæ possunt ad disciplinam deuenire, & in artẽ redigi, pcedens, sumpto initio à generalioribus theorematibus, ea semper per particularia limitando, & distinguendo, quantum fieri poterit,ad propria,& peculiaria accedat, generalibus illis addẽs semper coniecturam rationi consonam. Et ad hoc cõsequendum summopere ,pderit methodus ex generalibus theorematibus in suum ordinem digestis coagmentata. Vnde si quis prius propriã temperiem hominis curandi scrutatus fuerit; & ea quidem,quæ didicit in libris secundum rectam methodi rationem descriptis, limitando accommodauerit, quantum id fieri poterit, huic homini: addideritque limitationes ex ętatibus, sexu, regionibus, temporibus anni, consuetudinibus, & id genus reliquis: deinde deuenerit ad ea, quæ sunt præter naturam, morbos sanè, causas, & symptomata, q̃ ex opationibus, ex excremẽtis, ex corporis qualitatibus desumũtur ex opationibus, ut pulsu:ex qualitatibus, sicut color corporis,& calor:ex excrementis, vt vrina, spuro sudore, & alijs id genus. hic inquam proximè, quantum fieri per humanam naturam poterit, ad id accedet, vt rectissimè, & citra errorem valeat hanc artem exercere. Et quamuis longè certius,& melius operaturus sit circa eum, cum quò fuerit versatus, & quem nouerit: attamen & in alijs longè propius ad scopum accedet, qui optimè artem,& methodum callueri, quàm ille, qui eius fuerit ignarus. Via verò, quam sequi oporteat, qui rectè, & ex ratione hæc omnia, quę sunt, definire voluerit, ea est, quam primus ostendit nobis Hippoc. nempè diuisio: alij verò potest ipsam excolnese, & distinxere magis. In medicina quidem inter alios Mnesitheus Atheniensis, medicus pstantissimus:

Lect. II.

B (margin letter at "cultates medicũ circũstẽt"); C (margin letter at "cuatione"); D (margin letter at "neralibus theorematibus")

In philoſophia aũt plato. Cuius diuiſionis ea vis ẽ, vt illa neglecta oẽm errãdi occaſionẽ multis pſtiterit. De rõne aũt diuidẽdi, cùm in initijs lectionũ noſtrarũ dixerimus, quãtũ huic inſtituto ſatis eſſe poterat, nõ alioqnin plura verba faciemus. De ijs verò, quæ poſſunt in methodũ referri, copioſè ſuis libris actũ eſſe ait Gal. ad quos etiã relegat diſcere volẽtes. Facturus aũt principiũ iſtius tractationis, inquit Glauconẽ putare debere, ea omnia, quæ hic tradenda ſunt, præcepta intelligẽda eſſe; hoc poſito, ꝙ nobis ſit cognita natura illius, quẽ curaturi ſumus. Nã ita facilior erit doctrina: à facilioribus. n. & notioribus eſt inchoãdũ. Si quidẽ per collationẽ horũ cũ ijs, qui nobis nõ ſunt oĩno noti, ad eorũ notitiã facilius perueniemus: Et primũ agemus de febrib. curãdis, poſtq̃ & tu earũ curãdarũ rationẽ præ alijs deſideras: & inter eas ab ephemeris, q̃ ſimpliciores alijs ſunt, exordiemur. Verũ anteq̃ ſecũdũ caput, aggrediamur explanãdũ quoddã eſt ĩ verbis Gal. quod obſcurius qdẽ vr̃, ac cognitu dignũ. Id verò eſt, quid ſignificet nomẽ naturæ cõis oĩum hominũ, quã nõ ſatis eſt medico nouiſſe, & quã quaſi ex aduerſo propriè vniuſcuiuſq; opponit. Nã in hoc iter iſtius libri expoſitores aliqua reperit̃ diuerſitas. Iuniores. n. latini nomẽ naturæ cõis ad tẽperamẽtũ referũt, vt p nãm hoĩs tẽperamẽtũ intelligamus. Refellit tñ Stephanus græcus expoſitor hãc ſentẽtiã, ea rõne; quia nõ reperitur vna oĩum hominũ cõis tẽperatura: quoniã ipſe Gal. 1. lib. de temp. declarauit, iã nouẽ eſſe tẽperaturas: quatuor ſimplices, & intẽperatas: quatuor cõpoſitas: & vnã tẽperatã, quæ optima oĩum eſt. **B** Vñ poſitis quatuor naturæ ſignificatis, acceptis ex quatuor Hip. ſententijs: qñque. n. (ãit) natura ſignificat ipſam corporis tẽperaturã: ſicuti accipiẽdũ eſt, cũ dixit Hip. Naturæ aliæ quidẽ æſtate: aliæ hieme melius, vel deterius ſe habẽt: Aliqñ corporis cõſtitutionẽ, vel cõformationẽ: ſicut, qñ ait, Aliquos nã anguſtũ pectus habere: alios crura veluti leuiora, ac ꝓ ſuperiorũ rõe, tenuiora: Interdũ verò accipitur pro facultatib. corpus animãtis adminiſtrãtibus: vt cùm dixit ipſe, Naturę ſunt morborũ medici: Nõnunq̃ ẽt ſignificat propẽſionẽ, vel inclinationem animæ, vt cùm inquit. Naturæ animaliũ indociles ſunt. His quatuor naturæ ſignificatis expoſitis, dicit ipſe, duo tm̃ media accõmodari poſſe nr̃o inſtituto, videlicet vt cõformationẽ ſignificat, & facultates nr̃i corporis rectrices. Ambo. n. hæc, & vnã cõem rõnem in oĩbus hominibus habẽt, habẽt & particulatim in vno quoq; ꝓptiã. Mihi tñ nõ oĩno probatur ſentẽtia Stephani, pręcipuè ea parte, qua aliorũ ſentẽtiã reprobat, qui per cõem nãm tẽperaturã poſſe accipi, immò illã principaliter ſignificari puto. Et ratio eſt, quia cùm de medendi methodo ſermo ſit, quæ ex indicationib. cõſtituitur, earũ rerũ maximè debuit meminiſſe, quæ in iudicãdo vim maiorẽ habent. illa. n. prę alijs maximè neceſſaria. Neq; ratio eius mihi multi vr̃ momẽti. Quia & ſi quatuor ſint ſimplices particulatim diſtinctæ tẽperaturæ, & quatuor cõpoſitæ, collatis inter ſe hominibus: Si tñ homo ad alia animantia cõferat̃, ſuã & ipſe cõem habet tẽperaturã: intra cuius terminos ea eſt intercapedo, vel (vt aiũs iuniores) latitudo **C** vt continere poſſit eas oẽs nouẽ tẽperaturas humanas; quẽmadmodũ ẽt Auic. 1. primi can. cap. de temperamẽtis expoſuit. Puto iñ, ꝙ & alia duo in nomine naturæ cõprehendantur, videlicet & corporis conſtructio, vel conformatio, & facultates ẽt corpus regentes; & tandem res omnes naturales, quæ vim habẽt indicandi in morbis. Nam omnes illæ indicationes à natura laborantis corporis accipi dicuntur. Et hanc veram eſſe, atque abſolutam Gal. ſententiam hoc in libro exiſtimo.

De Cauſis, & Signis Febrium Ephemerarum. Cap. II.

Lect. LII

INitium igitur ſumemus à febribus, qm̃ & tu earum pręcipuè curandarum methodũ &c. In præcedenti capite ea expoſuit, vnde facilè poterat & ſcopus eius in hoc libro accipi, & ratio eius, & vtilitas, & difficultas, & methodus, qua præcipuè oportet vti in ijs rebus inueniendis, quæ ſunt medico cognitu neceſſaria; atque etiã quæ **D** ſint ea. In prima autem huiuſce capitis parte, quem ordinem ſit in hoc libro ſeruaturus, oſtendit. quia primò de febribus acturus eſt: poſtea de alijs. Et reddit rationem iſtius. quoniam, cùm ob Glauconem hæc ſcribat, ab eo capite exordium ſumpſerit, quod ab ipſo deſiderabatur prius, & magis. Poſſemus etiam nos rationem afferre deductam à rei natura, quia febres morbi ſunt in temperatura, qui illis partibus primùm officiunt, primumq́ue earum actiones lędunt, quę natura priores ſunt, ſicuti ſunt primę, & ſimplices partes: alij verò aut organicis primùm, aut ſaltem illorum etiam communes morbi ſunt, vt tumores pręter naturam, abſceſſus, & id genus reliqua. Inter febres autem; quia ſimpliciores ſunt ephemerę: Ideò ab illis etiam auſpicatur. Deinde cauſas omnes recenſet, à quibus ſolent hę febres accendi. Sunt autem hę omnes, quę procatarcticę à gręcis dicuntur: moderni verò primitiuas vocant. In quibus quidem explicandis non ero longior quoniam de eis copioſè egimus in 1. libro de differ. febr. Hoc tamen pro nouitijs antequam vlterius procedam, aduertendum, ꝙ cauſarum procatarcticarum obſeruatio non propterea à medicis pręcipitur; quia illę per ſe, & propriè faciant aliquid ad curationem: vel ad indicandi

A dicandi rationem: (quod docet Gal. 4. Meth.) sed quia aliquam afferunt vtilitatem, & opem ad in- Cap. 3
ueniendam affectionem, vnde petenda est postea indicatio; (vt 2. de comp. med. sec. loc. idem con-
firmauit) & hoc paulò post ex ipsomet Gale. ostendemus. Secundò etiam ex verbis eiusdem mihi
maximè videtur considerandum, ꝙ quãtum pertinet ad curationem, febres hę simplicissimę sunt,
& curatu facillimę; ita vt, nisi erret in victus ratione ægrotans, sponte, & duce solum natura sine
alijs remedijs curentur. Non tamen propterea oportet negligentem, & stolidum esse medicum
in ipsis tractandis, immò perquàm diligentem, vt eas saltem exquisitè cognoscat, si nõ propter
ipsas, saltem propter maximos errores, & pericula, quæ ex earum ignoratione contingere
possunt. Nam cùm interdum ab his eisdem causis procatarcticis soleant, & aliæ febres, præ-
cipuè verò putridæ excitari, quæ quidem inter initia apparent mites, & faciles; id sępenumero
occasioni est, & ęgrotantibus: interdum verò, & medicis, qui primò videre à causa procatar-
ctica eas ortum habuisse: deinde ꝙ etiam leues sicut solent esse morborum initia, vt docuit Hip-
po. primo Aphor. cùm air, Circa initia, & fines omnia imbecilliora: id inquam est occasioni, vt
existimetur febris ephemera, & eam parui faciant, neque putent aliud subesse, quod possit fo
mentum præbere alicui prauo affectui. Vnde negligenter se gerentes incidunt in graues morbos.

B Quod Galen. notauit in verbis Hippocra. 3. lib. suorum comment. in primum Epid. in casu Cõ 29
cuiusdam, quem refert Hippo. & leui occasione cępisse febricitare leui quadam febre & subdit,
quòd comedit, & bibit; vnde mox recrudescens morbus adeò increuit, vt ad extremum pericu-
lum hominem perduxerit. Ibique monet Galen. ex illis verbis esse animaduertendum, quanti re
ferat esse diligentem, vt morbus statim inter initia noscatur, vt rectè deinde & eius ratione pos-
simus ęgrotantem regere, & tutò ea omnia instituere, quę sunt instituenda. Prǽterea verò, nisi
rectè tractentur ephemerę, sępe in putridas transeuntes non parum negocij facessunt. Vbi ergo
primùm accesserimus, simus quàm maximè diligentes in explorandis omnibus signis: Primùm il
lis, quę in eo morbo cognoscendo, non sumus ignari vim habere maiorem. Eiusmodi autem sunt,
quę ab vrina, & quę à pulsu petenda esse diximus, & quę maximè propria sunt appellanda, vt sen-
sit Galen. Quo in loco forsitan neque id erit ingratum intelligere, ꝙ inter Auic. & Galen. aliqua
in his signis videtur diuersitas, (nam & hęc eadem ab Auic. tractantur). Ipse enim accipit hęc duo
simul, signum videlicet ab vrina, & à pulsu, tanquam omnino propria: non ꝙ alterum tantũ pos-
sit signum proprium, & per se constituere seorsum, & separatim; sed ꝙ vtrisque simul in vnum cõ
uenientibus, signum unum verè proprium constituunt. Gale. tamen vult vtrunque seorsum, &

C separatim habere rationem signi proprijssimi. His deinde succedat consideratio modi caloris.
Et quamuis hęc tanti momenti sint: Neque tamen & alia despicienda: sicut si causa procatarctica
aliqua non antiqua, sed recens pręcesserit, & alia, quę inseparabilia quidẽ esse diximus, non tamẽ
solis his conuenientia. Sed neque etiam fore inutile putandum, si alia considerauerimus, quę cir-
ca faciem, accubitum, respirationem, & reliqua omnia, quorum cognitionem in Prognosticis tra-
didit Hippo. Nam cùm plura habebimus cum illis, quæ maiorem vim habent, consonantia, quasi
chorum quendam cantantium, maiorem certitudinem habebimus. Addit tamen, ꝙ post hęc om-
nia explorata, si certò iudicaueris esse ephemeram, & sicuti maximum est ferè omnium (vt videbi-
mus) remedium balneum, maximè priscis illis temporibus, quibus quotidie lauabantur, & decre
ueris ad balneum ipsum perducere, poteris ex eo etiam confirmare sententiam tuam. Nam si in bal
neo nullus accidat molestus horror, atque post balneum melius semper se habeat, certissimus
eris, te rectè iudicasse. Vnde poteris sine vllo timore futurę alicuius accessionis, cibum illi exhibe-
re, & vinum dummodò omnia modestè ille agat. Et hęc quidem quantum ad cognitionem ipsius
ephemerę. Sed & accedendum etiam ad exponenda ea signa, quę nobis possunt ostendere diuersos
eius modos, iuxta diuersitatem causarum, à quibus excitata est. Verùm dicet quispiam hoc super-

D uacaneum esse videtur; quia causę hę, & procatarcticę, & manifestę dicuntur, quoniam in propatu
lo sunt, & omnibus notę, quas facilè, vel sensibus possumus nostris percipere, si prǽsentes sint,
vel ex astantibus, ipsisque ęgrotis sciscitari; neque tantum laboris perdere videtur necessarium in
re adeò facili. Ad hoc respondet Gale. ꝙ & si in alio hoc non sit medico vtile; est tamen hac ra-
tione, quia nomẽ illi cõparat, fidemq; & ægrotorũ obedientiã. cũ. n. ea æger, quæ alij ignorãt, nisi ipse
aperiat, videat medicũ ferè diuinãtẽ, illũ admiratur, illi credit, illi in oibus paret, vt deinde facilius
illi curatio succedat, & honor, & lucrũ sicuti idẽ Gal. sæpissimè sibi accidisse, pfitet. Sed possumus
& his addere, ꝙ sæpe hoc accidit, vt ipsi ægrotãtes, aut nolint, aut nõ audeant cãs referre; quas tñ Lect.
nouisse opęprtiũ est quẽadmodũ & Gal. ipse, & alter, q cognouit iuuenẽ ex amore ægrotare, quẽ il Lib. ii.
le detegere nõ audebat. Sed de hoc satis. Videamus mõ, quibus argumẽtis hoc cognoscere possi-
mus. Est ergo aduertẽdũ, quòd causę, quę ægrotantes solent plerũque tegere, sunt animi affectus,
sicut ira timor, mæstitia, amor, gaudium, & id genus reliqua. Huiusmodi itaque procatarcticę
causę (vt in vniuersũ loquamur) aut manẽt adhuc, & præsentes sunt: aut iã recessere, & euanuere.
Solẽt aũt semper manere post accẽsam febrẽ stipatio cutis, obstructio bubonũ inflammationes,

cruditates. Aliæ verò causæ interdum manent, interdum abiere. Nam mæstitia, timor, vigilia, A
cogitatio, gaudium, otium, vacuatio, dolor, sitis, fames, sæpe diutius durant, ac possunt febri iam
psenti assistere. Ira aũt, q̃ breuis quidã (vt ait ille) furor est, non solet diu manere. & ẽi solis ardor.
pletũq;.n. citò possumus eũ deuitare. Sed de animi affectibus cognoscendis prius loquamur. Hi q-
dẽ, dũ psentes sunt, vel ipso ẽt ægrotante minimè detegẽte, à medico petito non ęgrè deprehendi
poterunt. Neq; in his certior via erit, q̃ sit pulsus. qui ergo pulsus peritiã pbe tenuerit, ille facilè
oẽs hos affectus, quasi diuinabit. Nã vnusquisq; animi affectus suas habet pulsus differẽtias, quas
si calluerit medicus, oĩa facillimè discernet. De his verò non est locus sermonẽ in pñtia habendi.
longior.n. is esset, q̃ nostro huic instituto possit accõmodari. Sed de illis abundè, & lucidè actum
est in lib. de differ. pulsuum & de pŕag. ex pulsu. Quòd si iã defecerint cãę, sedatis nempe animi per-
turbationibus; remaneant tamen affectiones, vel impressiones in corpore impressæ: parũ iã ex pul-
su habes, cui inniti possis in indicando; quia desinente animi motu, desinit ẽt pulsus alteratio, si
non oĩo, maxima tamen ex parte. Vnde aliunde petendæ sunt notæ. primũ quidẽ ex vrina. Nam in
his animi moribus vrinæ magis ad rufum uergunt. dum.n. sanguis ex vehementi, & concitato, in-
ordinatoq; eius motu simul cum spiritu efferuescit, (alioquin.n. febris non accenderetur) bilescit.
bilem autem significat vrina rufa. Commune tamen est hoc, & alijs causis: vt dicemus paulò post. B
Qualis autem fuerit perturbatio particulatim, aliunde est cognoscenda: nimirum à ratione calo-
ris. Quandoqnidẽ si irę, vel furori mærorem comparemus: calor, & si in ephemera oĩ mitis sit; in-
ter ephemeras tamen minus mitis est in ea, quę mętorem sequitur, q̃ in ea, quę furoris comes est.
quia męstitia corpus magis exiccat, q̃ ira: acrior autem fit calor à siccitate. Sed & minor videtur co
pia caloris in ea, q̃ in ira; qa per siccitatem consumitur materia, & fundamentum caloris, vnde &
minor tùm hac ratione potest fieri vaporatio; tùm ẽt quia in tristitia calor potius refugit ad inte-
tiora, q̃ qđ expandatur. Quare & pallent męrentes. Contra verò in ira efferuescente sanguine, &
eo elato ad extra, maior copia vaporis ex sanguine effundit ad cutim; & proinde calor copiosior,
& minus acris percipitur ex tactu. At si męrentes cum ijs conferamus, qui curis, & cogitationibus,
vel alioquin assiduo studio conficiuntur, & febricitant; corporis habitus eos facilè discernet. Nam
quantum ad hęc signa pertinet, quibus discreuimus męrorem ab ira: cũ ab eis, accenditur febris,
ea quidem męrerentibus communia sunt (vt hic notat Stephanus) cum illis, qui confecti curis, &
cogitationibus febricitant. In his siquidem emaciatur corpus, vel arescit, oculi caui fiũt, vrina ru-
fa, decolores redduntur. Vnde, vt hi mutuò discernantur, alijs egemus argumentis; immò ex eis-
dem ẽt hoc cognoscimus, non tamen in vtrisque eodem modo se habentibus. Nam licet extenua- C
tio, cauitas oculorum, & pallor sint ipsis cõmunia: maiora tamen, & magis manifesta sunt in mę-
rente, q̃ in magnis curis, & cogitationibus affecto. Præterea verò, si quis ea, quæ ad oculos perti-
nent, considerauerit, facilè eorum affectuum signa satis aperta comprehendet. Et enim in benè va
lentibus ex oculis indicamus, qui mæsti sint, qui hilares, qui cogitandi, qui irati. Immò (vt idẽ Ste-
phanus addit) physiognomici multa ex oculis circa mores, & naturales hominum affectus (vt Ari
sto. in suis physiognomicis declarat) dum sani sunt cognoscere solent: longè) autem magis hoc fa-
cile cognitu est in ægrotantibus. quia externæ causæ magis afficiunt languida corpora ægrotan-
tium, q̃ fortia benè valentium. In hoc autem differunt, (vt idem Stephanus ait) ꝙ oculi mærẽtiũ
quasi immoti manent: cogitantium autem, & varijs curis exagitatorum oculi sæpius mouentur;
quia (ait ipse) sequuntur motum factum in principio. i. motum varium spirituum in cerebro. Sed
fortasse hoc verũ, est in illis, qui varijs curis, ac cogitationibus fluctuant; verũ illos, qui vni tñ rei
sunt intenti, vidi, & corpore, & oculis persistere immotis, & quasi fixis. Cęterum vlterius videa-
mus, quomodo ab his omnibus discernendi sint, qui ex importuna, & nimia vigilia febrici-
tant. hæc enim ferè sunt, & his communia; sed tamen non sunt ita omnino paria, quin distin-
guantur; si quis diligens in obseruatione fuerit. Nam quamuis & hi decoloratam faciem ha- D
beant; ob id, quia præter id, quòd spiritus nequeant instaurari, qui ex vigilia, & actionibus ani
mantis, dum vigilat, dissoluuntur: (reficiuntur autem, & roborantur dum ad interiora, & ad suũ
initium redeunt, & alimentum, vnde fouentur,) neque etiam concoctiones probè fieri possunt.
nihil enim somno magis ad concoctionem facit. & proptereà ex sanguinis boni, & spirituum
inopia pallida efficitur facies: Est tamen subtumens: quod in alijs affectionibus non est; quia po-
tius ea depressa est, quàm tumens. Tumor verò ob multas cruditates genitas ex vigilijs fit. faci-
lè siquidem cruditates in flatum dissoluuntur, qui per corporis habitum dispersus eum tumidio-
rem reddit. Sed & vigilantibus oculi etiam quasi immoti manent. non quidem propriè oculi,
dicit Stephanus: quoniam hoc potius in mærentibus conspicitur, sed palpebræ: vix enim eas at-
tollere possunt. Vnde rectius forsitan habent exemplaria, vbi scriptum est [Greek], hoc est ligatio
manifesta pro [Greek]. In vigilia verò secus videtur, q̃ in his alijs dictis affectionibus. Nã & caui
sunt in illis oculi, & sicci sine humore: in vigilãtibus aũt, licet caui sint; humidi tñ sunt, ex excremẽ
toso humore ob cruditatem: alioquin.n. cõcaui fiunt; quia cõsumitur visurus spiritus. At furore
vel

A vel ira perciti neque oculos concauos habent, sed potius promioentes; neq; faciē pallidā, quin po tius coloratā, & calidiorem, sicut & vniuersum corpus, spiritibus nimirum simul cum sanguine efferuescentibus, & prorumpentibus ad exteriores partes ob vlciscendi desiderium: vnde, & corpus robustius eo tempore fit neque pulsus fiunt in his imbecilles; quia vires non detrahuntur, vt in alijs affectibus: immò maiores, & velociores ob auctum calorem. Sed quid dicemus de illis, qui cùm vehementer in iram excandescunt, non modò pallidi fiunt, sed etiam tremunt. Respondet Stephanus, q in his non est sola ira, at cum ea cōmixtus est timor, & præ timore pallēt, & tremūt, non præ ira. qui timor vires deijciens ad pallorem, & tremorem perducit. Si itaque his institutus erit medicus, facilè poterit hos affectus discernere. Et hæc quidem quantū ad affectus, qui ad animum pertinent, satis sunto. Agamus præterea de illis cognoscendis, qui ad corpus primum attinent: sicuti labor, & lassitudo, & cutis densitas, quæ aut ab externo frigore, aut ex vsu astringentium externus administratorum, quale est balneum aquarum aluminosarum, vel alioquin astringē tiū contingit. Quorū cognitio neque admodū difficilis est; corpus .n. vel potius cutis ex immodica, & laboriosa exercitatione siccior, q in alijs dictis iam occasionibus, euadit; quæ quidem siccitas, nisi omnino modum excesserit labor, durat vsque ad consistentiam. Nam consistente morbo, Lect. LIIII

B à calore aucto dissoluitur, digeriturq; humiditas, & per sudorem, vel vaporem excreta cutim mol liorem reddit. Sed si labor plurimum modum excesserit, prætertim verò si exercitationi accesserit à sole exustio, vel refrigeratio; tunc sudor tardius aduenit, nempe non nisi febre inclinante, & post cōsistentiam. in his enim magis humiditas consumpta, & ideò tardius, & ægrius dissoluitur in vapore, vel sudore. Nec modò hęc reperitur differentia; uerū & in pulsu. Quia si labor non plurimū sit immodicus, vires potius adauget, & pulsus reddit maiores: exercitatio. n. natiuū calorē excitat. Immodicus autē labor, spiritibus dissolutis, vires languidas efficit, & pulsus paruos. Sed cutis densatio, cū febris io causa est, facilè manu cōprehenditur ab eo, qui tactū habet exercitatū. carnes .n. vel cutis densior, & asperior, solidiorq; videtur, q fuisset antea. Docet autem Stephanus, quomodo exercere possimus tactū in his cognoscendis: si .n. aqua in qua dissolutū fuerit aliquid astringens, manū lauemus, vel si fit valdè frigida, facilè percipiemus qualis, & quæ sit ista cutis densitas. Præterea & aliud signū satis facile proponit, & est ex motu caloris; & ideò à substātia rei acceptū est, vt ab initio nostrarū lectionū docuimus. In his .n. ex densitate cutis exortis febribus, si manū præsertim pectori adhibueris, vix calor percipitur, & mitis videtur; qui tamen, dū diutius manus detinetur, increscere videtur, & fieri acrior. Vbi id animaduertēdū est, q dicitur fieri acris, qua

C tenus ephemera admittit: neq; .n. adeò acris, & mordax esse pōt, vt in alijs febriū generibus. Inter initia aūt pusillus videtur; quia nequit ob densitatē meatuū se efferre calor, & egredi: dum verò ma nus diutius immoratur, calescit locus, & ex calore fit aliquantò rarior cutis, & inde facilior calori patet exitus. aliquanto verò maior acrimonia percipitur: quoniā densata cute supprimitur euaporatio acriū, & fuliginosorū excrementorū per meatus digestorū. Præterea verò in hac febre multa desunt, quę retulimus superius adesse illis, quæ ab animi perturbationibus concitantur. Nā neque adeò rufa est vrina; quia non ita humor in hac, sicut in alijs, cōsumitur, ac per meatus digeritur; sed potius cōtinetur, & per venas, & arterias delatus tādē excernitur per lotia, quo fit, vt ex mixtione bilis multus humor non æq; possit infici. Neq; corporis moles ita cōcidit, & cōsumitur; & hoc, q nō digeritur humiditas in corpore: immò qui in sanis digeri, & excerni solebat fuliginosus vapor, detinetur ob densitudinē cutis. & proinde, neq; oculi excauātur, neq; exiccātur, sed potius humidi, & promineētes sunt. Neq; pulsus in his minores fiunt, vt in illis, qui ex mœrore, cutis, vigilijs, & labore immodico febricitant, eadē de causa. Hic tamē qdā dicit Gal. q illis obscuriora videri psēt, q non admodū versati sunt, in eius lectione: & iō anteq vlterius, pcedamur, sunt & hæc explanāda, quis non sint multi momenti. Ait .n. q hæc febris sola est passio astricta. Quod dictū est pp metho-

D dicos, qui tria morborū genera faciebant. alia nāq; (dicebant ipsi) astricta affectio est. alia fluēs, sicuti fluxus sunt. alia ex his mixta. & febriū vniuersum genus in astrictis affectionibus ponebāt. qd in lib. de sectis ab eo expositū est. Quasi ergo eos mordens ait, q pter hanc nulla febris astricta affectio posset iure appellari; quippe quæ ex astrictione, & constipatione cutis suā habeat originē. Postremò aūt loco, signa, seu symptomata assidentia febribus ephemeris ex inflāmatione in locis adenosis, quæ nostri iuniores emunctoria appellant, genitis: græci vero bubonas vocant. Vbi, vt oia intelligantur, debetis aduertere, q inflāmationes hę fiūt à pcatarctica cā: sicut ea vlcere, ppinquo, vel dolore partis vicinæ, vel labore, & incōmō partiū ppinquarū. Nā quæ spontè, & sine vlla mani festa causa oriuntur, plerūq; (vt diximus) sunt malignę, & malas febres concomitantur. Hæ ergo à manifesta causa, ex sanguine efferuescente in illis partibus fiunt; & ideò calor inde plurimus accēsus cordi cōicatur. Et quis nihil est, qd vires prius deiecerit, idcircò aucta necessitate fit pulsus maior, velocior, & frequentior. Sed & post cōsistētiā calida qdā ex pfundo humiditas emergit; calida qdē, sed mitis. refert .n. naturā humoris, vnde fuit digesta. cū .n. nullū fit in humoribus vitiū, nec vapor inde oriens vllam potest referre acrem qualitatem. in multo autē calore sanguine cum

 spiritu

ſpiritu quaſi efferueſcente, multus vapor ab eo digeſtus ſurſum ad faciem fertur; Præter id, quòd A
etiam calfactus ſanguis facilè ad ſuperiora aſcendit; niſi aliquis affectus eum intetius, & in pro-
fundum diſtrahat, vt mæſtitia, timor, & id genus alia. & ea ratione etiam tumidior fit facies. Vrinæ
autem ſubalbidæ ſunt. Cuius rei cauſa multos torſit. Mihi verò hæc verior videtur, nimirum, ꝙ
cū vrinæ ſubſtantia, quantum ad humorem, vel aquoſitatem pertinet, alba fit, & coloris ferè aquæ:
color enim pallidus, aut rufus, aut flauus (vt alias expoſuimus) illi accedit ex mixtura ichoris bi-
lioſi: ſi quando intercipitur fluxus iſtius bilioſæ partis, decoloratior remaneat vrina. Dum verò
oritur inflammatio, vna cum ſanguine confluit ea bilis portio, quę ſolet vrinam inficere, aut
omnino, aut magna ex parte. Notat hic tamen Stephanus, quòd accidit aliquando, vt in hac etiā
ephemera vrina videatur bilioſior, ſed in illis, qui calidiori, & ſicciori ſunt corporis habitu, qui-
que ſunt bilioſiores: præcipuè verò, quando ea inflammatio proximè accedit ad naturam eriſype
latis. in his enim copioſa gignitur bilis. Poſtremò autem cōmune hoc eſt omnibus ephemeris, ꝙ
pulſus æqualis eſt; neque aliqua eſt, niſi interdum ea, quę eſt in vna pulſatione, inæqualitas, & il-
la etiam admodum inconſpicua eſt; quia nulla hic cauſa incidit inæqualitatis. ephemera enim ne-
que aggrauat vires, neque diſſoluit, neque multus in ea fuliginoſus vapor excernendus eſt. Hacte B
nus ergo complexus eſt Gal. pleraque ſigna ipſarum ephemerarum. Pleraque autem dico, quoniā
aliqua de relicta ſunt; quorum tamen circa finem primi libri de differ. febr: meminit. Et ea for-
taſſe ratione hic prætermiſit: ſicuti neque horum, quæ hic recenſuit, ibi mentionem fecit. retu-
lit enim ſe ad ea, quæ erant expoſita in libro ſecundo de criſibus. Docet ergo eo poſtremo capite
primū libri de diffe. febr. diſcernere febrē ephemerā ex æſtu, vel ſolis ardore concitatam ab ea, quæ
ex frigore externo ortum habet. Primò itaque agamus de ea, quæ ex ardore ſolis accēditur: In qua
duplex eſt conſideratio. Quia vel is, qui ſub antecedenti ſole verſatus eſt, corpus habuit humori-
bus plenius: Vel illud purum eſt, & excrementis vacans. Nam ſi vacet excrementis, facilis cognitu
erit affectio; quoniam cutis, & calidior, & ſqualidior tractata percipitur, q̃ videatur requirere ca-
lor febrilis, quem præ ſe fert pulſus; quia videlicet pulſus mutatio, quæ a febre fit, non videtur, tā
ta, quantum calorem, & ariditatem oſtendit cutis. Huius verò ratio eſt. quia à ſolis ardore velu-
ti exuſta cutis eſt, & areſacta: & ideò maior in ea accenſus eſt calor, q̃ ille, qui interius in corde, p
pulſum oſtenditur. Quod & eo argumento deprehendi poteſt, ꝙ hi, quāuis ex tactu multū præ ſe
ferant calorem: minus tamen ſitiunt, quàm alij, qui tantundem caloris, dum tanguntur, viden-
tur præ ſe ferre. quod quidem ſignum eſt, eos minus in interioribus calere, q̃ cutis demonſtret. Ca C
lor præterea in his ſtatim vigens percipitur, ſecus quàm in illis, qui ex conſtipata cute febricitant:
in quibus dicebamus, ꝙ prima manus applicatione videbatur calor leuis, qui deinde increſcebat,
& acrior euadebat. Sed & veluti exuri caput videtur, his qui ex ardore ſolis laborant, & plurimū
iuuantur, ac delectātur perfuſione frigidæ aquæ, aut alterius rei. Oculi verò, & calidiores, & rubi
cundiores, cum quadam ſiccitate apparent. Sed ſi corpus excrementis redundarit; tūc caput facil-
limè repletur vi caloris attractis in ipſum humoribus. Vnde non modò facies rubicundior effici
tur; verum, & caput ſanguine plenum euadit: quò fit, vt venæ omnes tumidiores fiant, & diſten-
dantur, & in oculis, & temporibus, frōteque, atque vniuerſa facie: tùm verò & deſtillationes, cory
zæque cōcitantur. Vnde, & quædam ſigna ex ſuperioribus confunduntur. Nam neque ita arida
facies videtur: obſtat enim humor, quo caput refertum eſt. neque oculi ſicci ſunt. in deſtillationi-
bus ſiquidem oculi ſolent humiditate abundare, vt ſæpe ferè lacryment. Et tunc non ita facilis
diſcretio eſt iſtius febris ab ea, quæ ex refrigeratione euenit. Quandoquidem in hac febre neque
ſqualida adeò facies, neque oculi adeò aridi, neque rubicundus color, neque tantus in cute calor.
Plerunque autem in his accidunt deſtillationes, & coryzæ: quāuis & hoc in eis, ſicut in prioribus,
ſignum eſt, ꝙ corpus plenum ſit. Vbi enim corpus ſit plenum, & aliquod capiti incommodum ac- D
ciderit, facillimè arripiuntur hi deſtillationibus. neque hoc accipiendum tanquam ſignum diſcer
nens eos, qui ex frigore ab illis, qui ex calore febricitant. Nam deſtillationes facilè tùm ex calore,
tum ex frigore concitantur, vt ſequentia verba indicant: immò ſi nulla adſit plenitudo; præcipue
verò capitis, nulla concitatur deſtillatio. Addit autem Galen. ꝙ in ijs, qui deſtillationibus ſunt ob
noxij, ſæpe febris accenditur, quaſi ſolius capitis ſymptoma; quia ex ſolius capitis, vel exuſtione,
vel refrigeratione. plerunque tamen ſequitur totius corporis affectum, videlicet calefactionem,
vel refrigerationem. Vnde cùm affectus ex calore prodit, ſi abſit plenitudo, ab eo, qui ex frigore,
facilis eſt diſtinctio ex cutis calore, ariditateque tàm illius, quàm oculorum, At ſi adſit plenitudo,
& ſubinde deſtillatio; licet oculi non ſint aridi: arida tamē cutis, & vehementer calida. quæ non
reperiuntur in febricitantibus ex frigore. Hæc ergo ex poſtremo capite primi lib: de differ. febr.
decerpta ſunt, quæ conſecutione argumenti, quod hoc in loco tractabatur, huc inde trāſtulimus.
Vnde ob id etiam, ne ſæpius eadem repeterētur, caput illud dū eum librum interpretamur, inex
planatū reliquimus. Sed tandem breuiter harum febrium tractationem perſequamur, & ſubinde
tertij capitis explanationem.

A

De Curatione Febrium Ephemerarum. Cap. III.

CVRARE autem oportet omnes quidem balneis. At qui ex densitate cutis, aut ex bubonibus &c. Si quis voluerit febres ephemeras probè, & ex methodo curare, oportet, vt omnem curationis rationem in suas indicationes resoluat, atque earũ omnium vires perpendat, moxque eas pro earum facultatibus, & in indicando potestate in proprium ordinem digerat, & ab eis desumat scopos, quos in remediorum inuentione, & eorum vsu spectare opus est. De his ergo omnibus agẽdum est illi, qui doctus est rationem curandi febres ephemeras. Quòd si in memoriam reuocauerimus quædam capita eorum, quæ superius explanata sunt, facilis erit istorũ omniũ inuestigatio. Primùm itaque hoc ponamus, quòd cùm simplex aliquis morbus curandus est, cum quo nihil sit complicatum, vel coniunctum, quod & ipsum aliqua consideratione dignum sit; quia vel aliquod inferat periculum, vel morbum foueat, & augeat: vel aliqua de causa curationem impediat: tunc simplex, quantum ad illum spectat, curatio est, & vnica indicatio. Sed si plures sint, aut affectiones, aut alia quædam, quæ ad aliquam priuatam considerationem flectendi medicum vim habeant; tũc nõ potest amplius esse simplex, & vnica indicatio, & ratio curationis, at multiplex, quatenus multiplex est eorũm conuentus, quæ habent propriam quandam indicationem. In febribus autem ephemeris, & si multi affectus sint, qui cum ipsis coniungi possunt; sicuti sunt alia febrium genera, & aliæ morborum differentiæ: Ad nostrum, tamen institutum non pertinet quascunque, complicationes referre, quæ istis febribus solẽt euenire. Sed de illis tm̃ agere intẽdimus, quæ aut semp, aut frequentissimè cum his febribus iunguntur, & quasi ratione ipsarum febrium, quæque plerunq; faciunt aliquam in curatione varietatem. Hæ verò sunt, vnde febres excitatæ sunt. Et quia (vt diximus) febres ephemeræ causas alias non habent per se, nisi illas, quæ manifestæ sunt, & procatarcticæ dicuntur: causis autẽ materialibus, quas antecedentes vocant, omnino carent: quoniam in spiritibus tantùm esse habent: Ideò illæ solę in considerationem veniunt. Vtamur ergo (vt docuit nos Gal. statim à principio istius libri) methodo diuisiua, & dicamus, quòd cùm ab his causis post sit variari curatio, variatur autem; quia aut illæ præsentes adhuc sunt, cùm iam accensa est febris, & nobis curanda proponitur: vel absunt, & iam recessere: Sicuti verbi gratia si quis ex ira febricitet, cùm soleat esse breuis motus, sępissimè accensa febre, ira sedatur. Quæ verò ab obstructione

C vel constipatione cutis, & interdum, quę à mœrore, & à vigilia pendent, diutius etiam cum febre perseuerant. Sed si recesserit iam causa, manente febre, aut aliqua affectio relicta est apud febrem, quę sit alicuius momenti: aut nihil pręter febrem reliquum est: sicuti quando cum febre remanet affectus frigoris, vel astringentium aquarum, quibus se lauerit quispiam: vel nimię exiccationis: remanet enim cutis constipatio. post ardorem autem solis calor immodicus, & ariditas, & interdum dolor, & calor capitis. Alia verò similiter sequitur obstructio, quę non est vt in præsentia singillatim referamus, quia tametsi ad exquisitam rationem curationis cognitu necessaria sint: dum tamen signa, quibus decernerentur, exposuimus, si rectè animaduertistis, omnia fuerunt explicata. Itaque si neque causa amplius reliqua sit, neque alia affectio derelicta, pręter ipsam febrem; cùm febris hęc (vt statim ab initio superioris capitis dixit Gal.) simplicissima sit, simplicem etiam habet indicationem, quantum ad sui rationem pertinet. Cùm enim nulla ipsam antecedat repletio, à qua illa aut efficiatur, aut foueatur. Ideo per se quidem nullam vacuationis indicationem habet. Quòd si aliquando in ephemeris vacuandum, aut sanguinem mittendum Gal. consulat, vt 8. meth. id non est propter diariam ipsam febrem; sed propter aliquid aliud cum ea coniunctũ, ac propter

D putridam febrem deuitandam. Vndè cùm in sola intemperatura consistat: (ex eo enim excitata est; quia viciata est temperies innati caloris: qui cùm prius temperatus esset, in intemperiem deinceps calidam, & siccam degenerauit) & cùm omnis morbus indicet, se esse depellendum tanquã rem præter naturam: depellendum autem suo contrario: Erit ergo narius calor contrarijs illi temperamento ducendus ad pristinam temperiem, refrigerantibus videlicet, & humectantibus, tàm exterius adhibitis, quàm interius acceptis. Interius quidem cibo, & potu, qui humectent, & refrigerent. Victus enim humidus omnibus hac ratione febricitantibus congruens est, vt 1. Apho. docuit Hippo. Item & frigidus, licet non expresserit. Quia (vt in comm. docet Gal.) cùm aliquid ab Hippo. dictum est, quæcunque idem cum eo iudicium habent, ab eo dicta putanda sunt: quanuis ea silentio pręterierit. Si ergo propter id, quòd siccus sit affectus, humidum victum requirit. Ita quoniam calidus est, frigidum postulat. Exterius verò balneis, intellectis balneis; sicuti intelligere soliti sunt antiqui auctores, cùm balneas nominant absolutè, nulla addita limitatione; hoc est balneis aquæ dulcis, & qua in potu vtimur. Hę enim balneę vim habent insignem humectandi. ac refrigerandi. At verò quia varius est vsus balnei, vt hic notat Steph. sicuti tres sunt partes balnei

Lect. IV.

Aph. 16.

Est

Est enim aer balnei, qui calidior est, & in quo qui diutius manserit, sudat. Est & labrum, vel soliū A
quod aqua calida plenum erat. Est deinde, & locus vbi frigida aqua seruabatur. Hæc verò om-
nia facultates diuersas habent. Nam aer balnei vim habet digerendi maiorem, & cutim rarefacien-
di: Vnde & sudorem magis ciet. Aqua verò calida, & ipsa quidem aliquam vim habet digerendi, &
resoluendi, cutimque mollem, ac raram efficiendi, longè tamen minorem; quàm aer; sed humectā-
di longè maiorē. Frigidæ aūt aquę vsus post balneū vtilis erat ad corrigendum, si aliquis erat con-
tractus calor ex actu calidiori balneo. In simplici quidem ephemera, vbi nulla sit alterius rei com-
plicatio, vtilior est vsus aquæ calidæ; quia humectatione egemus, & refrigeratione opportuna; &
quamuis actu sit calida ea aqua; potestate tamen refrigerat. Antiqui verò postea etiā frigidiori laua
bantur, vt si calor ille actu aliquid impressisset, id detraheretur. Nulli autem ephemerę, per se
quidem, digestione opus. quòd si aliquando egeat aliqua discussione, id non est merito sui, sed me-
rito alterius alicuius affectionis cum ea coniunctæ, vt paulò post ostendemus. Post balneum verò
inungendi sunt dulci oleo, & tepido, atque moderatè fricandi. humectandi enim laxandique vim
habet, & aliquam digerendi. In his autem neque multa frictio, neque multa innnctio expediens
est; cùm neque digestione, neque multa laxitate sit eis opus. Victus autem itidem humidus (vt dixi
mus) illi instituendus est. Et quantum ad cibum pertinet, sit ille humectans, & refrigerans, facilis B
concoctionis, non excrementosus, neq; nutriens plurimū: sit tamen boni succi. Refrigerans qui-
dem & humectans, primum propter febrem. Facilis concoctionis. Nam quomodocunque sit;
omnino febrilis, & extraneus calor vim concoctricem lædit, & imbecilliorem reddit cum hoc;
quòd spiritus dissoluit: Ideò neque multum esse oportet, neque concoctu difficilem. Boni autem
succi, & non excrementosum. Ne congestis multis excrementis, & illis ab externo, & febrili calore
malè affectis, & putrescentibus, putridam febrem accendant. Et proinde olera, legumina, & quę-
cunque medicamentosam qualitatem aliquam habent, vt sunt acria, acida, austera, & eiusmodi cæ-
tera vitanda sunt, vtpote quæ exiccent omnia, & sint excrementosa. Principatum verò obtinent pri
mum ptisana hordeacea, quæ eas omnes prærogatiuas habet, quę in cibo optimo requiruntur:
quas referunt Hippo. primo de victus rat. in mor. acu. & Gal. 8. meth. vbi de harum febrium cura-
tione diffusius, & lucidius agit, nec non etiam in lib. de ptisana: quas ibi legere poteritis, ne tem-
pus conteramus in his recitandis. Post autem ptisanam secundum locum habet alica, quæ in hoc
à ptisana vincitur, quòd aliquem lentorem habet; & ideò vim etiam emplasticam, per quam mea-
tibus hærens potest eos obstruere, & esse putredinis causa. Verùm lentor ille exiguus est, qui faci-
lè etiam demi potest, vt docuit ibidem Gal. si parum aceti incoquatur. Vnde & propterea qui far C
damnant, animaduertant, quòd addito pauculo aceto, detrahitur lentor, & vis eius emplastica. Ter
tium locum tenet panis ex iure leui, aut aqua coctus. Pro ratione enim naturæ ipsius ægrotantis
hæc sunt varianda. neque enim omnibus eadem sunt in cibo grata: immò quod vni gratissimum
est, id alius adeò abhoret, vt natura ne admittere quidem illud possit. Sed si lauetur panis, præter
id, q̄ & ipse aliquem lentorem deponit, & vim etiam salis & fermenti, quæ & ipsa calefaciunt, &
siccant, & eatenus medicamentosa sunt; minus etiam nutrit. Carnes verò præcipuæ sunt, perdices,
& montanæ auiculę, quibus gallinaceæ succedunt, & phasianorum, & columborum iuuenum, si ta
men ruri, & liberè alantur: alioquin enim qui clausi domi custodiuntur, carnē habent excremento-
sam. has sequuntur hædinæ carnes. Semper tamen iuuenum animalium sunt eligendę, non nuperna
torum, neque veterum. Nam hæ concoquuntur non facilè: illæ verò non parū excrementosæ sunt.
Pisces etiam quidam vtiles sunt, vt qui saxatiles dicuntur: deinde aselli; nisi qui capti sint ad magni
fluminis hostiū, aut propè lacū. sed & soleæ, & torpedo. itēq; lupus, & mulus, & mugil ex alto ma
ri. de quibus prętereà, quæ affatim fuere exposita in lib. de alimentorum facultatibus, multa etiam
Cap.3 8. meth. verba iterum fecit Gal. Vbi est aduertēdum, q̄ cibus, qui boni sit alimenti, nec medicamē
tosę qualitatis, vim habet humectandi, & remittendi acredinem, & vehementiam caloris externi: D
sicuti contra fames, & inedia importuna corpus exiccat, & inflammat spiritus. Potus verò vini dū
modò id potens minimè sit, neque vetus, sed quod ὀλιγόφορον gręci dicunt, pauciferum nostri latini
iuniores, admitti potest. hoc enim haud calefacit, sed potius refrigerat: haud astringit, sed potius
ciet vrinam: humectat, roborat ventriculum, & spiritus instaurat. quo si careamus, aliud album,
non multum potens, & tenue, multa aqua dilutum exhibeamus. Quòd si quis interroget, quando
LVI. hi ad balneum ducendi sint, quantum in illo sit immorandum, quādo etiā cibandi sint, & quantū.
Lect. Ducendi sunt ad balneum inclinante febre. Quanto autem tempore sit in eo immorandum, exqui
sitè definire nemo queat. Nam & pro modo affectus, pro virium ratione, pro consuetudine id me-
tiri oportet. Idem, & de alimentis dicamus: cibus enim pōst balneum dandus; neque tamen pluri-
mum replendus ęgrotans: sed eatenus cibandus, quatenus putemus ab eo facilè ferri, & confici
posse, habita semper ratione ætatis, temperaturę, naturæque, temporis anni, cōsuetudinis, & viriū
laborantis. Ita ergo cùm solus adest respectus, & sola indicatio ab ipsa febre, se medicus gerat.
Quòd si adhuc causę præsentes sint: primùm quidem procurandum est, vt huiusmodi causę re-
moueantur:

A moueantur: remouentur verò & illę suo contrario. Sicuti si labor adsit, ille tollendus erit, quemadmodum docuit Hipp. in Apho. vbi ait, In omni motione corporis, cùm quis dolere cæperit, statim quiescere remedio est. Erit ergo iniūgenda quies. Si molestiæ & longę vigiliæ causæ fuerint febris, omni ingenio elaborandum, vt somnus concilietur. si tristes animum perturbationes angant occupentq́; & adhuc febrem foueant, amicis monitis, blandis, & exhilarantibus sermonibus, historijs delectantibus, lætis nuntijs, promissionibus, & omni ope serenandus animus est. Eos verò qui ex assiduo studio, & curis multis, ad febrem perducti sunt, suadere oportet, vt studium intermittant, curasque tantisper abijciant, donec conualescant. Ita si ex sole febricitent, in vmbram recedant. Si verò ex bubone, vel inflammatione sit exorta febris, oportet inflammationem curare. & quia ea inflammatio ab vlcere plerunque ortum habere solet: ideò & vlcus curandum erit. Ita si ex constipatione cutis sit orta, ea omnia, quæ vim stipandi, & densandi habent, declinanda sunt: sicut infrigidantia balnea, aut astringentia, aut quæ nimis exiccant. Si ex obstructione, ea omnia de uitanda sunt, quæ obstructionem, aut parere, aut fouere possunt. Ablatis autem causis illis, considerandum est, an ab eisdē sit aliqua relicta impresio, affectiove, & illa cum ipsa febre cōparanda, & perpendendum, an aliquam indicationem habeat à febre diuersam: an vtriusque indicatio in

B idem tendat. Et si in idem tendat, non erit curatio vllo modo diuersa ab ea, qua curandas solas febres ephemeras diximus. Sed si sit aliquid, quod diuersam habeat rationem indicationis, pro ratione roboris indicationis, ita aut aliquantò euariabit, aut omnino diuersam faciet curandi rationem ferè in omnibus; saltem donec fuerit illi indicationi plenè satisfactum Sicuti v.g. si sit, aut cutis densitas, aut bubo, aut obstructio. ecce quanta in his insurget diuersitas in administrandis remedijs. Nam, & eos, qui ex densitate cutis, vel ex bubone febricitant, si ad balneum perducas, atque in aere balnei calidiori diutius detinueris, non modò non lædes. verum q̄ maximè iuuabis. iuuabis autem, & si laueris. Sed quamuis lauatio omnibus his profit; ea tamen, si copiosior fuerit, vtilior illis erit, qui densitate, & meatuum astrictione, q̄ ijs, qui ex bubone febricitāt. Ratio verò omnium horum est; quia ex densitate cutis laborantibus suppressa est vaporum fumosorum, vel fuliginosorum excretio, & digestio, qui retenti fouent, & augent febrem. Vnde aliqua etiam vacuationis indicatio exurgit; quia plenum his excrementosis vaporibus est corpus. Euacuantur autem facillimé cutis rarefactione, & eorum vaporum digestione: quod facilè aer balnei præstabit; qui (vt diximus) cutim laxat, & vim discutiendi habet. Sed & vbi bubo est, qui inflammatio est adenosarum partium, euacuationis aliqua est indicatio. Nam ex fluxione sanguinis fiunt id genus inflammationes, neque ea fieri potest sine aliqua abundantia: unde per vacuationem sistitur.

C Quòd verò vacuent & aer, & aqua balnei, iam explanauimus. Parcius tamen isti lauandi sunt, & breuiori tempore permittendi, vt in aquis maneant; quia importuna balnea augent fluxiones: immò si multæ plenitudinis signa appareant; neque lauandi essent, tùm hi, tùm etiam illi: facilè enim materiæ multę vi balnei fusæ, & in habitum corporis deductę maiori copia, quàm digeri, & discuti à balneis possint, obstructiones excitarent; (quare & 8. meth. vbi sit magna obstructio, & insignis etiam plenitudo, non iubet Galen. lauare, nisi prius corpore vacuato, præcipuè verò secta vena) & bubonem ad immodicam magnitudinem perducerent. Alij autem febricitantes, in quibus relinquitur siccitas insignis in corpore, ita vt squalidi videantur: quales sunt, qui ex ira, aut ex mærore, vel ex vigilijs, vel ex studio assiduo, & curis, præterea ex nimio labore in febrē incidere; cùm communis horum omnium sit siccitas: conueniunt in indicatione cū febre. vnde liberalissimè, & sæpissimè, quoad tamen id commodè fieri potest, lauandi sunt, & post balneum multo oleo tepido inungendi, & diu molliter fricandi, præcipuè verò, qui ex labore, & lassitudine febricitant. ea enim lassitudo affectio quædam est similis inflammationi; & ideò eius curatio similis curationi lassitudinis illius. Vnde balneum humectat, & mollit, lenitque, ac digerit. Idem etiam præstat oleum, quod, & si adiuuet digestionem excrementorum, eorum præsertim, quæ ex colliquatis particulis congesta sunt: sua tamen emplastica substantia prohibet, quò minus copiosa fiat humorum, spirituumque digestio. Sed de his plura in libro de san. tuend. Propterea verò addit Galen. sæpius, quantum possibile est, lauandi sunt. Quia vires semper consulere, oportet. Qui enim imbecilliores & languidiores facti sunt, neque frictiones, neque balneas multas perferre possunt. Ex horum autem varia indicatione sequitur & in ratione victus diuersitas. Nam plenior victus ex bubone, & densitate, (addamus nos,) & ex obstructione febricitantibus aduersarius est; cùm (vt diximus) hi minimè esse possint sine aliqua plenitudine. Modum autem tenuitatis cibi ostendet natura laborantis corporis. Etenim qui sunt calido, & sicco insigniter corpore, hi à fame, & inedia plurimum læduntur, vt eos, si sine cibo detineas, vel etiam sanos, incidere in febres videas, nedum iam febricitantes: ita & ętas, tempus, & reliqua respicienda sunt. Alijs verò, qui iam rarefactum, & confectum corpus habent, sicuti qui ex labore ægrotant, si liberalius, & sæpius nutrias dummodò alimentum probè, & facillimè concoquant, id conferet: instauratione

Cap.4

D

ratione

ratione enim egent, & humectatione. Quin & vini exhibendi ratio ratione diuersitatis indicationum diuersa est. Illis enim qui ex labore febre correpti sunt, liberaliter dari potest; modò ipsi & cóficere, & perferre possint, id verò accipiendum erit ab eius natura, ętate, consuetudine, & id genus reliquis. Dandum etiam & ijs, qui ex vigilia in febrem inciderunt. Quia vinum modestè bibitum, conciliat somnum. At illis, qui ex densitate cutis febricitant, interdum exhibendum, interdum nó si enim plenitudo adsit, minimè exhibendum, (de insigni loquor) ne fundens materias sit in causa, cur excitentur obstructiones. Si verò corpus non sit insigniter plenum concedi tutò potest. Vinum enim præter id, quod rarefacit, roborat etiam vires, & calorem natiuum, vt facilius postea causas morbificas superet. Itidem etiam de ijs dicendum, qui refrigerati febre detinentur. Nam si vehemens fuerit refrigeratio, aut corpus sit plenum, cauendum à vino eadem, quam diximus, ratione: alioquin autem, calefacit, & rarefacit. Dandum & mœrentibus, iratis, & omnibus tandem animo perturbatis. Nisi fortasse aliquid aliud adesset, quod obstaret: sicuti si capite dolerent, & venę pulsarent. Nam vinum facilè caput petit, & alios tùm vapores, tùm humores secum rapit. Sed & irascentibus etiam dandum, postquam sedatus sit motus. nam alioqnin feruorem augeret. Porrò aduersarium est illis, quorum febris à bubone pendet; quoniam potest fluxionem irritare. Sed addamus, quod & illis est inimicum, qui destillationibus tentantur. Nullam verò mentionem hic eorum fecit Gal. qui ex ardore solis febricitant, de quibus tum 8. meth. loquitur. Verùm dum signa eorum referret, caput curationis expressit, dum dixit, quod frigidis perfusionibus delectantur, & iuuantur. Tandem verò eandem est horum curatio, quæ & eorum, qui ex ardore solis dolore capitis exercentur. De quibus copiosus sermo anno elapso habitus est 2. lib. de compos. medic. per loc. Totum autem momentum in hoc consistit, vt caput oleo rosaceo, præcipuè verò omphacino perfundatur, & eo ex alto cadente, & refrigerato ex niue, vel aqua insigniter frigida. In his autem neque vinum admodum vtile. Hæc de ephemeris febribus à Gal. summatim prolata sunt, qui transiturus ad reliquas febres, quæ referuntur ad caput de putridis, eas bifariam partitur. Alias nanque ex inflammationibus: alias ex humoribus accendi loquit. Quę quidem inflammationes sequuntur, sunt quasi earum symptomata; quę etiam plerunque non dicuntur absoluta nuncupatione febres. sed nomen ab inflammata particula habēt, vt phrenitis, pleuritis, peripneumonia, & id genus reliqua, & hę quidem curantur, curata inflammatione, de cuius curatione acturus est in secūdo libro. Sequenti autem capite sermonem instituturus est de alijs, quę ex humoribus accendūtur qui in communibus venis continentur, & quæ absoluta nuncupatione febres dicuntur.

A (beside line 1) · Cap.4 (left margin, beside "rum fecit Gal.") · B (right margin, beside "addamus") · C (right margin, after the last line)

De Febribus Putridis. Cap. IIII.

Lect. LVII

AT quæ ex humorum putredine febres accenduntur, hoc ipso nominātur febres &c. Si modum procedendi Gal. diligenter perpenderitis, videbitis, quantum ad methodum pertinet, inniti quidem diuisiuæ methodo: illa enim aptissima ad inuētionem omnium differentiarum ad vltimas vsque species rei, quę in considerationem proposita est: illis deinde inuentis, ordine compositiuo eas digerit. Semper enim à simplicioribus sumit initium, & seriatim ad eas accedit, quæ magis compositæ sunt. Vnde videtur statim à principio hanc innuisse febrium partitionem. Quòd aliæ quidem simplicissimæ sunt: Aliæ verò non æquè simplices, simplicissimas febres eas appellans, quæ quantum ad ipsam febrem pertinet, & ad suam naturam, nihil coniunctum habent, quod aliam habeat indicandi rationem, quàm eam, quæ est ab ipsa febris natura, & ratione. Nam si in ephemera aliquid sit copulatum, quod per se indicet, illud est; quia causa procatarctica, aut præsens est, aut aliqua alia affectio derelicta ab ipsa causa. Vnde neq; id in omnibus est ephemeris; sed tantùm in aliquib. Atque illud idē de hectica dicemus. propriè enim sunt simplices febres, & quatenus ad ipsas pertinet, simplicem habent curationis rationem, à natura febris acceptam. & maximè hac ratione ipsas alijs simpliciores appellauit. Nam & hac ratione putridas febres, quę sine accidentibus, vel simptomatibus sunt, simpliciores illis esse dicet, quibus symptomata assident. Simplices itaq; secundum hanc rationem in hecticas, & ephemeras erant diuidendæ: quoniam ambæ in hac ratione sunt similes. Quòd si quæras, cur post ephemeras, hoc libro de hecticis, ac earum curatione nullum sermonem habuerit, sicut in lib. meth. egit, & in lib. etiam de differ. febr. Vnde in hoc libro videtur plurimum deficere, qui vnam febris differentiam ex præcipuis, & per se prętermiserit. Ad hanc dubitationem varij uario modo respondent. Gręcus enim expositor ait, quòd cùm in gratiā Glauconis hęc scripserit, modū, & rationem, scopumque scribēdi ad animum, & desiderium eius direxit. Vnde quia Glauco requisierat, ut summatim persequeretur rationem curandorum mor-

D (right margin, beside "dicandi rationem")

A horum, qui frequenter solent in hominibus euenire. Ideo tantum de ephemeris, ac putridis tractationem instituit. reliquit autem hecticas, vt quæ rarius homines corripiat. Alij verò respondent, q hęc est ratio docendi ex methodo, vt cùm methodum generalem docuerimus, deinde per vnum aut alterum exemplum illam particulatim, exerceamus ac mox ijs, qui addiscere volunt, relinquamus; vt priora vestigia sequentes, id, quod reliquum est, absoluant. Mihi quidem non omnino satisfacit horum responsio: quando quidem sicubi aliàs methodum medendi Gal. conatus est docere; id maximè in lib. methodi therapeutices tentauit. At in illis tres has differentias, & earum etiam species diligentissimè persecutus est. Dicamus ergo & nos hac in re sententiam nostram. Quòd pro ratione diuersi scopi, & diuersorum etiam modorum, quos in scribendo eligimus: ita est diuersa ratio expositionis, & interpretationis. Qui enim per πλάτος; hoc est diffusè, & copiosè omnia persequi & quasi excurrere sibi proponunt; hi in hoc doctrinę modo omnia explicant. At verò qui breuem & compendiariam doctrinam sequuntur, sicut plerunque sequi solet Hippo. hi (vt pluribus in locis animaduertit Gal.) vno, vel altero exemplo propositis alia, quæ eandem rationem obtinent, relinquunt legentibus subintelligenda. Vnde cùm (vt diximus) compendiariam doctrinam sequatur Gal. non est deinde mirû, si expositis ephemeris hecticas prætermiserit; vt pote, quæ quátû
B ad rationem febris pertinet, nisi aliud, quod nihil ad eius rationem spectet, cum ea iunctum sit, easdem omnino indicationes habeant. Potius verò ephemeras explanandas sibi proposuit; quàm hecticas: quia (vt græcus expositor ait) illæ frequentius contingere solent. Expeditis ergo simplicioribus febribus, ad putridas transitum facit; quæ præterea, quantum ad rationem curationis spectat, magis compositę sunt: quoniam hæ ab antecedentibus causis semper pendent, quę suas habet, indicationes: cùm tàm ephemeræ, quàm hecticæ per se quidem harum causarum sint expertes Has etiam obstructiones præcedunt, quarum comes est humorum putredo. Quæ omnia priuatas suas habent indicationes. Has autem febres putridas in duas partitur differentias, quæ diuersitatem habent penes locum, in quo putrescit humor, unde febris accenditur. Quia aut humor putrescens circunscriptus in vno certo, & definito loco putrescit: vel dispersus per habitum totius corporis. Ex putrescente humore circunscripto in vno definito loco, & certa aliqua particula, accenditur febris, quæ inflammationis comes est. Nam cùm humor circumscriptus est in aliquo loco: ibi (vt etiam in præcedentibus lectionibus, vbi de febribus ephemeris, quæ ex bubone excitantur, loquebamur) infartus in- tumorem attollit eam particulam, in quam decubuit, & destitutus à difflatione, euentatioñeque putrescit. Et si locus, qui ab inflammatione correptus est, aut cordi vi-
C cinus sit, aut saltem venis, & arterijs maioribus, per quas facilè possit uapor putridus ex putrescente materia genitus ad cor deferri, ac ipsum calefacere; accenditur febris putrida, per eundem modum, per quem & alię febres putridæ, præter pestilentes. Omnium enim idem est modus: nempè quia putris vapor delatus, & receptus in corde calorem extraneum in eo excitat. Neque aliam differentiam habent; nisi q in inflammatione putrescit materia in vno tantum loco conclusa: in alijs verò febribus putridis, ea sparsa est, vel per membra totius corporis, vel in ipsis uasis. Sed tamen aduertendum, q hæc, quæ inflammationes sequitur, magnam similitudinem habet cum illis affectionibus, quæ symptomata sunt, non autem morbi. Et hoc duplici ratione. Primùm, quia de ratione symptomatum est, quod sine morbis nequeant consistere, sed morbos semper sequantur, tanquam proximam causam. Deinde q propriè non curatur, & per se; sed curatione morborum. Neque enim symptomata propriam indicationem habent. Ita, & febris hæc semper sequitur inflammationem; nec vnquam seorsum, & per se consistit. Præterea verò, & totam rationem curationis ad inflammationem dirigimus, nulla seorsum habita ferè ratione febris: deleta & enim inflãmatione, tollitur & febris. Et proinde medici antiquiores, vt distinguerent hanc febrem ab alijs putridis, eam symptoma, vel febrem accidens appellauere. Quam distinctioné Gal. in antiquos me
D dicos refert Iuniores autem in Rasin; qui tamen tanquam ab alijs inuentam refert. In libris enim de differ. morb. veterum medicorum fuisse hoc inuentum (vt dixi) recitat Galen. & ea interdum vtitur, vt 4. Apho. & 6. & 7. & eam hic innuere videtur. Auic. tamen prima quarti statim à principio horû sniam reprobat: quamuis postea dicat, q si quis ea voluerit vti; modò, quo pacto res ipsa se habeat, probè teneat: non erit error aliquis alicuius momenti; immò etiam in aliquo poterit iuuari. Vbi est considerandum, q si acriuologia vti velimus, hoc est exquisitam nominum rationem sequi, febris istius modi, vt Stephanus hic exponit, non potest inter symptomata redigi. Quod duabus rationibus probat. Primùm, quia symptoma quodlibet, aut ad actionem læsam: aut ad excrementa mutata: aut ad corporis qualitatem mutatam refertur. Hæc autem ad nullum horum pertinet. Nam si dicat aliquis, posse ad qualitatem mutatam referri; quia est calor alienus. Id quidem verum est; sed hæc qualitas, quæ proximè lædit operationes, non est symptoma, sed morbus. Hæc autem est altera ratio, quam refert Stephan. qui etiam hoc rectè notauit, quòd Galen. hoc loco accommodatissimè & proprię locutus est. neq;.u. ait ipse, hæ febres symptomata sunt inflammationũ, quoniam proprię morbi sunt, cùm operationes per se lædant. Quod manifestissimè vnusquisque

Cap. 5. cõ 66. Apho. 73. cõ 44. cõ 42.

quisq; pcipere poterit, si inflãmationes eas, q̃ cũ febre sunt, sicuti cũ febre sunt inflãmationes vi- A
scerũ, contulerit cũ ijs inflãmationibus, quę citra febrẽ in exterioribus partibus excitantur. Sed in-
quit, sicut symptomata sunt, grçce verò dixit, ὡς, hoc est veluti, vel quasi: quod significat simili-
Lect. tudinem quandam eas cum symptomatibus habere; eam videlicet, quę nuper fuit exposita. Vnde
LVIII obid, quia semper inflammationem sequuntur, & similes sunt symptomatibus. Ideò ab antiquis
medicis, pręferrim verò ab Hippoc. (vt monet Gal. tùm locis superius citatis: tùm & tertio Com.
in primum Epid. & repetit hoc in loco) neq; febris nomine cõprehenduntur; immò nec vno pro
prio nomine appellãtur, sed diuersis, prout diuersas sequuntur inflãmationes, quales sunt phreni
tis, pleuritis, peripneumonia, & earũ curatio ex curatione harum inflammationum pendet, quę no-
men à malè affecta particula consecutę sunt. Reliquę verò febres, quę inflammationes minimè se-
quuntur, proprio nomine febris appellantur. Vnde cùm febriũ mentionẽ factã ab antiquis inueni
mus; eæ intelligẽdę, quę nõ pendent ab inflãmatione. Atque ita intelligẽdus est hic locus Gal. Et de
his curationis rõnem instituturus est ĩ hoc primo lib. De illis aũt q̃ ab inflãmationib. accẽdũtur actu-
rus in secũdo, vbi & de inflãmationib. aget. Hæ verò & ipsę sunt ĩ plures differẽtias diuidẽdę. Nã & ĩ
acutas, & diuturnas, vna est partitio. Altera in continentes, & intermittẽtes. Tertia verò in febres cũ
symptomatibus, & eas, quæ citra symptomata hominẽ detinent. Neq; hæ diuisiones sunt ita sicco B
(vt aiunt) pede pertranseundæ: immò in eis explanandis aliquantisper immorandum, ne obscu-
ritatem aliquam audientibus relinquamus. Quatenus autem ad primam pertinet, hæc, vt exquisite
percipiatur, consideranda sunt. Nimirum q̃ acuti appellatio multiplex est, & (vt logici dicere so-
lent) in ea latet homonymia, vel æquiuocatio. Secundum enim eius communem rationem vide-
Cap. I tur respicere motum ipsius morbi; (quemadmodum I. de differ. febr. ex sententia Hippo. I. libr.
cõ. 29. comm. in 6. Epid. dixit Galen.) vt acutus morbus, vel febris dicatur, quæ velociter mouetur,
vel transit: sicuti etiam occasionem acutam, vel præcipitem esse dixit Hippo. in primo Apho.
Motus autem velocitas (vt item I. de differ. febr. diximus) aliquando accipitur à ratione impres-
sionis, quam facit febris in manum tangentis corpus febricitans; quia vel statim mordax, & acris
percipitur: vel tardius, & postquam diu detenta fuerit manus applicita ægrotanti, & ita exposuit
Gal. nomen acuti, cùm explanaret febrium partitionem ab Hippo. ibi traditam: ut, cùm exponere-
mus primum illius libri caput, retulimus. Aliquando uerò acutum morbum dicimus, non hac ra-
tione, sed respicientes ad tempora febris, vt illa citius, vel tardius transeunt. Morbi enim qui pro-
perant, & velociter accedunt ad vigorem, vel consistentiam, acuti vocantur. Qui verò tardè secun
dum hunc modum mouentur, & non nisi longo tempore, hi diuturni, & longi nominantur. Et si- C
cut in primo de differ. febr. primo modo vsus fuit Galen. Hippo. secutus nuncupatione acuti: ita
hic, secundo vtitur, vt patet; quia illi opponit diuturnum: Vt acutum morbum intelligamus eum,
qui breui tempore hominem detinet: diuturnum, qui longo. Verùm nec hoc prætereundem est,
cap. vl. quod à Gal. docemur tertio de diebus decretorijs, quòd is modus accipiendi acutam, vel diutur-
nam febrem, est communis, & non exquisitus, sed pingui quadam minerua acceptus. Nam si veli-
mus exquisitè loqui, & diligenter distinguere per proprias appellationes rerum naturam, non om
nis morbus breuis, item acutus est; neque propriè acuto opponitur longus, vel diuturnus mor-
cõ. 19. bus. Quandoquidem propriè morbus acutus, vt idem Galen. secundo Aphor. testatur, est qui
vt breuis, ita etiam magnus est, & non sine discrimine. Etenim multi morbi breues sunt, neque
tamen acutos quispiam, ne vulgaris quidem, appellauerit: sicut exquisita tertiana, ephemera, & id
genus reliqua. Acutos enim morbos (vt ex sententia Hippo. eodem tertio de diebus decretorijs
ait Gal.) saltem sequitur febris continens. Vnde aliud est dicere morbum breuem, vel modici tem
poris; & longum vel diuturnum. hæc enim mutuò sunt opposita. & aliud morbum acutum, & non
acutum. Nam id, quod propriè acuto opponitur, proprio nomine caret. Quia tamen aliquando
hæc, immò sæpius confunduntur: omnis siquidem morbus acutus velociter mouetur, & diutur- D
nus esse nequit, sed semper modici temporis est: quamuis aliqui sint breues, qui non sint acuti;
& omnis morbus, qui tardi motus est, etiam diuturnus: Ideò & appellationes hæ, & nomina con-
funduntur. & acutos morbos pro eisdem cum breuibus accipimus, & diuturnos, pro non acutis.
& secundum hunc modum accepisse videtur Gal. cùm diuidit febres in acutas, & diuturnas. Licet
autem videatur omnis hæc differentia in verbis; non pauci tamen refert, hæc animaduertere, vt ab
erroribus caueamus, & à multis alioquin ambagibus, in ordinandis his diuisionibus: quod quanti
momenti sit, superius audiuistis. Nam si secundum hanc rationem acceperimus acutum & diu-
turnum, nempe ut confunditur acutum cum breui, & non acutum cum diuturno; sic oportet de-
inde partiri, vt diuidamus acutam in continuam, & intermittentem. Etenim hoc modo tertiana
Apho. exquisita erit febris acuta; vt pote quæ septem periodis ad summum iudicatur ut 4. Aph. ait Hipp.
59 Continuam uerò distinguamus in eam, quæ cum symptomatibus est, & eam, quæ sine sympto-
matibus. Ea, quæ sine symptomatibus, est mitissima, vt hic ait Gale. & ideò potest esse non magnus
morbus, neque admodum periculosus: cùm non habeat discrimen, nisi quantum ad febris conti-

nuitatem

A nuitatē spectat. alijs enim formidandis symptomatibus caret. Ea verò, quæ cum symptomatibus est, acuta est. Nam & Hippo. dixit primo Aph. ubi morbus peractus est, statim extremos labores habet. Et per labores exponit Gal. symptomata, in quibus etiam accessiones recenset. Idem etiam Gal. 2. Aph. affirmat, acutum appello secundùm propriam, & exquisitam rõnem accipiendi acutū. Diuturnos uerò morbos partiamur item in continentes, & intermittentes. Sed si statim à principio velimus acutam febrem propriè, & secundùm eos, qui exquisitè de his loquuntur, diuidemus alio modo febres. Et dicemus, φ putridæ febres, vel sunt intermittentes: Vel sunt continentes. Intermittentes autem sont, aut longæ: aut breues. Breues, vt tertiana: Longæ, ut quotidiana, & quartana. Continentes verò, aut diuturnę: aut breues. Breues aut cum symptomatibus: aut sine. Si sine symptomatibus sunt, non sunt acutę febres: sicuti esset tertiana continua, ex bile putrescente in venis remotis, & minoribus, quę non alia haberet symptomata, nisi illa, quę à biliosa febre sunt inseparabilia. Sin autem cum symptomatibus, tunc uerè febris acuta est; cùm & continens sit, & magnus morbus, & cum magnis symptomatibus: sicuti esset febris ardens, & febris pestilens. Sed si sit continens, & diuturna, non potest esse cum magnis symptomatibus; quia eorum molestiam natura nequit diu perferre: & in hoc genere erit quartana, & quotidiana continuę; & interdum B tertiana non exquisita continua: quam Gal. sequens Hippo. tritęophya appellat. Et quamuis primùm uideatur Gal. ipse accipere acutum secundum larius significatū: tamen in his deinde tractandis, & disponendis, uidetur amplecti secundam significationem. Nam primum agit de intermittentibus: deinceps de continuis sine symptomatibus: postremò de ijs, quę cum symptomatibus: neque alioqui in acutorum meminit. Vbi satis apparet, φ per eas, quę cum symptomatibus sunt, intelligit acutas. Et hęc quidem de hac partiendi ratione satis. Nisi φ unum reliquum esse uidetur, quod explanatione indiget: alioquin enim non modicam posset nobis præstare dubitandi occasionē. Quia nullus morbus est, qui symptomatum uacuus sit. Nam morbus omnis actiones lædit: actio uerò læsa symptoma est. Præterea uerò omnis morbus symptomata sua habet, quæ tanquam pathognomica sunt, & quasi characteristica ipsius morbi. Ad hoc itaque dicendum est, φ non hæc symptomata hic intelligit, siquidem argumentum id, quod uerum est, concludit. Eiusmodi uero symptomata nullam habent in curatione indicationem. Sed sermo est de symptomatibus prauis, & malignis, quæ timorem incutiunt, ne aut vires deijciant, aut perducant ad deterius genus morbi, ut sunt animi defectus, dolor capitis intolerabilis, delirium continens, perpetua uigilia, & id genus reliqua, quæ præter febrem, & ipsa sunt multi momenti; ut pote quę omnino, uel aliqua ex C parte medicū ad se conuertant. Sed de his suo loco pleonus. Porrò autem fortasse nobis superuacanea uidebitur hæc tam diligens istarum differentiarum disquisitio. Ego verò imprimis necessariā existimo, vt Gal. ipse prosequens ostendit. Nam hortatur, vt si fieri possit, summa ope nitatur medicus, vel prima ipsa die, has omnes morbi differentias cognoscere; vt pote quoniā donec eas cognouerit, neque appositē victus, neque aliorum auxiliorum rationem poterit instituere. Cùm à natura à modo, à more ipsius morbi, omnis ratio curandi desumenda sit. Quòd si prima die nequit exactè cognoscere, contendendum est vt secunda die, vel saltem tertia percipiat. rarò enim expectatur quarta; & ad periodorum rõnem hæc oia referenda sunt. Vbi est aduertendū, φ in curādis febribus præcipuū locum hēt exquisita cognitio formæ, & naturæ ipsius. ea. n. & rõnem, & tempus omnium ferè ostendit, quæ ad rõnē victus, vel aliorum remediorum attinere possunt. Et ideò quò citius in eorum cognitionem deuenerimus, eò citius, & tutius, & præstantiusq; poterimus laboranti succurrere. Atque si diligens, & peritus fuerit medicus, sępe statim in prima die cognoscet modū, & naturā febris. Quandoq; tamen id in prima die fieri non poterit; sed oportebit secūdam, interdum & tertiam expectare. Et si quęras, vnde id proueniat; cùm Gal. profiteatur, se prima die statim has febres D cognouisse. Dico φ, vbi febris sit simplex, & vnius tātū naturę, illa pôt in prima accessione cognosci. Vnde Gal. ipse se & ephemeras statim à principio cognouisse, & tertianas, & quartanas in prima accessione asserit, diligenter nempè notata ratione pulsus, & modo caloris, & reliquis, de quibus paulò post sumus sermonem habituri. At uerò si febres uariæ, commixtæ, & (vt dicunt) complicatę sint; tunc non potest statim exquisitè percipi, qualis sit febris. Sicuti V. g. si componatur tertiana cum quotidiana, vt in hemitritæo: vel tertiana cum quartana: vel alia eiusmodi fiat complicatio, non poterit hæc mixtura comprehendi prima die. sed erit necesse expectare secundam: interdum & tertiam: rarò verò quartam. Quòd si quęsieris præterea, quibus indicijs innixi hęc omnia cognoscere ualeamus. Respondet ipse, φ omnia progrediente sermone explicabit: seruato tamen semper priori instituto; nimirum or doctrina compendiaria io his etiam, sicut in alijs, vtamur. Vnde quò breuius potero (inquit ipse) exponam. In alijs enim febris, sicut in secundo de Diff. febr. & secundo de Cris. apertè, & diffusè hęc omnia tractata sunt.

Aph. 1

cō. 23

Signa Febrium Intermittentium, Tertianæ uidelicet, Quartanæ, & Quotidianæ. *Cap. V. VI. & VII.* A

Lect. LIX. QVONIAM de his, dum explanaremus secundum librum de Differentijs febrium, copiosum sermonem habuimus, atque in unum caput collegimus, quæcunque a Gal. literis tradita sunt, tùm hic, tùm verò ibi, & in lib etiam de Crisibus, ideò superuacaneum uidetur in præsentia de illis amplius agere, ne frustra tempus conteramus. Quare ad caput octauum statim sermonem nostrum conuertemus, cuius inscriptio est.

Indicia Febrium Continuarum. *Cap. VIII.* B

FEBRES autem continuas ex eo cognosces, quòd nullum eis adest ex signis, quæ &c. Diuisimus in præcedentibus capitibus febres in continentes, & intermittētes: ac de signis, uel indicijs, quibus ꝙ intermittētes febres sint coguoscere poscimus, præterea uerò, & particulatim de indicijs, quibus differentię intermittentium febrium mutuò discernendæ sint, egimus. Quare reliquum est, ut de notis, quibus cognoscēdæ sint assiduæ febres, sermonem instituamus. Totum autem caput hoc descripsit ad uerbum Auic. prima fen. quarti cap. de signis febris inseparabilis. Est autem hic aduertendum, ꝙ referuntur signa, quæ tamen non habent unam, & eandem rationem: Nam aliqua hoc tantum indicant, quòd febris sit continens, uel assidua: Aliqua uerò præter id, quòd etiam sint futurę diuturniores. Alia, ꝙ magnę, & malę sint. Prima itaque duo signa febrem non esse intermittentem; sed potius assiduam ostendunt. & primum quidem per negationem eorum, quę de intermittentibus exposita sunt, traditum est. Nam cùm iam signa fuerint exposita, quæ febrem intermittentem indicant; si eorum fuerimus memores; & rectè omnibus obseruatis, nullum eorum apparere in febricitante prospexerimus; facilè iudicabimus eam fore assiduam. Quæ uerò pręcipua fuere, sunt, quòd accessionem habeant, quæ inceperit cum rigore, aut horrore, aut perfrigeratione, quæque desierit cum sudore, aut ueluti rore, aut humido uapore. Deinde quòd desierint in interuallum purum, hoc est sine vllis febris reliquijs. quod est (ut exposuimus) tempus intermissionis. Cùm ergo his omnibus febris caruerit, ea indicanda erit assidua. Alterum uerò signum est acceptum a lōgitudine accessionis: ut si ea excesserit spatium uigintiquatuor horarum. Nam quartanę accessio, quæ longissima est, non extenditur ultra uigesimamquartam horā, ea uidelicet, quæ exquisita est. neque tamen (ut antea diximus) non exquisita quartana longior est ea, quę exquisita, sicuti tertiana non exquisita longior exquisita; utpote quòd aliquando ad quartam & uigesimam horam accedit. Vnde si pręter id, quòd careat indicijs intermittentis febris, extendatur etiam ultra uigesimamquartam horam, iudicandum erit febrem fore assiduam. Tertium autem signum non ita, quòd sit futura continens, indicat, sicut quòd etiam diuturnior. Id uerò est, ꝙ accessio inæquale habet incrementum. Dicitur autem inæquale fieri incrementum; cùm non æqualiter, & uniformiter semper increscit, donec consistat: sed aliquando increscere uidetur: postea uerò consistere, & quasi inclinatura accessio: attamen paulò post iterum increscit. D Hoc autem peculiare est pituitosæ, & quotidianæ intermittenti, ut superius diximus, & id propter crassitiem pituitæ: unde plurimum resistit calori, & putredini. In assiduis autem (ut Stephanus exponit) indicat potius diuersitatem putrescentium humorum. & proinde etiam possumus ex hoc signo colligere, quòd febris non est exquisita; sed quęcunque illa sit, notha est. Ac propterea etiam ubi hęc est humorum putrescentium diuersa natura, cęteris paribus, diuturniores sunt febres; quia natura magis in eis uincendis, coquendisque laborat. Neque mihi iuniores hic probantur, qui inæqualitatem incrementi referunt, quia aliquando frigere, interdum calere uideantur, & id referunt, in affectum uentriculi, aut internorum uiscerum. Quoniam (ut superius exposuimus) alio modo intelligenda est hęc inęqualitas. Nam hęc, quam referunt iuniores, indicaret potius magnam, & perniciosam febrem, cùm in continente exteriora frigent. Quartum signum accipitur à pulsu. Cùm enim febris omnis aliquam pulsus habeat inęqualitatem: In putridis quidem est sua priuata inęqualitas, quę certissimè febrem esse putridam demōstrat. ea uerò est, ꝙ & systole diastole celerior est, & quies antecedēs

systolen,

A systolen, celerior est ea, quæ illam sequitur: Præterea uerò systole in principio, & fine celerior est quàm in medio. Hæc est ergo inæqualitas quæ in his febribus, & illis omnibus propria est. Sed insignior, & euidentior in assiduis, quam in intermittentibus. Vnde cùm hæc inæqualitas maior nobis apparet, quàm in intermittentibus soleamus obseruare; tunc eam fore assiduam suspicandum est. Rationem autem refert Steph. quia causæ accessionis, non ita difflantur, sicut in intermittentibus: sed totus in profundo absconditæ latent. Quæ ratio mihi quidem probaretur, si de eo tempore esset sermo, quo intermittunt, aut saltem remittunt: Verùm quia hęc inæqualitas, vt superius diximus magis euidens est in principio, & incremento: ideò mihi non admodum probatur. Quapropter uidetur alia reddenda ratio, & ea est, quoniam in assiduis materia in uasis putrescit, in quibus non est ita facilis difflatio, sicut quando extra uasa putrescit: unde maior in his mūdificationis fuliginosorum uaporum incumbit necessitas, quæ istius inæqualitatis in causa est. Addit autem Gal. ꝙ si præter hanc inæqualitatem maiorem pulsus præterea eò deueniat, ut omnino ordine, & proprio rithmo careat; iam non modò signum illud notat febrem esse assiduam; sed etiam esse magnum, & difficilem morbum. Sed hic quædam sunt consideranda, ut res hæc exactius percipiatur, ꝙ rithmus in pulsu idest, quod Auicen. pondus appellat. & est quædam ueluti armo

B nia in pulsu, quæ consistit in ratione, & comparatione temporis, cum tempore motus pulsus, & cum tempore quietis: sicut si temporis motus systoles, cum tempore motus diastoles, & horū cum tempore quietis interceptæ inter systolen, & diastolen. & quietis cum quiete fiat collatio & diastoles, cūm systole. Vt autem Gal. primo de Diff. pulsf. ait, unaquæque tùm ętas, tùm sexus, & regio, atque aeris constitutio, & id genus reliqua suum habet rithmum, & suam armoniam, seu proportionem, quæ si deperdatur, malum oino indicat non exiguum. Nam (ut idem Gal. 2. de causis pul. ait) uiriatur hæc armonia in pulsu; ob id, quia necessitas tùm euentationis, tùm mundificationis uario modo, & non secundum unam proportionem aucta est: ratione cuius diuersitatis inordinatè uariatur, & ratio systoles, quæ mundificationi inseruit, & diastoles, quæ euentationi. Cùm itaque omnis ordinis, & congruæ armoniæ ratio tollitur, inditio est magnam in natiuo calore factam esse mutationem, quæ fieri nequit, nisi à fortissima causa: nimirum aut à maximo incēdio: aut à multa, & mala materia putrescente. quę omnia magni morbi in causa sunt. In uniuersum enim quò res magis recedit à naturali statu in morbis, eò etiam deterior est. Quæ uerò sequuntur signa non tantum conferunt ad cognitionem febris, si assidua sit, uel intermittens futura; sed potius an assidua sit longior, uel breuior futura. Ait ergo, ꝙ cùm per duos priores dies uisa fuerit febris esse assi Cap. 7 cap. ultimo.

C dua: in tertia uerò exerescat accessio, neque tamen ulla adhuc signa appareant concoctionem aliquam effatu dignā ostendentia; hāc febrē neque iudicandam, neq; terminandam iri in septima pu tandum omnino est. Signum autem hoc tertianam continuam febrem illam esse demonstrat. Stephanus uerò causum uel febrem ardentem significare inquit. Sed an febris ardens manifestas habeat accessiones, posterius declarabimus. Vnum quidem est, ꝙ harum accessionum ratio febrem biliosam indicat; eam tamen non exquisitam. Nam sicuti exquisita in septem periodis iudicatur: ita continens (ut Gal. quarto Aph. docet) die septima. Sed cùm non sit iudicanda in septima; nisi in tertia concoctio aliqua appareat. Quanuis enim quarta sit indicatina septimæ: quæ tamen per dies impares exacerbationes habent, iudicantur diebus imparibus, (vt sæpe testatur Gale.) & quæ per pares, in paribus quoque iudicantur & indicantur. Erit ergo ex non exquisita bile, quę non ita facilè concoctionem admittit, ut exquisita. At uerò si pręterea (inquit Gal.) quarta dies tertiæ similis fuerit &c. iuniores exponūt, hoc est, si quarta similem tertię accessionem habuerit, longior, & & diuturnior erit febris. Quę explanatio mihi non placet. Quia cùm ualida sit in tertia accessio, & quarta non remittatur, sed sit perinde ac tertia difficilis, morbum indicat acutum, & uelocis motus: quare etiam citò finem habiturum, ut Galen. alibi apertè declarat. Vnde Apho. 59

D mihi Stephani sententia uero magis consona uidetur, qui ait non ita intelligendum, quòd quarta sit tertiæ similis, quatenus ad accessionum rationem pertinet: quoniam, inquit ipse, id à ratione ardentium febrium alienum est, quę potius quintam, quàm quartam tertiæ similem habent: sed quantum ad concoctionem. hoc est, quòd non maior appareat concoctio in quarta, quàm apparuerit in tertia: & hoc iam ostendit materiam concoctu difficiliorem, ac febrem quasi sepultam, quæ magis in profundo latere uideatur, nec facilè expandatur: quod & crassam materiam ostendit. Præterea uerò si neque habitus corporis uniuersi concidat, & extenuetur, signa hęc omnia febrium, quæ longius protrahuntur, signa sunt. Quàm longi autem morbi hoc postremum, nempè non collabi, nec concidere habitum corporis, inditium sit, & quomodo, & quòd non intelligendum sit, quòd omnino non extenuetur corpus; quia ferè id fieri nequit, præsertim in hoc genere febris: sed quòd non collabatur pro ratione morbi, & cur etiam inde significetur morbi diuturnitas, docet Gal. 2. Aphr. explanans Apho. uigesimum octauum, ex quo hæc sententia descripta est, longiori oratione: & tandem in fine illius comment. ita concludit. Corpus febricitantium non omnino leuiter, permanere, & Lect. LX.

nihil imminui, vel plusquàm ratio postulat, contabescere malum. Nam permanere ex cutis spissi- A
tudine, & crassitie humorum accidit: & propterea longitudo morbi significatur, & quæ sequũ-
tur. Hęc quidem igitur, (inquit Galen.) quantum ad febres continentes, quę symptomatibus
carent, pertinere potest, satis sint: quoniam de illis, quę cum symptomatibus cruciant, his expe-
ditis, particulatim sermonem habebimus. Quòd si aliquis quęrat, cùm hactenus seriatim de dif-
ferentijs omnium febrium, tàm intermittentium quàm assiduarũ, quę symptomatum sunt exper-
tes, tractationem instituerit, antequam de curatione aliquid dixerit; cur etiam de differentijs ea-
rum, quas concomitantur symptomata, antea non egerit. Dicimus, quod eędem sunt harum, & il-
larum differentię, quantum ad rationem febris attinet. Nam symptomata (vt dicemus) non va-
riant naturam febris; sed sunt quasi alij quidam affectus cum febre coniuncti. Vnde de his po-
stea particulatim curandis agemus. quandoquidem caput illud potius erit de curatione eorum,
quàm de curatione febris. Et ideò illud post posuit, quasi ad calcem tractationis febrium; vt po-
te quod sit tanquã extra earum rationem. Quare iã reliquum est, vt rationem curationis febrium
aggrediamur, & eum sequamur ordinem, quem hactenus secuti sumus nempè vt ab intermit-
tentibus sumpto initio, mox ad continentes transeamus. Ita enim & Galen. suam in hoc libro me-
thodum digessit. Ait ergo. B

Ex intermittentibus verò breuissima, ac mitissima est tertiana: longissima autem, ac quantum
in ipsa est, haud quaquam periculosa, quartana, &c.

Vel huius libri inscriptio nobis indicare potest, quod Galen. artem curandi morbos in compen-
dium redactam, seu (quod idem est) methodum exponere sibi proposuit. Quòd vero in methodo
pręcipuum est, tum ordo, tùm ratio est. Vnde qui rationem istius gręci vocabuli explanare volue-
runt, dixere quod methodus significat viam, hoc est ordinem, ac ipsam rationem. Cùm ergo aliquam
artem, vel disciplinam docemus, ac eum in ordinem partes ipsius, ipsiusque pręcepta digerimus,
quem eorum ratio, & natura requirit, rectè, & ex methodo disciplinam illam nos profiteri, & do-
cere, facilè affirmare poterimus. Quod autem, aut totum, aut maximum in vnaquaque arte est,
in hoc consistit, vt inueniamus media illa, quę accommodata sunt, & apta ad perducendum arti-
ficem vsque ad finem suę artis; atque pręterea illis accommodatè & ex ratione vtamur. Media au-
tẽ quibus medicus sanitatem, quę suus est finis, vel instaurat, vel tuetur, sunt ipsa auxilia, quę tùm re-
media, tùm instrumenta solent appellari. In horũ itaque inuẽtione, & vsu omne ferè medici mo-
mentum, vel si non omnino, maxima saltem ex parte consistit. Hęc verò tribus capitibus, vel tri-
bus scopis, saltem quantum ad negotium nostrum in pręsentia pertinere potest, continentur. Ni- C
mirum, vt qualia remedia sint futura opportuna, cognoscamus. Deinde quanta, vel quàm magna.
Tertiò, quò tempore administrãda. Primum nobis ostendit qualitas, & natura morbi. Vnde neces-
se est (vt superius diximus) illi, qui omnes morbos se curaturum profitetur, omnium etiam diffe-
rentias morborum exquisitè se cognoscere profiteri. Prius itaque de omnium putridarum differẽ-
tijs; quatenus tamen ad compendiariæ doctrinæ rationem attinet, sermonem instituit. Secun-
dum autem nobis demonstrabit magnitudo ipsius febris, vel morbi. Habemus enim expressam
Hippoc. sententiam, quòd morbis extremis extrema remedia apta sunt. Tertium verò, ex ipsius
morbi temporibus præsertim accipiendum est. Vnde expedito primo capite, antequam particu-
latim rationem curandarum febrium putridarum aggrediamur, de his etiam duobus, quantum
istius doctrinæ ratio patitur, breuibus agendum est. Sed de tertio prius, sicuti & de eo egit Gale.
Aph. de tempore videlicet, & spatio ipsius verba faciemus. Nam facilè eo percepto, poterimus & ini-
29. re rationem, tùm occasionis remediorum adhibendorum: (Hippoc. siquidem secundo Aph.
docuit, Cùm inchoant morbi, siquid mouendum est, mouendum esse: ipsis autem cõsistentibus,
quiescendum) tum etiam victus instituendi. Etenim non eadem victus ratione vtimur in diu-
Aph. turnis, & acutis morbis, vt per vniuersum primum Aphor. librum docet Hippocra. Cùm D
12. enim tota hęc ratio referatur ad vigorem, vel consistentiam, (vt idem monet primo Apho.)
morbi plerunque secundum propriam naturam, vigorem, vel consistentiam citò, vel tardè
futuram ostendunt. Qui enim breues sunt suapte natura citò futurum vigorem, vel consisten-
tiam demonstrant. Qui verò diuturniores, quò diuturniores sunt, eò vigorem remotiorem,
& tardiorem fore necessariò significant. Vnde sicut in prioribus facile est, & rationi consen-
taneum, vt victus tenuis instituatur: Ita in his posterioribus, & difficile est victum tenuem
ægrotantes perferre, & contra rationem est, quòd tenuis admodùm instituatur: Quia vel ex
inedia, viribus solutis, simul vita cum morbo desinet: Vel si mox illis succurrere voluerimus,
eo tempore cogemur cibum afferre, quo potius esset abstinendum. Ratio verò hæc generalis est,
& quæ omnibus ferè morbis, & illis præsertim, qui ab humoribus excitantur, competit. & in hac
generalitate limites nostros excedit: cùm de febribus putridis in pręsentia tantũ habeatur sermo: Idẽ
etiã hoc theorema febribus his accõmodabimus. In febribus ergo antequã curationẽ aggrediamur, po-
steaq̃ per pręcedẽtẽ tractationẽ perspectũ nobis est, non mõ genus primũ, & subinde proximũ, sed etiã

eius

A eius differentiæ omnes vsque ad vltimam: quærendum est deinceps, an diuturnus sit morbus futurus; vt mox etiam cognoscamus, an vigor, vel consistentia remota admodum sit: an verò breuis, & (vt hic ait Gal.) acuta sit futura eiusmodi febris, & citò sit ad consistentiam deuentura. Hæc autem omnia cognoscentur ex ijs, quæ primo Aph. ab Hip. proposita, & à Gal. exposita fuere, nempè ex ipsa morbi natura: ex successiuo accessionum incremento: ex anni temporibus: & ex post apparentibus. Nam (vt ab instituto nostro non digrediamur) febriũ intermittentium, quæ exquisitæ sunt, tres constituimus differentias, tertianam, quartanam, & quotidianam: & tandem notharum, vel non exquisitarum. Tertiana quidem exquisita omnibus alijs, quantum ad ipsam pertinet breuior est, & nulli obnoxia periculo. Exquisita verò quotidiana longior quidem est tertiana, breuior tamen quartana; sed quatenus ad periculum pertinet, quotidiana. tùm quia interuallũ, quo natura vires resumere potest, ea breuissimum habet, neque ita integrum, vt aliæ: tùm quia semper os ventriculi, vel saltem plerunque malè afficitur: ideò etiam alijs maius afferre periculum solet. At verò quartana exquisita ex sua quidem natura quanuis omnium longior sit; attamen cùm nullum alium coniunctum habet alicuius visceris affectum, cuiuscunque periculi expers est. quoniam Apho. ta

B eius interuallum longissimum, & integrum ab omni febre, quo facilè vires ab incommodo, quod illis attulit accessio, refici possunt. Sed postea non eadem ratio est tertianæ nothæ, quæ quidem lõgissima aliquando euadit, & longo interuallo exquisitam diuturnitate excedens. Et sicut exquisita præscriptum terminum habet, quem nunquam ex sua natura prætergreditur, nempe (vt Hippo. quarto Aph. testatur) septimam periodum. vnde, vt eo loco ait, Gal. nunquam excedit diem decimam tertiam: licet Steph. decimamsextam hic dicat. Contra verò notha quandoque ad sex menses prorogat. Porrò exquisita definitam habet, & certam rationem. quia quantum in ipsa est, simplex est eius ratio: sicuti & quod exquisitum, simplex est. Nam q habeat aliquam diuersitatem, (interdum enim in quinta, & in tertia periodo potest indicari) id ab habitu corporis, vel ab anni tempore, vel à rigore, vel ab eiusmodi alijs, non ex eo, q mixturam habeat alicuius alterius rei, prouenit. Notha autem quoniam ex mixtura (vt superius diximus) notha, vel spuria est: Ideò pro diuersitate mixturæ, varia etiam est ratio, vt naturæ, ita etiam temporum, quibus terminari potest. Et hæc omnia cognitu necessaria sunt, quo & victus, & reliqua remedia institui rectè possint. Hoc tamen est aduertendum, q multa est (vt iuniores dicere consueuere) latitudo intra terminos tertianæ comprehensa. Termini verò extremi duo sunt. Vnus quidem est ipsa exquisita, quam diximus suapte natura esse breuissimam, & in genere putridarum, & etiam in differẽtijs tertianarum: có.59.

C Alter verò est notha, quæ longissima est, qualis illa fuit, quam hic descripsit Gal. & exemplo adolescentis explanauit; quæ ab autumnali ad uernum vsque æquinoctium prorogata est. Intra hos autẽ terminos innumera ferè breuiorum, vel longiorum febrium multitudo continentur inter se differentium, pro ratione, qua istis extremis propinquiores secundum naturam sunt, vel ab eis remotiores; nec eorum numerus arte medica diffiniri potest. quoniam ex se indefinitus est: quemadmodum & eorum omnium, quorum ratio consistit in eo dũtaxat, quod magis, vel minus tale dicitur. Sed oportet vt rationali, & artificiosa coniectura comparemus, hanc intermediam febrem cum omnibus illis signis, & symptomatibus, ac reliquis conditionibus, per quas extremos illos terminos constitui, & definiri ostendimus; sicuti ea fuere, quæ propria esse diximus exquisitæ tertianæ & hæc, quæ in præsentia dicemus fuisse à Galen. obseruata in eo adolescente. facta enim mutuò cum illis collatione eorum, quæ in nostro, qui nobis curandus est oblatus, ægrotante apparent, facilè iudicabimus quatenus in hunc, vel illum extremum inclinet, & deinde quatenus exquisita sit longior futura. quod quidem plurimum poterit deinceps conducere ad victus rationem aptè instituendam, & accommodatè remedia alia administranda. Verùm vt facilius modum istius collationis percipere possitis, reuocanda sunt in memoriam ea, quæ de tertiana exquisita supe- Lect. LXI.

D rius exposita sunt, breuiter tamen, ne tempus conteramus. Deinde verò explanabimus, quæcunque refert hoc in loco Galen. & ita opposita (vt aiunt Philosophi) iuxta se posita magis elucescent. Quæ ergo propria sunt exquisitæ tertianæ, talia esse diximus, quòd accessiones cum insigni rigore statim etiam à principio inuadunt & rigor est, cum veluti puncturis quibusdam potius, quàm cum sensu rei frigidę motę per corpus. calor autem feruens est, & acris: pulsus magni, frequentes, & celeres: terminatur, inter initia etiam, cum sudore, aut rorida quadam humiditate. tempus autem accessionis non protrahitur ultra duodecimam horam; isque est terminus longissimus. accessiones autem fiunt alternis diebus. Et hęc quidem sunt propria signa, quasi characteristica, & pathognomicam. Alia verò sunt quasi accessoria, & confirmantia iuditium: vt sunt natura laborantis corporis, ætas, anni tempus, & constitutio, regio, victus ratio, & alia eius generis. quę quidem febrem ipsam præcedunt. Hęc autem, si vim habeant calefaciendi, & exiccandi, congruunt cum natura bilis exquisitę: & ideò faciunt ad eius generationem, & efficiunt corpus aptum, & promptum ad id genus febres, quę ex bile accenduntur. & propterea non parum conducunt ad cognoscendam naturam

ipsi us febris, cùm accenditur. Quantò autem horum plura, vel saltem ea, quę in hac re maiorem A
vim habent, apparent, eò febris hæc exquisita certius est habenda: quantò verò pauciora, aut mino
ra, aut minus accidentia apparent, eò magis ab exquisita recedit. Quod, vt apertius declarare
possimus, proponamus exemplum adolescentis à Gal. descriptum, & illud explanemus. Adole-
scentia ergo primùm notanda est. Hæc enim, vt capite de tertiana dixit idem Galen. solet tertianas
febres afferre. Deinde verò, quòd autumno febricitare incepit, parum post æquinoctium, mense
videlicet septembris, vel circiter eius finem. Autumnus autem, quanuis soleat potius melancho-
licas ægritudines per se generare; attamen cum æstatem excipiat: corpus etiam bile adhuc redun
Apho. 22 dans inuenit: idcircò & tertianæ sæpe eo tempore excitantur. Vnde tertio Apho. ait Hippo. au-
tumno plurimi ęstiui morbi. Ex his ergo duobus poterat Gal. hanc fore tertianam conijcere. Cæte
ra verò omnia generationem multæ pituitæ ostendebant. Primùm quidem eius natura; vt pote
qui colore erat albus, habitu pinguis. Pituitosæ autem sunt hæ naturæ, quę & humiditatem mul
tam habent, nec multum calorem. Sed & victus ratio magnum afferebat momentum, vt qui otio
esset deditus, non autem labori; neque frugali victui, at potius crapulæ, multumque, & sæpius co-
mederet, & biberet ad satietatem, nullo seruato ordine; frequentissimis etiam balneis vteretur.
Quantum ergo ad præcedentia pertinet, vix quispiam, neque etiam mediocriter in hac arte versa- B
tus, posset expectare ex ijs exquisitam aliquam febrem, atque adeò etiam longè minus tertianam.
Et tamen ita deinde factum est. Nam à tertiana fuit tandem correptus, ea autem adeò spuria, & ab
exquisita degenerante, vt vix præter nouem tertianarij periodi aliquid in ea fuerit, quod in tertianã
referre possis. Nam circa auroram statim prima die inuasit: tempus autem inuasionis exquisitæ ter
tianę congruum est circa meridiem. Incepit verò, non cum rigore, vt solent legitimæ tertianæ, sed
cum horrore. Horror autem medius est inter rigorem, & refrigerationem. Et pituitosa febris in-
ter initia à quadam refrigeratione incipiente habet accessionem. Biliosa verò, à rigore: Quare hęc
quę quasi mixta, & confusa est ex vtraque, ab horrore incepit, qui rationem mediam inter eas
vtrasque retinet. Sed nec calor talis erat, qualis in exquisita tertiana. Quandoquidem, vt in illa ae-
ris, & quasi ardens accenditur: ita in adolescente, obtusior, & magis sepultus. Pulsus verò non
magni, non celeres, non frequentes, vt in illa; sed minores, tardiores, & rariores; qui & duriores
facti sunt, mediocriter quidem in principio: postmodum verò etiam insigniter. quod in exquisita
tertiana esse non solet. Vnde autem prouenerit hæc pulsus durities, facilè percipi potest; si quis
Cap. 7 in memoriam reuocauerit ea, quæ de pulsu duro superius in primo de differ. febr. Galen. expo-
suit. Nam humor frigidus, & crudus per venas, & arterias digestus, cùm copiosus est, sua frigida C
natura pulsum durũ efficit: qui quidem inter initia, cùm non esset adhuc fusus, neque ita in mo-
tu, non etiam tantam poterat duritiem, quasi congelata arteria, afferre. Postea verò fusus à febrili
calore, & per arterias magis digestus maiorem attulit duritiem. Prętereà verò nec vomitus biliosi
concitati sunt. quia bilis, & si eatenus vinceret, quatenus ad propriam, & sibi peculiarem ra-
tionem periodi febrem perducere poterat: in alijs tamen quasi coercebatur, & reprimebatur à
multa pituita illi commixta. Sed nec inclinans accessio cum sudore copioso, vt solet in legitimis
tertianis, discussa est, verùm cum quoddam leui madore; quoniam crassa erat materia. Tem-
pus verò accessionis, & inclinationis quàm maximè hanc febrem distare à legitima tertiana osten
dit. Nam cùm exquisitæ accessio nunquam duodecimam horam soleat excedere: in adolescente
vix post vigesimamseptimam horam: immo si rectè supputandum sit, ferè post trigesimamsex-
tam desijt. Inclinatio etiam, quæ facilis est in exquisita, & celeris, vt superius docti sumus: in
hac longa & difficilis fuit, & adeò sensim, vt vix discerni posset, & ferè vsque ad horas vespertinas
protracta reliquerit integrum adolescentem. Sed & ea pars periodi, quam interuallum diximus ap
pellari, ostendebat febrem hanc esse magis natura quotidianę, & pituitosę similem & propinquã,
quàm tertianę: quia neque pulsus ad eam æqualitatem redijt, ad quam redit in legitima tertiana: D
sed potius inęqualitatem illi proximam eo etiam tempore seruauit, quam in quotidiana semper ser
uat, per quã facilè potest cognosci aliquas febris reliquias esse eo etiam tempore relictas. Et reliquę
deinde accessiones huic primæ similes fuere pręterquam temporis spatio. Prior enim longiori tem
pore adolescentem detinuit, quàm sequentes. circiter siquidem horas vigintiquatuor aliæ occupa-
runt. Quod (vt Steph. ait) inde euenit; quoniam vel maior materiæ copia prima die mota est: vel ali
quis aut parum ante febrem, aut in ipsa febre ab eo fuit commissus error, qui aliquid longitudini
accessionis addere potuit. Cùm ergo in omnibus quàm maximè ab exquisita tertiana esset hęc
febris remota, & ad naturam quotidianæ accederet: Ideò etiam necesse erat existimare eam
longam admodum fore, & omnia tempora longiora habituram: tùm ex eius natura propter
mixturam crassæ, & crudæ, copiosæque pituitæ: tùm etiam quia in diuturno morbo, prę-
cipuè verò pueri, & adolescentes fiunt impatientes, & contempto medico, & familiaribus,
interdum etiam ipsis domesticis assentientibus, aberrant, & hac deinde occasione in longius
malum prorogatur. Et prætereà inde quoque euenit, vt hac insuper ratione hęc febris ab exqui-
sita

A sitavaries, ꝙ sicuti illa tuta est, & nulli obnoxia periculo: ita hęc sępe nō ē à timore & periculo libera. Nā cū ex multa redūdātē pituita malè afficiatvētriculus (vt.n. in multis est ꝓpinqua quotidianę, in hoc etiā illi similis est, ꝙ & in hac lęditur ventriculus, & multę quotidie fiunt cruditates.) inde obstructiones excitātur in visceribus, & tandem ad malum habitum, qui gręcè ***** dicitur, perueniūt, qui est initium, & quasi via in hydropen. Quæ omnia in adolescente contigisse narrat Gal. ait enim illi lienē intumuisse, & faciem factā esse decolorem ob inopiam boni sanguinis, & copiā cruditatum, & subtumidam; calore nimirum facto imbecilliore, qui materiam illam rarefacere, & inflatum faciēs crassum conuertere poterat; non autem eum discutere, & digerere. Sed hæc in partibus extremis, quę magis remotæ à caloris fonte, & magis exangues sunt, magis apparebant, vt in facie, & pedibus. Quòd si dicas, cur potius in his, q̄ in manibus? Respondet Stephanus, quia illæ sunt cordi magis propinquæ; & proinde magis calefiunt. Addamus nos, ꝙ etiam illę in ęgrotantibus, & iacentibus magis quàm pedes exercentur. Sed vnum etiam in hac historia aduertēdū est, dignum animaduersione, ꝙ principium istius morbi prorogatum est ab æquinoctio autumnali usque ad vernum æquinoctium, si tempora metiamur penes concoctionis signa. Nam circa veris ęquinoctium cœpit materia illa coqui à natiuo calore. Calor enim nunquam illam potuit superare; vtpote quę plurimum rebellis esset, nisi quando sol ad nos rediens recalescente aere illi opē
B tulit. Cœmentum verò per quadraginta dies durauit, ita vt post quadragesimum diem visa sint signa referentia exquisitam concoctionem, cum qua concoctione omnia alia symptomata subinde mitiora euadebant. Pulsus enim mollescebat; accessiones breuiores fiebant. Deinde verò, & hoc animaduertendum, ꝙ cùm tres sint modi, quibus ęgritudines terminantur. Nempè, aut per excretionem, sicuti in vera crisi contingit, & hac ratione acuti morbi terminātur. Aut per abscessum; & ita solent terminari morbi, qui neque omnino acuti sunt, neque omnino diuturni. Aut per concoctionem: multi enim morbi concocta materia desinunt, præcipuè verò putridę febres, & diuturnę. Et hoc mō refert hic Gal. febrē in adolescēte desijsse. Propositis aūt his duobus extremis, siquis rectè pceperit, q̄ hactenus sunt exposita, facilè quascūq; febres, aut simplices, aut duplices, aut multiplices tertianas, q̄ intra hos terminos cōtinētur, metiri, & indicare poterit, adhibēs exercitationē in hac re, quantum huic, vel illi magis propinqua febris sit; & ita q̄ longa, vel breuis futura: quod maximè cognitu necessarium est medico rectè curare volenti: vt tamen semper rationem, & temporis habeat, quò cępit ęgrotare, & an obediens sit, & ex ratione se gerat in victu, & alijs tàm ęgrotans, q̄ ministri, & assistentes. Et quamuis tantum sit hic facta mentio tertianarum febrium,
C quę & frequentiores sunt: Attamen siquis methodum hanc obseruare voluerit, facilè poterit ad alias febres intermittentes illam transferre. Quia nos quidem, cùm de eis ageremus, nixi sumus exquisitam vnamquamque exprimere. Vnde si omnia ea nota fuerint, quę nos exposuimus, febris illa, tāquā exquisita, in eo genere erit habenda. Sed si aliqua defuerint, quò illa plura erunt, & maioris momenti, eò magis spuria illa erit, & magis à legitima febre aliena. Vt tamen hoc interlit, (vt superius etiā monuimus) inter tertianam notham, & alias nothas, ꝙ quò magis ab exquisita recedit tertiana, eò longior est: alię verò nothę contra se hñt: quia hæc notha fit per mixtionem crassioris humoris: illæ vero secus, præsertim si ex mixtione bilis ab exquisitis degenerent. Sed quia non solùm de intermittentibus est sermo institutus, verùm & de continentibus, quas diximus ipsis intermittentibus ex proportione respondere. Dicere posset aliquis, in continentibus Lect. LXII.
verò quomodo diuturnas ab acutis, & citæ terminationis distinguā, vel discernam? Hoc postremò etiā exponere instituit Gal. q ait, ꝙ in cōtinētibus, neq; ad rigorē oportet respicere, neq; ad extremorum refrigerationem, neque ad interuallum, neque ad sudorem, vel madorem, per quem difflatur accessio inclinans, neque ad aliud quodpiam eorum, quę in intermittentibus propria sunt; cū his careant febres assiduę. Sed in his ea sunt obseruanda, quę vtrisque sunt communia: sicuti sunt,
D quæ post apparentia appellantur primo Apho. ab Hipp. ea nempè quæ concoctionem indicant, vt Aph. 12
sunt excrementa. In febribus autem maximè vrinę hoc indicant, mox & alui deiectiones. Neque hic, (vt putant recentiores) sermo est de ea obseruatione, qua cognoscendum sit genus, aut differētia febris. Nam de hoc non est in præsentia tractatio instituta; quia satis de eo actum est superius. Sed loquitur nunc de ea ratione, qua cognoscimus, an longus sit, vel breuis futurus morbus. Et si paulò antea de exquisitis, & non exquisitis facta est mentio, ea facta est, vt plurimum conducit ad cognoscendum, num in longius protrahetur morbus, vel breui sit terminaturus. Excrementa ergo obseruanda sunt, vt ex eis cognoscamus, quomodo se natura habeat in concoquendo morbum: Quia si citò appareant concoctionis signa: sicuti in secunda, aut tertia die, facilè circa septimam iudicabitur, neque in lungum poterit proferri. Si tardius ea apparuerint, eò longior & morbus erit. Prætereà verò, & habitus corporis ad hanc cognitionem conducit. Qui enim rariori habitu constant, hoc commodum habent in his febribus, ꝙ humores facilius per meatus ampliores digeruntur, & discutiuntur. Qui verò densiori sunt habitu, longiore egent tempore, vt difflari, & perspirare possint humores à naturali calore fusi, & rarefacti. Vnde ex hac ratione diutius solent detineri

tineri à morbis. Sed & modus caloris, & ipse plurimum ad hoc facit, & hoc bifariam. Nam calor A vehemens, & acris breuiorem: obtusus, & quasi sepultus longiorem morbum indicat. Deinde calor, qui citò accenditur, citò etiam terminatur. At qui sensim, & lentè ad incrementum, & vigorem procedit, significat morbum futurum longum. Motus etiam arteriarum contemplandi. quia cùm veloces, magni, & frequentes sunt, morbum indicant breuem futurum: secus autem, si rari, si tardi, si parui. Preterea verò & alia quoque animaduertenda, quæ superius dicebamus exteriora appellari, cum febre collata, vt sunt regiones, anni tempora, & aeris constitutio, quę non modò rationem habent signi in hoc; sed & causę, vel saltem concausæ. Quoniam hęc omnia si calida, & sicca fuerint, & significant, & efficiunt, saltem ex parte, morbos breues; quia fundunt humores, & at-

Aph. 35. tenuant, & eos quoque discutiunt, vt secundo Aph. Gal. docuit. Tempora verò, regiones, & aeris constitutiones frigidæ, & humidę, morbos prorogant; cùm contra quàm ea, quæ prius exposita sunt, agãt. Vñ æstiuæ febres breues, & mox vernales: autumnales, & hyemales longæ. Ita & qui calidiori sunt temperatura, quantum ad eam pertinet, breuioribus solent morbis tentari: qui verò frigidiori, longioribus. Sic etiam cõsuetudo attendenda: qui enim exercitationi, qui parsimoniæ, & frugalitati sunt assueti, breuioribus: qui crapolæ, & otio dediti, plerunque longioribus morbis sunt obnoxij. Alterum verò caput ad curationem necessarium, est magnitudo morbi cognita. B Quam fortasse, qui non admodum sit in hac arte exercitatus, paruifaciet, nec in eam cognoscendam plurimum incumbet, existimans sibi satis esse priora cognouisse, vt possit eximius medicus haberi, neque aliud esse sibi desiderandum. Sed hic decipitur, insigni etiam errore. Nam ea fortasse plurimum ad existimationem conferre possunt. Quia de his apposite loquendo poterit videri peritus medicus. At postea res in operando non illi ex æquo succedet. Quoniam hoc maximi momenti est ad rectè operandum, & ferè præcipuam partem, & difficiliorem istius artis cõtinet: nempe comprehensio, & examen magnitudinis morbi. Ex hoc enim capite omnis ferè præsagiẽdi ars pendet. Cùm nãque morbus, & natura aduersaria inter se sint, & quę se mutuò oppugnent; ratioque præsagationis in hoc præcipuè cõsistat, vt quodnam horum victurum sit, perspiciamus: id quidem cognoscere non poterimus, nisi vtriusque vires & magnitudinem prius nouerimus, ac mutuò contulerimus. quodcumque enim viribus, & magnitudine altero superius visum fuerit, victurum etiam pronuntiare poterimus. Ex his autem non modò moriturũ, vel euasurum ęgrotãtem iudicamus: sed & an citò, vel tardè; facilè, vel multo negotio id futurum sit cognoscimus. Quò enim maior morbus est, & naturæ vires minores, & languidiores, eò citius natura morbo C succumbet. Quò autem contrà natura potentior, & fortior, morbus verò minor, & debilior, eò citius, & facilius ægrotus, superato morbo, pristinam recuperabit sanitatem. Præterea, hoc idem

Aph. 7 caput ad victos instituendi rationẽ maximam partem obtinet. Nam primo Aph. docuit Hippoc. q vbi morbus peracutus est, statim & extremos habet labores, & extremè tenui victu vtendum est. vbi verò non, sed pleniorem victum contingit adhibere, tantum cibi indulgendum est, quantò morbus extremis est mollior. Sed & ad remedia aptanda morbo hoc maximam vim habet: cùm

Aph. 6 remedia debeant morbo ex proportione respõdere. Etenim extremis morbis extrema exquisitè remedia optima sunt, eodem Aph. primo dixit idem Hippoc. Vt autem maximè necessaria est hęc consideratio: Ita & maximè difficilis; atque adeò etiam difficilior est. Quia in vniuersum quidẽ facile est rationem exponere, in qua tùm virium magnitudo, & robur: tùm morbi magnitudo cõsistit. Vires enim ex earum operationibus cognoscuntur. Vt vitalis quidem ex magnitudine, & fortitudine, vel ex exilitate, & imbecillitate pulsus cognoscitur, num magna, vel parua sit. Naturalis autem præcipuè ex concoctione veloci, & magna, quam exerementa ostendunt. Animalis verò ex sensuum integritate, & robore in motu. Morbi autem magnitudo, cùm ille sit excessus à naturali statu, eius magnitudo conijci debet ex collatione status pręsentis, cũ statu eiusdẽ hominis, dũ bñ va D leret. & quò magis à naturali abscesserit, eò maior morbus iudicãdus erit, vt in Progn. & in lib. de ijs, quæ in medica officina, vel (vt græcè inscribitur κατ' ἰητρεῖον). Sed, vt rẽ exquisitius, & magis particulatim tractemus, morbus aliquis (quemadmodum docuit Galen. quarto Meth. & lib. de Cõst. art. med.) tribus de causis magnus esse potest. Aut propter eius vehementiã, vt febris ardens ipsa secundum se magnus est morbus. Aut propter particulæ affectæ dignitatem, & necessitatem, vt phrenitis, & peripneumonia, ob affectum cerebri, & pulmonum magni morbi sunt. Aut propter maligna, & difficilia symptomata, vt syncopalis febris, & colica magni morbi sunt: illa quidem ob animi defectum: hæc autẽ ob vehementem dolorem. Et hæc quidem generatim, nõ multo negotio describi, & literis committi possunt. Sed particulatim deinde perpendere, quanta sit in vnoquoque morbo magnitudo, & quantum sit in vnoquoque ægrotante virium robor: hoc neque doceri, neque literis definitè exprimi potest: & longè minus etiam definite scriptis explanari, vel lingua doceri; cùm vires cum morbo comparantur, quantus sit alterutrius excessus. Et quamuis nihil sit, quod magis medicum celebrem, & eximium reddere possit, q̃ hęc peritia: ea tamen non scientia, non disciplina comparari potest; sed tantũ diligenti animaduersione, & multa assidua

A asſidua exercitatione,& conſideratione. Et ſi aliquid fui, vel aliquod nomen conſecutus ſum in
medicina,(ait Galen.) totum id acceptum huic rei referendum eſt; vtpote quia ſemper omnem
induſtriam, & diligentiam adhibui, vt quò magis fieri poſſet, particulatim magnitudinem mor-
bi perciperem. Hæc ergo tanquam maxima fundamenta, quibus omnis eorum, quæ in poſte-
rum à nobis de ratione curandarum febrium dicenda ſunt, fabrica incumbet, accipienda
ſunt. Aggrediamur ergo tractationem hanc ea, qua poſſumus, diligentia. Et poſteaq̃ conſtitui-
mus non poſſe ſcriptis definitè & particulatim explicari harum rerum quantitas; ſaltem eas in-
dicationes, quæ ab ipſa rei qualitate, & natura depromendæ ſunt, exponamus. Primumque de ra
tione curandi tertianam exquiſitam ſermonem habeamus.

De Curatione Tertianæ exquiſitæ. Cap. VIIII.

B XQVISITAM ergo tertianam, vt quæ ex flaua bile commota inualeſcat,
quantò magis fieri poteſt, &c. De intermittentium febrium curatione ſermo- Lect.
nem in præſentia habituri, ab ea exordium ſumemus, & eundem ordinem ſeque- LXIII
mur, à qua ſumpſimus, & quem ſecuti ſumus, cùm egimus de earum dignotio-
ne. Primum ergo de curatione exquiſitę tertianę tractationem inſtituemus; vtpo
te quę aliarum comparatione ſimplicior, & facilior ſit, ſiue ſyptomata, ſiue indi-
cationes, quæ curandi methodum conſtituunt, reſpexerimus; & quæ magis ſimilis ſit ipſi epheme
ræ & breuitate, & indicationibus, & alijs multis, de qua quidem proximè ante has febres fuerat
tractatum. Vt autem exquiſitius, & magis particulatim percipiatis rationem curationis iſtius fe-
bris, aliqua reuocanda ſunt in memoriam, quæ ſuperius fuere expoſita in vniuerſum, atq; ea aptā
da & accommodanda, particulatim huic negotio, quod tractamus. Nam ita agere docuit Ariſto. in
Poſt. analyt. nempè in diſciplinis principia communia, & generalia coarctanda eſſe ad inſtitutū
priuatum. ita enim propria quodammodo fiunt. Diximus verò ſuperius omnem curandi rationē,
vt in omnibus alijs affectibus, ita etiam in febribus in tria capita reſolui: videlicet in qualitatem
remediorum: in quantitatem: ac demum in tempus opportunum eorum vſui. Quæ eam inter ſe
C differentiam habent, ꝙ facilè quidem qualitas remediorum, & in vniuerſum, & particulatim
definiri poteſt, & in methodum redigi. Quantitas verò particulatim nequaquam poteſt determi
nari; quia ea pendet à quantitate morbi: maior autem, & minor morbus dicitur, quatenus ma-
gis, vel minus à naturali conſtitutione laborantis corporis recedit. Quod percipi non poteſt, niſi
particulatim cognita priuata vniuſcuiuſque natura. hoc verò indefinitum eſt, ꝙ arte, & diſcipli-
na definiri nequit; ſed potius id coniectura, & diligenti obſeruatione aſſequimur. Ideò multus
quidem ero (dixit Galen.) in calce præcedentis capitis in exponenda qualitate: in quantitate verò
paucus admodum, & duntaxat in vniuerſum. De tempore etiam, & opportunitate remediorum,
quantum ad compendiariam diſciplinā pertinere pôt, aget. Sed, vt oia ex ratione exponat, duo pri
mū fundamēta ponit, qbus oia dicēda innitunt. Primū eſt, qđ tū ab ipſo ſecundo loco exponit, ac-
ceptū ex diffinitione medicinæ ab Hip. tradita: nimirum ꝙ medicina eſt additio, & detractio, ad-
ditio quidem eorū, quę deficiūt detractio verò, vel repleſio eorū, q̃ excedūt. Alterum autem, quod
ex priori ſequi videtur, eſt, ꝙ in ipſis morbis contraria medicamenta, vel auxilia contrarijs mor-
bis remedio ſunt. Ex quibus ſequitur, ꝙ morbi, qui in intemperie conſiſtunt, per intemperiem
contrariam tolluntur: & qui ex repletione excitantur, vacuatione curantur: & qui ex vacuatione,
D repletione. His ergo fundamentis poſitis, quibus vniuerſa iſtius curationis ratio incumbit, côuer-
tit ſe Galen. ad perſcrutandas indicationes pręcipuas, quę nobis ſcopos demonſtrant, quos reſpi
cere oportet in repetiendis remedijs opportunis in hac febre curanda. Indicationes verò primas,
& præcipuas nobis oſtendet natura, & eſſentia iſtius febris. Nam cùm febris omnis, quæ putrida
ſit, in genere morborum exiſtat, qui in intemperatura calida conſiſtunt, & ea nō ſimplici, ſed cum
materia, fitque intemperatura quidem non facta, ſed fiens. Facta enim ſola hectica eſt, quæ & à ma
teria independens eſt. Putridę autem febres dependent, vt putridę ſunt, & in eſſe, (vt noſtri recē
tiores philoſophi dicere conſueuere) & in conſeruari. Vnde non vna, ſimplexque ex hac iſtius fe-
bris natura inſurgit indicatio, ſed potius duplex: Altera, quæ reſpicit ipſam intemperaturam, ꝑ
quam operationes lęduntur: Altera verò, quę reſpicit materiam eius modi intemperiem fouentē.
Et prima oſtendit eſſe tranſmutandam eam intemperiem, & tranſmutandam quidem per ſua con
traria, iuxta ſecundum theorema, & fundamentum poſitum. Cumque febris hęc pręalijs omni-
bus calidiſsima, & ſicciſsima ſit intemperatura; vtpote quę ab humore aliorum omnium calidiſſi-
mo, & ſicciſſimo foueatur: Ideò ſcopus nobis ab his indicationibus primus propoſitus eſt, ꝙ hu
mectandum, quòdque refrigerandum ſit. nec modò ꝙ ſit & humectandum, & refrigerandum; ve-
rùm

A aderat, ea vniuersa simul putruit, qua consumpta desinit febris. Nisi sit relictum fomentū in alio loco, ex quo præstetur occasio accendēdi iterū aliam accessionem. Fomentum verò est; quoniam aut reliqua est aliqua pars bilis in alijs corporis particulis, quę per periodos propellitur ad locum putredinis: aut aliqua affectio in aliqua parte corporis, nempe calida intemperies in aliqua particula: vnde interim, dum consumitur materia præcedentis accessionis, alia congeritur apta ad reaccendendum sequentem, & nouam. Quare si velimus rem haec intimius scrutari, curatio harum putridarum febrium vniuersa; nisi, cùm tantum est incendium, & adeò continuum, vt timeamus, ne vires deijciantur, aut ad marasmum, vel tabe corpus deducatur; vniuersa inquā harum febrium curatio versatur circa hoc, vt fomentum subtrahamus futuris accessionibus, detracta videlicet materia, quæ hactenus causę antecedentis rationem habet, & remota causa, nimirum mala ea temperatura, quæ occasionem pręstat in dies generandę bilis. Hoc sensit & Auicen. capite de cur. febr. in vniuersum, vbi ait, & scias, quod intentio in medicando has febres quādoque vertitur ad partem febris, & necesse est refrigerare, & humectare: quandoque ad partem materiei, & oportet, vt maturetur, & interdum vacuetur. Qua in parte & illud aduertendum, quòd indicatio quidem, siue (ut ait Auic.) intentio, quę circa febrem per se versatur, vnica, & simplex est in omnibus febribus, & nullam in se habet differentiam. In quacunque enim febre, indicatio, quæ ab ea accipitur, est refrigerandi, & humectandi. Quia omnis febris, quatenus febris est, morbus calidus, & siccus est. Indicatio verò, quę desumitur ex parte materiei, multiplex, & varia. Immò & interdum contrarię sunt hę indicationes pro varia materiei ratione, & natura: quod etiam in sequentibus exponemus. Rarissimè autem medici intentio, & indicatio vertitur ad febris partē, & non nisi in continuis, & ardentibus febribus: plerunque; autem ad partem materiei. Quin & hæc tandem est vera harum febrium curatio; secus q̄ in hecticis, & in ephemeris. Et si opponas, quod non erit hęc propriè curatio; quia curatio propriè ad morbum attinet: preseruatio autem, vel custodia ad ipsam causam. Dico verum quidem esse, quod opponis, (vt & Galen. testatus est) si exquisita, & diligenti nominum obseruatione vti velimus. Verùm in consuetudinem deductum est à medicis, & illis quidem, qui celeberrimi fuere, vt quęcunque fiūt in morboso corpore, quò morbus tandem tollatur, siue ea proximè morbum respiciant, siue causam; curationis nomine comprehendantur: qui quidem de rebus ipsis, potius q̄ de verbis soliciti fuere. Vnum preterea considerandum, quod & si diuersa sit omnino ratio ipsius febris, & ipsius materię, vnde illa accenditur: Interdum tamen adeò hę similes sunt, & in vnam eandem rationem conspirant, vt & indicationes inde depromptę eędem, aut omnino similes sint. Hoc autem pcipuè locum habet in biliosis febribus; pręsertim verò quò ad primam, & maiorem earum rationem. Nam & febris ipsa calidus, & siccus est affectus: & materia ipsa (vt hic Gale. ait) humor est calidissimus, & siccissimus. Vnde nulla est hic indicationum contrarietas, ita vt altera alteri obstet. Et proinde q̄ maximè fieri potest indicat refrigerandum, & humectandum esse. Atque huiusmodi ratio, & methodus curādi, quādo inter se indicationes consentiunt, & facillima, & simplicissima est: Et iō etiam diximus, primam curationem istius febris fuisse descriptam, vtpote q̄ esset simplicior. Sed hoc quoque considerandum est, quòd quis indicationes à febre, & à materia, quatenus ad qualitates ptinet, in vnum conspirare diximus: non est tamen id ita accipiendum, vt omnino omnes indicationes, q̄ hinc, & inde depromuntur, sint omnino eędem. quoniam materia non modò qualitate, & tēperatura molesta est, quemadmodum febris; sed etiam multitudine, & copia. quia superuacuus est humor, vnde febris accenditur: Iò pręter indicationem refrigerandi, & humectādi, indicat etiā vacuandum esse: in quo discrepat à parte febris, q̄ cùm sit intemperatura, quantum ad se pertinet, non indicat esse vacuandum. uacuatio enim materiam respicit. Sed hęc indicatio vacuationis non prima est, & maior; at posterior, & minor: non modò habita ratione febris, sed etiam ipsius materię. Quod, vt rectius percipiatis, animaduertendum est, quod (vt docuit Gale. decimo tertij Meth. conferens erysipelas inflammationi) crassus humor, à tenui, & acri differt. quòd in crassi humoris, etiam calidi curatione, pręcipua, & prior indicatio pręscribit esse vacuandum. Nam eatenus refrigeramus in inflammatione, quatenus sistamus fluxionem, & eius incrementum phibeamus: in reliquum autem enacuationi intendimus. Quia materia in inflammatione contenta distēdēs maiorem concitat dolorem, quam calefaciens. Erysipelas verò, cùm à leui, & tenui humore excitetur, & mordaci, magis vrendo, & mordendo cruciat, q̄ distendendo. Ideò imprimis danda est transmutationi opera, & magis, quàm euacuationi. Etenim natura à molestia mordacis qualitatis liberata facilius, & minori negotio eam materiam digerit. Vnde expectat auxilium medici in euacuandis crassioribus partibus, quæ tanquam fęx relictę sunt. Ita & in his febribus licet multa sit bilis, tamen magis molesta est ardore, & mordacitate, q̄ copia: quoniam cùm tenuis sit, & leuis, non opprimit, & aggrauat naturam: sicut graues & crassi humores. Et idcircò prior est, & maior refrigerandi, & humectandi indicatio: posterior verò, & minor vacuandi. Quod quidem memoriæ mandandum est, propter quædam vtilia, & scitu digna, quæ paulò post sumus expositu ri.

Marginal letters and notes: B; C; D; Lect. LXIIII; Cap. 8

ri. Quatenus autem ad eam refrigerationis. & humectationis indicationem pertinet, Galen. vide- A
tur adeò breuis, vt non paruam reliquerit obscuritatem, & ambiguitatem, cùm dixit refrigeran-
dum esse, & humectandum, q̃ maximè fieri potest. Id verò dubiũ omnino videtur quia, (vt primo
Aph. 6 Aph. docuit Hippoc.) remedia debent ex proportione morbis respondere. Extremis enim mor-
bis extrema remedia accommodata sunt ad salutem. & quantò morbus extremo mitior est eò &
remedia extremis debent esse minora. Exquisitam verò tertianam nemo, qui sapiat, ponet in ma-
gnis morbis, vt ipse etiam Galen. sæpius docuit. Quàm maximè autem refrigerare, est extremũ re-
Cap. 39. medium. Vnde & Auic. à Galen. videtur dissentire, qui Tract. secundo primæ fen. quarti ait, & nõ
vltimes in infrigidatione multa. Præterea verò & Gal. ipse in fine superioris capitis de qualitate,
non de quantitate remediorum se acturum ait: hoc autem videtur quantitatem spectare. Vt & id
non sit prætereundum, ꝙ de indicationibus hic sermo est, quæ à morbo, & à causis morbi depro-
mendæ sunt, Illę autem (vt passim in lib. Meth. & lib. de Const. art. medic. & alibi sæpe docuit) re
mediorum qualitatem demonstrant. Quantitatẽ autem, & locum, & modum administrandi ostẽ
dunt indicationes, desumptæ à natura, tùm corporis, tùm particulæ affectæ. Vnde ergo deducit,
ꝙ q̃ maximè fieri potest, sit refrigerandum? Vt autem res hæc exactius percipiatur, hoc intelli-
gendum est, primum, ꝙ Gale. verba hoc in loco referenda sunt ad rationem, & vim indicationũ, B
quæ in exquisita tertiana vigent: Non autem ita absolutè accipienda, nempè ꝙ extremè refrige-
remus, & immodicè. Quandoquidem immodica refrigeratio aut vires caloris natiui deijcere po
test, aut ad contrarium affectum perducere. Nam aliquando, vt & Auic. prima quarti docuit, nec
ab eo dissentit Galen. nimia refrigeratio ex tertiana exquisita ad febrem pituitosam, & quotidia-
nam perducit. Quare considerandum, ꝙ diuersa est ratio tertianæ exquisitę ab alijs putridis fe-
bribus. Quoniam in hac omnes indicationes, tàm quę ab ipsa febre, q̃ q̃ à materia prodeunt, in
eũdẽ scopũ tẽdũt; neq; in eis aliqua est repugnantia: quia tàm causa, q̃ febris eadem ratione mo-
dum naturalem excedunt, calore videlicet, & siccitate. In alijs autem febribus secus est, quippe cũ
indicationes semper inter se aduersarię sint. Nam febris refrigerandum esse indicat: materia ve
rò, vtpote, q̃ frigida sit; quia vel est pituita, vel humor melancholicus; indicat calfaciendum es-
se. Et quamuis semper altera indicatio potior sit, & vires maiores habeat, vt medicum ad se con-
uertat: sicut plerunque in his febribus indicatio à materia deprompta. Attamen nunquam ita il-
li inseruit, vt omnino & alteram despiciat, & negligat; immò & eius semper aliquam habet ra-
tionem. Vnde in quotidiana, si pituita, q̃ frigidissima est, indicat calfaciendum esse, & plurimum
calfaciendum, & eiusmodi indicatio potior sit, quàm eà q̃ à febre est, q̃ tamen, à febre est, repugnat C
priori, & obsistit, ne ita calefaciamus, sicut requireret prior, & potior indicatio, sed modestius,
ac temperatius agamus. In tertiana autem, cùm omnes indicationes proprię tertianæ cõsentiant:
iõ, quantum ad eius naturam pertinet, possumus, quantum volumus, refrigerare; quia in eandem
naturam conspirarunt, vtręque res, à quibus sunt petendę indicationes. Vnde si modus refrigera-
tioni imponendus est, ille non ab ipsa tertiana accipiendus est, sed ab alia re: sicut vel à febricitan-
tis natura, & temperatura: vel ab aliquo alio affectu in quodam membro particulatim. Pręterea
verò & hoc considerandum, ꝙ quando ait Galen. ꝙ refrigerare oportet, quàm maximè fieri potest,
non solùm referendum est ad medicum, vt eorum verborum sit sensus, quòd medicus tm̃ refrige-
ret, quantum suis remedijs refrigerare potest; ita vt extremè etiam refrigeret. Quia hoc falsum est,
& admodùm periculosum. Nam sequeretur, ꝙ semper in his febribus extrema vtendum esset re-
frigeratione, & in omnibus eadem; si in omnibus q̃ maximè fieri potest, esset refrigerandum. Sed
ea sententia referenda est ad rationem, & naturam, viresque febricitantis corporis. vt sit sensus,
ꝙ oportet medicum, q̃ maximè potest, refrigerare, & humectare, habita videlicet ratione naturæ,
& virium laborantis corporis. Semper enim remedia sunt accommodanda corporibus, & eorum
viribus. Quandoquidem oportet indicationes à morbo desumptas moderari per eas, quæ à labo- D
rante corpore accipiuntur. Quare vt potestis aduertere, in his verbis insinuauit indicationem eã,
quæ est ab affecto corpore; quæ quidem indicatio definit rationem magnitudinis remediorum. Nã
& magnitudinem morbi per relationem ad naturalem statum corporis affecti cognoscimus, vt su
perius exposuimus. Hanc verò indicationem tantum innuit, & confusè, in vniuersumque protu
lit: non autem definitè distinxit. Quia iam audiuisti, ꝙ diffinitio hęc, & distinctio non potest par-
ticulatim describi, & in artem redigi. Ita ergo intelligendus est is locus satis obscurus. His itaque
in hunc modum expositis quę proprios scopos spectandos in curatione exquisitę tertianę com-
prehendunt, reliquum iam est, vt instrumenta, & media item explicemus, hoc est remedia inqui-
ramus, & explanemus, quibus scopos eos assequi possimus, quorum habita ratione institutam
methodum absoluamus. Cùm autem duos proposuerit scopos, & prior quidem in hac febre,
& potior sit, qui transmutationem per refrigerantia, & humectantia fit: alter verò & posterior,
qui inanitionem superantis humoris spectat. Prius tamen de instrumentis agit, quibus vacuatio-
nem moliamur: mox verò de alijs, quæ priorem scopum respiciunt. Ait itaque procurare oportet,
cùm

A cũ euacuare uolumus, vt qui ad ventriculũ humor confluit, per vomitũ vacuetur. Vbi considerandũ est, φ quinq; sunt maximè in euacuatione perpendenda (vt secundo lib. Com. in sextum Epid. docet Hip. & Gal.) quantum ad præsens negotiũ pertinet. Nimirũ quid sit vacuandũ: Deinde quantum sit vacuandum: Tertiò per quã viã sit vacuandum: Quartò quõ hoc est quibus instrumẽtis sit uacuandũ: Quintò qñ sit vacuandũ. Quę omnia, breuissimè tñ, persequitur Gal. Nam quia vacuatio tunc prodest, & vtilis est, (vt in Aph. docuit Hipp.) cum ea purgantur, quæ purgari oportebat. Ea aũt purgare oportet, quę noxia sunt, & morbos efficiunt. Eiusmodi aũt in his febribus est bilis. Ideò paulòpost subdit Gal. iuuat aũt per has partes facta bilis purgatio. Viæ aũt, per quas bilis vacuari commodè põt, sunt multiplices: aut. n. per inferiorẽ aluũ: aut superius p vomitũ: aut p vrinã: aut per cutem, nempe sudoribus, vel euacuatione sensibus inconspicua, per occultos corporis meatus. Quòd aũt p has oẽs vias in tertianis exquisitis vacuare bilẽ expediat, probat Gale. breuissimè, & optimè. Nã ars semper est naturę imitatrix, & ministra. sed natura sæpe per has omnes uias uacuat in tertianis exquisitis bilem sponte, & utiliter etiam. ergo per easdem est à medico euacuãda, si eius uacuatione esse opus iudicauerit. Sed forsitan aliquis, & hoc definiri à Gal. cuperet, num .f. semper, & indifferenter per has oẽs uias liceat uacuare: an uerò aliqñ per unam, aliqñ per aliã. c6.33.

B Neq;. n. uidetur rõni consonum, medicum se habere sempet ad oẽs hos uacuationis modos indifferenter in his tertianis. Vnde uĩ & hoc ex Gal. exigendum: qñ hoc & qñ illo modo sit purganda bilis Hoc uerò & docet Gal. rõne ab Hipp. primo Aph. accepta: inquit. n. per eam uiam bilis ducẽda est, in quam natura prona est. Nimirum si ad uentriculum spontè ferri uideatur, uomitu expurganda. Si ad inferiorẽ aluũ, per inferiores deiectiones. Si ad renes, & instrumenta, ac uias urinę, p lotium uacuanda est. Si ad cutem propellatur ea aut per sudorem, aut per conspicuam uacuationem purganda est quod in balneis fieri solet. Tertio autem loco considerandum uenit, quibus instrumentis, uel remedijs per has uias omnes particulatim sit uacuandum ptius tamẽ ponendum est unum fundamentũ, cui ferè uniuersa rõ inueniendorũ horũ remediorum, uel instrumentorum innititur, quod eiusmodi est. Superius exposuimus, φ cũ duæ sint in hac febre indicationes, & duo scopi: alter refrigeratio, & humectatio: alter uacuatio prior, & potior est hic refrigeratio, & humectatio: posterior, & minor uacuatio. & proptetea semper ad priorẽ oculus habendus est; ut. f. in uacuatione semper aduertamus, ne eis utamur, quæ priori scopo insigniter aduersentur. Vnde si p aluũ inferiorẽ deducenda sit materia, optimè id fiet per clysteres, non tamen per quascunque, quia qui acres sunt, & medicamentosi, ut in quibus incoquuntur agaricus, aut colocynthis, aut cẽtaurũ, aut iniiciuntur hierę, hi calefaciũt, exiccantq; ualdè, pter id, φ in initijs crudas materias uiolẽter exagitãt. Quapropter inepti, & incongruentes sunt. Aptissimi aũt huic negotio sunt molles, & qui leniunt. hi. n. humectando leni sua natura, & refrigerando educunt, & utrique scopo cõmodi sunt. Eiusmodi aũt clysteres sunt, quales in usu erant Gal. tẽporibus, qui ex mulsa conficiebantur, hoc est ex ea, quę aqua mellis appellatur. Cui (ut octauo, & undecimo Meth. legitur) addebat ipse parũ olei: mollissimus aũt est eiusmodi clyster. Decimotertio aũt Meth. addit ẽt parũ salis, aut nitri Hęc uero moderanda sunt, & pro natura corporis inaniendi. Quædam. n. aluũ habẽt, quæ nisi irritetur, nihil reddit. Præterea verò moderanda sunt pro natura eorũ, quę in inferiori aluuo cõtinẽtur. aph. 21

C Nã & si exqnisita tertiana ex tenui humore, & lentoris ex pte accesa sit: Sępe tñ, uel ex natura laborãtis corporis; nẽpe quia frigidiorẽ hẽat uẽrriculũ: uel ex malo uictu, in intestinis cõgesta est copia aliqua lẽti, & crassi humoris, rõne cuius clysteres nõ educunt, nisi inditum sit aliquid, quod uim hẽat incidẽdi, & detergendi, cuiusmodi est sal, & nitrũ. Et cõiter solẽt rarò admodum eiusmodi clysteres molles ẽt, sine sale cõponi. In eodẽ ordine esset clyster factus ex aqua hordei, addito iñ oleo, & faccharo illo rubeo. Solemus aũt in pñentia, cũm mollissimos clysteres parare uolumus, accipere tñ iuris carnis uel gallinaceæ, uel alterius; ac mollior erit clyster, si ius erit pingue, addito oleo, & faccharo. v. g. accipimus duas, uel tres uncias olei, unam autem facchari uel paulò supra, & Cap 5 Cap. 9 cap. 15

D ex his clysterem cõponimus. & ab aliquibus cões hi clysteres appellãtur. Ab aliis ãt communes clysteres fiunt ex herbarũ decocto. in hunc modum, ut accipiamus, maluã, & folia herbæ uiolarum ad manipulũ, q coquanť ex cõi aqua: deinde uerò accepto decocto in ea copia, q uideatur satis, habita rõne ętatis (minori. n. egẽt pueri, maiori uerò adulti) & natura corporis: (qdã. n. nequeunt admittere ingentes clysteres, alii uerò facile ferunt) decocto ãt faccharum addunt, oleumq;, & (ut in aliis diximus) sal. Interdum & folia betæ incoquimus; cũm aliqua maiori egemus detersione. habent enim betæ folia non nihil nitrosę substantiæ, in qua uis est detergendi. Quidam & mercurialem addunt: hęc nerò herba ualentiores etiam clysteres efficit. prædita namque est maiore ui medicamentosa. Vnde & aptiores essent eiusmodi clysteres in tertianis nothis. Dicet autem iunior, nullã mentionem fecisti uitelli ouorum, quibus utuntur plerunque mulieres, dum cõficiunt clysteres; ita ut si prætermitteretur, uideretur cõmissum ingens peccatum. Ouum quidẽ in his clysteribus imponitur; quia & ipsum lenit; sed magis quia dolores sedat, & mitigat. & quoniam sæpissimè in reddendo clysteri, dolores, & tormina concitari solent: hac potissimùm de causa utimur q- Lect. LXVI

A & desiccant. Mihi tamen vidētur rōnē nimis cōem afferre, quā dissoluere nō minus ipsis incumbit.
Quandoquidem eadē rōne non liceret vti his, quę vrinam cieant. Nam omnia item, quæ per se vri
nam protitant, calida insigniter sunt (vt res clarissima est) non minus sæpe, q̃ purgantia: illorum ta
men, & in his febribus, & longè magis in alijs meminit. Sed cū ex parte altera rō demonstret, vacuā
dum esse per secessum, & per vrinam: Ex altera verò natura talium medicamentorum febris indi-
cationi aduersetur: vt aliquid vtrique indicationi tribuamus, ea medicamēta eligimus, quę minus
calefaciant in eo genere; atque ita paramus, vt de eorum calore, & siccitate, quātū fieri pōt, detra-
hamus. Vnde & prouocantia vrinā in aliqua potione, qua remissiores fiant eorū calor, & siccitas,
& itidem absinthium macerari, vel madefieri præcipit, vt & hæc, & illa suo fungantur officio, alio
quin citra vllā noxā. Hic tamen considerandum est, q̄ qm̄ bilis syncera est, quæ & calida est, & te-
nuis, atq; propterea ad motum prona, & facilis: Ideò facili medicamento, & leui educi pōt, præser
tim verò, vbi iā appareat cōcoctio, & ita ēt melius res hēt, si facilè, & non violenter moueatur. Nā
violenta exagitatio humores accendit, & eos præcipuè, qui snapte natura sunt calidiores. Ac pro-
pterea ex omnibus potius absinthium, leue medicamentum, eligit, relictis valentioribus. Cui &
id ēt addendum est, q̄ cùm ex eodē humore ortum habeant, & ad idē ferè genus pertineant, (vt se-
B cundo de Diff. febr. dixit Gal. & quarto Aph.) tertiana exquisita, & febris ardens, quę causus dicit: Cap. 1
Bilē tamen alio medicamento vacuaot in tertiana Gal. & Hippo. & alio in causo. Hic. n. absinthio Apho.
vtitur. At quarto de Rat. vic. in acu. mor. habetur, q̄ in causo, cùm os fuerit amarum, (quod bilem 19.
ad ventriculum declinare significat) lacte asinæ cocto, & copiosè bibito, purganda bilis est: qui (vt Cō. 7.
Gal. ait) fuit antiquis mos. Ipse verò laudat eius serum bibendum. Quem locum explanans inquit,
lacte vtitur, quia timet caliditatē, & acrimoniā cæterorū medicamentorū, quę vim purgandi hēnt.
Cùm verò tertiana, tàm in humore, vnde excitatur, q̃ ēt in calore (nam ipsam καυσώδη appellant,
quia æstuosa est) sit febri ardenti similis; non timet absinthij calorem. Sed si oīa velimus examina-
re, neq; hoc mirum videbitur. Quandoquidem non ita refert aliquantulum calefacere in exquisita
tertiana, sicut in ardente febre. Quia in tertiana fit intermissio, & illa satis longa in qua primū va-
cuata bile, quæ febrem fouebat, per interuallum febre vacuum, quo sponte refrigescit corpus, si
quidpiā caloris sit ex medicamento relictum, facilè id difflare pōt, vt magis deinde ex vacuatione
sequatur vtilitas, q̃ ex ea calefactione detrimentum. In febre verò ardente, in qua calor neque re-
mittit, neq; intermittit, longè magis calfactio tùm timenda, tùm declinanda est. Puto autem, q̄ si
nostra hęc medicamenta lenia, sicut sunt cassia, manna, tamariodi appellati ab Arabibus, syrupus
C item, quē rosaceū solutiuum, atq; ille ēt, quē violaceum solutiuum appellāt, qui fiunt ex multi-
plici maceratione rosarum, vel violarum recentium, fuissent in vsu priscis illis tēporibus, ea etiam
laudassent. Præterea verò si rhabarbarum hoc nostrum Galeno fuisset notum, vel saltē ab antiquis
illis medicis habitum fuisset tanquam purgans medicamentum; atq; modum calluissent illud in re
frigerantibus, & humectantibus potionibus macerandi, sicuti his temporibus fit, vt de ea insigni
caliditate, siccitateq;, & astrictoria facultate, quantum lędere posset, detrahatur; non possum non
credere, q̄ non & eo vsi fuissent, sicuti absinthio vtebantur. Nam experientiā recto eius vsui atte-
stantem habuisset: sicut & nos eo in his febribus sępè felicissimè vtimur, & medici arabes vsi fuere.
Sed de his in p̄sentia hęc satis sint. Inferius. n. rem hanc diligentius disquiremus, an s. Gal. & Hip.
medicamenta exoluentia in febribus repudiauerint, vel admiserint. Hic autē & illud aduertēdum,
quòd cùm bilem vacuandam esse aut vomitu dixerit, aut secessu, aut per vrinam, aut per sudorem,
instrumenta, quibus has vacuationes moliri in his febribus oporteat p omnes alias vias exponit;
quibus autem sit ciendus vomitus, non meminit. Ratio verò est, quia hæc ex aliorum ratione
facilè haberi poterant. Nam sicut lenibus, & facillimis in alijs vacuationibus medicinis utimur,
& ijs, quę aut nihil, aut parum calefaciant: Ita & in ciendo vomitu, si ægre sit facilis ad vomitum,
D & promptus, aliquando sola digiti, aut pennę in intimum os impositione uomitum concitamus.
Quòd si aliquantò difficilior vomitus procedet, aut simplicis aquę tepidę potu utimur, aut posca
tepida, aut mulsa, aut oxymelite ex aqua, aut aqua hordeacea, aut hydrelęo, hoc est aqua, &
oleo. Etenim cùm bilis (vt paulò antedicimus) sit tenuis, & facilè fluat, non requirit valen-
tiora instrumenta, ut educatur. Postremò uerò de ijs etiam agit, quę bilem per sudorem, &
per uacuationem sensibus inconspicuam euocandi facultatem habent. In quibus præcipuum
locum balnea obtinent. Et cùm eorum etiam sit multiplex differentia. Quædam enim sunt,
quæ absolutè ita uocantur balnea, & quæ intelliguntur, cùm balneorum fit mentio sine ulla
additione, & sunt, quæ fiunt ex aqua communi, uel dulci appellata. Alia uerò sunt, quę ex alijs
aquis, quæ alioquin affectæ sunt ex aliarum rerum mixtione, ut sunt aquæ marinæ, quæ salis natu
ram retinent; item nitrosæ, aluminosæ, sulphureæ, bituminosæ, ferreæ, & reliquæ id genus;
quæ à uarijs mineris uariam facultatem sortiuntur, ut Patauinæ, Aquarianæ, Gauderia-
næ, Lucenses, Viterbienses, & mille alię. Quę omnes saltem exiccant insigniter. Præterea,
& earum multę non parum calefaciunt. Solę autem illę ex aqua communi, cùm hoc, q̄ bilem per

corporis occultos meatus educunt, humectant, & refrigerant. Horum igitur vsus quàm maximè A
vtilis est; vtpote quę pręcipuam vim habeant primariæ indicationi, quę est refrigerationis, & humectationis, accommodatam. Nam (vt ait hic Gale.) in febribus his longè pręstat hęc transmutatio vacuationi. Quare si ante lauacrum oleo communi, & calido, ęgrotos perfuderis, ac mox ad aquas deduxeris, eodem omnino plurimum iuuabis. Cutis enim, & extimę partes rarescent, & viam pateniorem, & magis expeditam digestioni bilis exhibebunt, corpusque molle & humectũ reddetur. Sicuti ratione contraria, si quis tertianarios lauerit aqua, aut marina, aut alia alioquin minerali, illi res infelicissimè succedet: Quemadmodũ infelicissimè successit illi, cuius historiam refert Galen. Qui falsa quadam, sed apparenti ratione adductus, vsus est balneis earum, quas nuper retulimus, aquarum; atque eorum vsu adeò exiccatus est; vt contabefactus interierit. Cùm enim nouisset eas vim habere bilem vacuandi, febremque ex bile suum habere ortum, putabat, vacuata bile, se liberandum à febre. Vnde & in tota etiam victus ratione procurabat, vt bilis educeretur, neque alterius indicationis acceptę, tùm à natura morbi, tùm à natura humoris vllam vnquam voluit rationem habere. Quocirca dum studet, subtracta materia, à tertiana facili quidem morbo liberari, in grauiorem imprudens incidit. In his siquidem longè præstantius est, se qualitatibus illis cum contrarijs opponere, quàm nimis esse vacuationi intentum. B
Vnde sicut balnea illa penitus fugienda: Ita hęc aquæ dulcis omni studio amplexanda, & liberaliter concedenda: vt non modò lauentur; sed & in dolio aliquo maiori se demergentes, si id desiderent, natare permittamus eò vsque, quò id facilè eorum vires possunt perferre. Nam longior mora in balneo, vtpote quod digerendi vim habet, sæpe vires dissoluit. Ad quas semper respiciendum. Respiciendum item est ad consuetudinem, si enim is vsu balneorum delectatur, nullum committes errorem, si bis quoque in die ipsum laueris; dummodò tempore opportuno id fiat. Hoc enim semper prę oculis habendum est; quippe quòd non modo balneæ, sed quęcunque alia remedia incongruenti tempore administrata lædunt. Inopportunè autem administrabuntur, si ante inclinationem accessionis adhibeantur, si nondum concocto cibo. Et ante concoctionem morbi. Nam vbi morbus sit concoctus, non solùm bis, sed sępius lauare poteris. Vbi hoc est aduertendum, quòd balnea eiusmodi in alijs quidem febribus, vt sunt tertianę nothę, quę à materia crassiori pendent, nec Galen. nec alius peritus medicus ante concoctionem concede ret. Quandoquidem crassi, & crudi humores, vi balnei funduntur, & fusi per venas in habitum totius corporis distributi, obstructiones augerent, & subinde febres. Sed vbi sunt concocti; quia iam attenuati, & per concoctionem vacuationi redditi sunt faciles, summopere prosunt, vt quæ vacuant, vt diximus. Bilis autem, quatenus ad ipsam pertinet, cùm tenuis, & calidus humor sit, quamuis vi balnei moueatur, nullum tamen affert obstructionis periculum, vt hic exponit Stephanus. Et licet ante concoctionem & ipsa vacuationi ineptior sit; iuuant tamen plus humectando, & refrigerando, quàm vacuando; quia magis qualitate officit hęc febris, quàm materia. Post concoctionem verò, cùm iam aptior reddita sit materia vacuationi, vel pluries, q̃ bis administrata balnea proderunt. His expositis, quibus, & quod vacuandum, & qua via vacuandum, & quibus instrumentis ostendimus. reliquum est. vt preterea occasionem, seu opportunitatẽ, vel quando vacuandum sit demonstremus. Nisi ꝙ ex pdictis quęstio non leuis insurgere videtur, quæ non est ptereunda ita siccis pedibus, quia nulla facta hic mentio videtur, missionis sanguinis, quasi nulla hic coueniat sanguinis detractio. Nam eius alioquin meminisset, sicut in tertiana notha meminit. Auic tamen hoc capite videtur voluisse phlebotomiam esse vtilem in curanda huiusmodi febre, cũ ait, & quando possibile est, vt phlebotomes, fac vsq; ad tres periodos. Immò ipse
Ca. 15 ẽt Gal. vndecimo Meth. fauere huic sentẽtię videt, vbi ait, salnberrimũ in febribus est, non mõ con tinuis venã incidere, verũ etiã in oibus, quas humor putrescẽs concitat. Facilis (vt opinor) dissolutio huius qõnis est. Etenim venæ sectio in magnis remedijs ab oibus medicis semp habita est, q̃ q- D
dẽ magna remedia magnis morbis sunt accõmodata. Vñ quarto de Rat. vic. in acu. morb & quarto Meth. atq; in lib. de Rat. cur. ꝑ sec. ven. ꝓbat, ꝙ sectio venę respicit indicationẽ desumptã à magnitudine morbi. Febris aũt tertiana, q̃ exquisita est, à nullo vnq̃, quãtũ ad ipsam ptinet, in magnis morbis posita est. Quare neq; eius quidẽ, quatenus ad eius rõnẽ spectat, propriũ remediũ est venę sectio. Aliqñ tñ non mõ vtilis est in ea sanguinis detractio, verũ & necessaria; sed non sumpta indicatione ab ipsa tertiana, verũ a futuro aliquo magno malo iminente, pcipuè verò rõne affecti corporis. Nã sępenumero põt tertiana exquisita in assiduã, & in ardentẽ febrẽ trãsire: cũ corpus tertianarij plenũ admodũ, aut sanguinis, aut bilis est. Prę multitudine.n. vel sanguis ipse põt putredinẽ cõtrahere: vel etiã bilis, si multa sit, ac viribus factis imbecillioribus, q̃ ipsam nequeãt amplius recte administrare, nõ possit amplius extra vasa expelli; in ipsis deinde cõtẽta putrescere põt. Immò si Hip. credimus in lib. de Morb. facile tertiana in pleuritidẽ cõuerti põt. Horũ ergo rõne in tertiana exquisita locũ hẽre põt venę incisio. Et iõ ẽt Aui. nõ in vniuersũ eẽ secãdã venã ait; sed si possibile est, vt fiat, hoc est, cũ expedit, vt secet, secãda est vsq; ad tertiã piodũ. Neq; .ꝑ. vltra eã piodũ vtilis

amplius

A amplius illa futura est; quia iam apparente concoctione, quæ ad summum in hac febre in quarta apparet, res in tuto est; neque alioquin timor amplius est magni alicuius futuri mali. Ita etiam salubertimũ esse hoc remediu in oibus febribus putridis existimauit Gale. cùm illæ apparent indicationes, quæ exigere videntur sanguinis missionem; quippe q̃ aut magnus fit morbus, aut timẽ dum sit, ne magnus euadat. Dicamus tandem, & quando sit occasio opportuna illis vtendi instrumentis, quæ apta esse diximus ad bilem vacuandam. Primùm itaque hoc attendendum est, q̃ quę vacuant, sicuti eligenda sunt pro ratione motus naturæ pellentis in hanc, vel illam partem, vt si ad vrinæ vias humores moueat, eam vrinam cientibus adiuues, si ad ventriculum vomitu, atque eodem modo in alijs. Medicus enim minister naturæ est, & ideò eius officium est in eundem cũ natura scopum semper tendere, & nunquam nisi, si quando videatur non rectè agere, illi se opponere: Ita etiam in hoc debet eius operationem obseruare diligenter: & an illa ministerio, & auxilio ipsius egeat; vtpote quia parcè vacuet, tunc enim ab eo iuuanda. Nam si alioquin quantum satis esse videatur, ea perficeret, nulla tunc occasio offertur medico quicquam in ea re agendi. Quare erit illi supersedendum, ne aliquando naturam præcipitem agat. Quòd si illa conetur quidem agere, & vacuare, noxiamque materiam ad aliquem expulsionis locum moueret; neque ta-

B men excerneret: tunc opportunum erit medici auxilium, & si ad loca conferentia eam propellat, inde ducendum erit. Verùm deinde considerandum, q̃ in auxilijs, vel instrumentis, quibus opẽ naturæ ferimus, multa est diuersitas. Primùm quidem viribus: Alia nanque sunt vehementiora, quę videlicet maiori motu, & valentiori humores agunt. Alia verò faciliora, & leuiora. In ijs, quę valentiora sunt, cautiores oportet esse, neque illis vti in initijs morborum, nisi rarò admodũ, & coactos. Iis autem, quę leuiora sunt, locus sæpe etiam in initijs est. Sicuti si vrinam pronocare voluerimus, si sit corpus plenum admodum, vel si sint multę in eo cruditates, nisi prius aliquantulum inaniatur, non est tutum vrinam prouocare, itemque nisi appareant concoctionis signa. Alioquin enim cum ea, quæ vim habent ciendi vrinam, humores fundant, & insigniter, valẽterq; moueant, facilè eos per venas distribuunt in vniuersum corporis habitum, atq; meatus angustos, per quos fit corporis perspiratio, obstruunt. & ita putredo, febrisq; subinde augetur. Ea verò, quæ leuiora sunt, sicut ptisana, mulsa, oxymel, syrupus acetosus, semina ẽt melonis, et istiusmodi reliqua, cũ blanda sint, neq; multũ calefaciant, hoc periculo vacant: potius.n. vias parando, vrinã p̃mouẽt, q̃ q̃ humores fundãt, & moueãt. Ideò tp̃s eorũ opportunũest ẽt in principio. Loquimur autẽ de principio, & alijs tp̃ibus totius morbi. Nam si particulatim de temporibus accessionum, in

C principio accessionis nullam moliri vacuationem oportet, vno excepto vomitu. Galen. siquidem testatur ab omni motione in initio accessionis abstinendum esse, prçterquàm à vomitu. Quia vomitui opportunissimum tempus est principium accessionis. Nam etiam sponte natura vomitum moliri solet in initio accessionis. Sicuti tempus opportunissimum sudori est, inclinante, & accessione, & morbo. Sed si de ijs, quę aluum purgant sit sermo habendus, de clysterium vsu primùm loquendum: Cùm in hac febre nullus detur locus, nisi lenibus, & mollibus clysteribus, possumus opportune illis vti statim etiam in principio, ni sponte fluat aluus, nulla expectata concoctione. In his enim, quę leniunt, cùm non moueant alioquin humores motu aliquo repentino, vel violento: (neque enim vim vllam inferunt,) Iõ non requiritur expectatio concoctionis. De acrioribus verò, vbi conueniunt, suo loco, agemus. De medicamentis autem, quę deuorata aluum cient, maiori diligentia loquendum. Nam cùm eorum sit multiplex differentia. Aliqua enim sunt, quę ꝑ propriè vim habere purgatoriam dicuntur. suapte siquidem natura attrahunt ab ipsis venis, & ab vniuerso corporis habitu, vnumquodque eorum certos, ac determinatos humores: vt scamonium bilem, colocynthis pituitam, epithymum bilem atram. Alia verò potius ex modo suæ substantiæ; q̃a videlicet vel leniendo, aut comprimẽdo, & astringendo ventrem soluũt. Hęc quidem, quæ astrin

D gunt, vt sunt myrobalanorum genera, administranda non sunt in principijs, neque harum, neq; aliarum febrium. Etenim & obstructiones augerent, & vnà febrem, ac omnes pręterea euacuationes supprimerent; vt & id non sit præter eundum, quòd exiccant. In fine autem quandoque admittuntur, qua ratione membra à morbo, à febre, & vacuatione laxata, colligentia, & moderatè astringentia confirmant, & roborant. Quę verò leniunt, vt sunt manna, cassia nostra Aegyptia, tamarindi, syrupus violaceus solutiuus, & id genus reliqua: sicuti quæ erant antiquis in vsu, vt serum lactis præcipuè aũt asinæ, vel capræ. Antiquiores verò (vt quarto de Rat. vic. legimus,) in biliosis febribus ad bilẽ expurgãdũ, lacte asinino cocto vtebantur. His inquã nos ẽt in principio ante concoctam materiam possumus vti. Nam cũ non habeant vim detrahendi determinatum humorem, neque à venis trahant, non possumus ea incommoda timere, quæ sequuntur, cũ vacuamus, morbo nondum concocto. Neque hæc eo Aphorismo comprehenduntur, Concocta medicari, atque mouere, non cruda neque in principijs, &c. Quia (vt ibi explanat Gal.) medicari significat Hippo. medicamento purgare, quod vim attractoriam habet proprij, & determinati humoris. Hæc.n. vim inferunt, & ex venis attrahunt. Sed ea, quorum nuper mentionem fecimus, nõ pertingunt humores;

Cõ. 7. & 29.

res; nisi si qui sunt in vijs communibus, in intestinis nimirum, & ventriculo: vel si aliquid præ- A
terea mouent, idest, quod in proximis venis continetur, & illud blandè & sine vlla violentia mo-
uent. Verùm hic animaduersione dignum est, quod (vt arabes docuere) hæc etiam medicamenta lenia,
& facilia, & si cũ accipiuntur non multa copia, sed modesta, vim habeant, quam diximus: nempe
vt potius leniant, quàm vt attrahant: Attamen cũ eorum copia, & (vt aiunt) dosis augetur, attra-
hunt & ipsa, & quasi ad ordinem soluentium medicinarum accedunt. Et proinde videndum est,
quomodo eis vtamur. Nam horum ratio ex modo administrationis mutatur. Vnde nũquam ferè in
principio ad leniendã aluũ exhiberem (vt multi faciunt) duas cassiæ vncias, aut tres mannæ, aut quin
que syrupi rosacei solutiui, ob hanc rationem. Illud præterea consideratione dignũ, quod antiqui me
dici tàm græci, quàm arabes, quantum poterant, fugiebant vsum horum etiam medicamentorum inter
initia, & præferebant clysteres. Hoc. n. Auic. testatur, cũ relatis leuibus medicinis; ait, & magis
dilectum apud me est administratio clysterium. Id ipsum quoque ex Gal. hic habetis. Et ratio forsi
tan est; quia ea medicamenta, si minori copia dederimus, aut nihil, aut parum faciunt, & sæpe pluri
mum conturbant: sin autem maiori, sæpe vim soluendi assequũtur, & hac ratione mouent. In psen
tia uerò nemo ferè medicus non exhibet his febricitantibus bolum cassiæ, aut mannę, aut aliud id B
Lect. genus medicamentum. Et cũ hæc iam multo tempore inualuerit consuetudo, non solũ apud vul-
lxviii gares medicos, sed primarios etiam, & celebres, & tam diu perdurauerit, si omnino mala esset,
sponte sua iam concidisset. Quare putandum est, tot, tantósque medicos, qui eam sequuntur, ali-
quam habere rationem, cui innitantur. Est itaque & hoc notandum, quod diuersa ratio victus, quã ho
mines varijs temporibus, & regionibus sequuntur, in causa quandoque est, vt varietur medendi
ratio. His. n. temporibus intemperatiores sumus, quàm prisci illi essent. Vnde corpora etiam plerũq;
his temporibus magis excrementosa sunt, & cruditatibus in ventriculo, & intestinis scatent. Nam
priscis tẽporibus semel tantum ad saturitatem comedebant, & id in cæna: prandium verò illis erat
veluti ientaculum. Hac vero tempestate, qui continentiores sunt, in prandio, & cæna replẽt se: alij
etiam manè tempestiuè, & inter cænam, & prandium. Et hac ratione rarò admodum nobis offerũ
tur exquisitæ tertianæ: frequentissimè aũt nothæ. Cũ ergo clysteres ad ventriculũ, immò ad graci-
lia intestina pertingere nequeant, iõ sæpissimè hac de causa leni pharmaco vẽtriculũ mũdare ab ex
crementis his crudis, expedit, ne interim dũ cõcoctionẽ expectamus, à calore febrili fusa ab aperiẽti
bus medicamentis; quibus semper propter obstructiones in putridis febribus vtimur, in uenas di
gerantur, & obstructiones augeant: cui rationi, si eis prudenter medicus vtatur, experientia, felix- C
que successus astipulatur. Medicamẽtorum verò genus alterum, quæ propriè purgantia, & attra-
hentia sunt, multos habent ordines. Alia. n. valida sunt, & quæ vim multam habẽt, vt sunt scamo-
nium, colocynthis, elaterium, veratrum, & id genus alia. Quędam verò faciliora sunt, & magis do
mestica, vt sunt, absinthium, rhabarbarum, sena, aloe, epithymum, & eiusmodi alia. Valentiorum
illorum vsus medicis nullis probatur in eiusmodi exquisita, & syncera bile, nisi, si quando materia;
vel morbus sit turgens, qui in tertiana intermittente, vel nũquam vel rarisimè turget. Turgẽt. n.
propriè morbi acuti. Non potest verò turgere, cùm extra venas putrescit. Omnis enim vehemens
motus, & confertim factus, nocuus est in hoc morbo; cùm calefaciat, & calorem accendat. Præterea
verò medicamenta eiusmodi omnia magis in his febribus calefaciendo, & exiccando lædunt, quàm
vacuando (vt dixit Gale.) prosint. Facilioribus autem, (vt vsus est Gal. absinthio) non video, cur nos
vti non debeamus; postquàm apparuerit concoctio. Cur non ita & rhabarbaro. Nam si oppo nas
calfacere; & exiccare, & astringere: Itidem & de absinthio dicam. Neque enim dubium est, quod ipse
pontico vtebatur quod erat nostro magis astringens, & minus calefaciens. Vnde sicut absinthiũ
dat madefactum ex aliqua potione: Ita nos rhabarbarum ex aliquo decocto leniente, et refrigeran
te, vt ex tamarindis, prunis, ziziphis, additis manna, & syrupo solutiuo rosaceo, vel violaceo, exhi D
bere possumus, & huiusmodi alia medicamenta, quæ nullam habeant insignem caliditatem, vel
siccitatem: vel si habeant, vt sena, & aloe, paucam habent, quam, si ex arte parentur deponũt, saltẽ
quantum nocere potest. Experientia. n. quæ omnium rerum & artium tandem magistra est, et fun
damentum, rectè ita agi quotidie nobis demonstrat. Quare, vt non oportet nimis esse procliues, &
audaces in medicamentis dandis, quæ vim soluendi habent. Ita neq; adeò superstitiosos; & cortici
verborum; ac sententiarum illorum antiquorum hærere, vt putemus alienum; & à ratio-
ne, & ab eorum decretis omnino esse, per hæc medicamenta in his febribus bilem purgare
cùm natura ipsa spontè eam non vacuat. Sed posterius de hac re sermonem, & quęstionem
instituemus. Redeamus in præsentia ad nostrum institutum, & ijs, quæ hactenus exposita sunt,
addamus hoc, quod apprimè est necessarium: Id verò est quod mihi quidem nũquam eorũ sententia
pbata est, qui his, licet leuioribus, medicamentis ante concoctionẽ apparẽtem vtuntur. Nã (vt vos
potestis obseruare) Galen. in absinthio exigit concoctionem. Quantò ergo magis in alijs illa exi-
genda est. Vnde mihi meritò ab Auic. ij reprehendi uidentur, qui quod tenuis esset biliosus humor,
putabant, illum nulla expectata concoctione esse uacuandum, vel in principio. Quia cùm medicus
sit

A fit naturæ imitator, & uideat naturam nunquam rectè, & feliciter in uacuando agere ante con-
coctionem in iudicandis morbis: neque debet ipse uelle, plusquam natura potest. Vnum ta-
men addit Anic. ꝙ mihi magna consideratione dignum uidetur; quamuis obscura admodum sint
uerba eius. Ait.n. similiter, quando times, ꝙ sit ægritudo furiosa, & facis illud, erit illud, quod ac-
cidit de errore, si accidit, minusquàm aliud. Sensus autem eorum uerborum talis est, ꝙ si aliquan
do ratione aliqua adductus ante concoctionem euacuaueris per medicamenta, & ratio illa nõ om-
nino uera sit, sed quæ te errare faciat: error minor est, qui cõmittitur in hac febre uacuando, quàm
in alijs febribus. Quia bilis exquisita tenuis, & admodum ad motum facilis est, vt minori molestia,
& facilius uacuari possit. Quòd si quæras, ecquænam potest esse ratio, quæ me in hunc errorem
adducere possit, ut uacuem ante apparentem concoctionem? Timor inquam, & suspicio, ne tan-
dem febris hæc fiat turgens, & materia, quæ nunc uidetur quieta, fiat mobilis, & demum aliquod
insigne afferat periculum. Sola enim turgens materia solet medicum ante concoctionem ad ua-
cuandum impellere, ut Hippoc. tradidit. Ex quibus uerbis unum potestis elicere, quod satis aper-
te innuisse Anic. uisus est: nimirum id, quod aliàs in nostris priuatis exercitationibus de febre pe-
stilenti protulimus. Nẽpe ꝙ sicuti cũ morbus magnus est, uena secanda est: Ita secandã esse uoluit
B Gal. cũ dubitamus, ne magnus fiat. Pari rõne, vt turgente materia, purgandũ esse uoluit, non expe-
ctata cõcoctione: Sic dicebamus nos purgãdũ eẽ, quãuis nõdũ turgeat, uideat tñ fore, ut turgeat. Nã
cùm ait, qñ times, ꝙ sit furiosa, id non refertur ad præsentẽ febrẽ. Quia nullus unquã dixit, ꝙ exqui
sita tertiana, dũ intermittẽs est, possit esse turgẽs, uel furiosa: qm̃ esset morbus acutus, & magnus.
Potest tamen, ut sæpe uidimus, esse in initio intermittens, & fieri deinde assidua, & transire in ma
gnam, & acutam febrem, & præterea turgere. Etenim cùm expellitur bilis extra uenas, non potest
amplius turgere. Hęc diximus, quia nostra hęc sententia Romæ à quibusdam medicis fuit derisa,
ut uideatis, ꝙ & Auic. auctor non omnino contemnendus, in nostram inclinat sententiam. Quam
nos contra medicos illos defendimus, etiam ex Hippo. & Gal. & literis mandauimus nostram de-
fensionem, quàm uestrum uidere multi. Postquam autem Anic. meminimus hoc etiam ijs, quæ
superius exposita sunt, addamus, quod mihi uidetur quàm maximè utile propter medicamenta,
quę in plurimo usu ueteribus nostris fuere, sunt etiam multis in præsentia. Auicen. enim quamuis
medicamẽta soluẽtia, quę acria, & ualida sunt, deuitãda esse dixit, & ante, & post concoctionem in
hac febre; ut pote quæ omnino huic generi febris sint aduersaria, tùm calore & siccitate, tùm ue-
rò uiolento motu. Attamen scamonij meminit non semel cum alijs medicinis leuioribus commi-
C scendi. Nostri ẽt & medici electuarijs ab illis uocatis medicamentis, quæ accipiunt scamoniũ, in
hac febris differentia passim ferè utuntur: sicuti electuario appellato rosaceo, uel ex succo rosarũ,
& eo, quod à Mesue descriptum reperimus, & illo, quod à Nicolao, & illo quod ex prunis confi-
citur, & quod ex sebesten: quę omnia accipiunt scamonium. Vnde si quis illis etiam modestè uo-
luerit uti cum aliis medicinis lenibus, ac lenibus, neque is error haberi potest, si rem rectè perpen
dere uelimus. Quandoquidem aliorum medicamentorum comparatione, cum quibus commiscen
tur, & à quibus retunditur acrimonia, & uiolentia ipsarum, ferè totum medicamentum parũ plus
quàm leniens euadit. Sicuti si drachma una, uel altera addatur unciæ pulpæ cassiæ, uel tamarindo
rum, uel tribus uncijs syrupi uiolacei, uel rosacei soluti, uix ipsum potest habere, ꝙ soluat; sed
potius adiuuat, & accelerat aliorũ operationem, quę per se alioquin tardè, & debiliter cient aluũ:
præsertim uerò, ubi quis illam astrictam, & solutu difficilem habeat. & sępe medicamenta illa oĩno
lenia; mouent, & turbant, cùm postea, aut nihil, aut parum purgent: quod non est leue incommo-
dum. De uacuatione ergo postquam satis, superque locuti sumus, qui erat secundus scopus propo
situs, priorem tractemus, qui ostendebat, quàm maximè fieri poterat, esse refrigerandum, & hume
ctandum, nimirum eadem disquirentes, quę de euacuatione disquisita sunt. Vt primum de instru
D mentis agamus, quibus infrigidandum, & humectandum est. Postea de congruenti, & opportuno
eorum usu. Duo ergo instrumenta sunt, quæ huic refrigerationi & humectationi apposité deser-
uire possunt: Victus sanè ratio, & congrua medicamenta, tùm exterius administrata; quàm inte-
rius ingesta. Sed prius de uictus rõne agendũ: Postea uerò & de aliis. Cùm aũt uictus rõ cõprehẽdat
rectũ earũ rerũ usum, quæ non naturales à medicis nostris nuncupari solẽt. Ciborum quidẽ, & po
tus particulatim meminit; ob id, quia horũ materia plures hẽt differentias. Reliqua aũt quinq; ut
pote quę simpliciorem rationem habent, ex relatione ad cõem oĩum horũ scopũ percipienda reli
quit. Cùm.n. scopus oĩum cõis sit, refrigeratio, & humectatio: nemo nõ uidet, aerẽ frigidiorem, &
humidiorem esse eligendum, & ægrotantem reclinandum esse in cubiculo frigidiori; aeremq́ ue
frigidiorem reddendum aspersa aqua frigida per cubiculum, instratis herbis refrigerantibus, folijs
que, & floribus, & fructibus. Et quia exercitatio calefacit, & exiccat: exiccant etiam uehementes
animi motus, & calefaciunt etiam, saltem inter initia: Ideò procurandum, ut animo, & corpore,
quantum fieri potest, quiescat. Importuna etiam uigilia exiccat, & calefacit: Idcircò ab ea cauendũ,
& somnus opportuno; & congruo tempore conciliandus. Et hæc est ratio compendiariæ doctri-

næ

nę. Persequamur itaq; rationem cibi, & potus in his febribus: primumque de potu agamus. Quia A ea quæ nisi ueniunt in potu, cum illis, quę hactenus tractata sunt, maiorem habent affinitatem. Vinum enim quòd familiarissimus nobis potus est, & potus est, & non minus rationem medicamenti habet: Quatenus enim alit, & sitim extinguit, accommodatus potus est: Quatenus verò potest obstructiones aperire, sudorem, & urinam, & excretiones reliquas promouere, & concoctionem humorum crudorum iuuare rationem medicamenti subinduit. In uino itaque exhibendo, utrunque seruare oportet, & quatenus potus est, & quatenus medicamentum: Quatenus potus, ut id eligamus, quod refrigeret, & humectet. Vnde uina omnia potentia, & (ut græci aiunt) ἀνώδ. hoc est uinosa, tanquam aduersaria fugere oportet, atque adeò etiam magis antiqua. Nam plurimū calefaciunt, & non parum etiam desiccant. Vinum autem illud eligendum, quod album est, quod tenue, quod aquosum. Hęc uina à græcis ὀλιγόφορα, quasi paucifera dicas, appellantur. Refrigerant autem, & humectant, citoque distribuuntur. Et hoc quantum ad electionem uinorum pertinet. Dicamus præterea de tempore illud exhibendi, & de copia, uel mensura, cùm id uim etiam medicamenti habere diximus. Potest enim (ut hic Steph. ait) fundere humores, & eos uel crudos distribuere, & obstructiones augere. Præterea uerò & omnes excretiones mouere. Quod in initijs non admodum opportunum est, quia motus concoctionem impedit, quę præsertim quiete perficitur. B Ac proinde in initio morbi prorsus à uino quocunque sunt arcendi ægrotantes (ait Gale.) donec signa concoctionis nulla apparuerint. Quia cum iam morbus coqui cœperit, uinum potest concoctionem iuuare. Idem nanque Gal. hoc testatur quarto de Tuen. san. ꝙ uinum semicrudos humores concoquit. Si quęras, interim uero, antequam morbus incipiat concoqui, qualis potus erit febricitanti offerendus? nam neque ille interea conficiendus est siti. Potus illi congruens erit aliqua ex potionibus superius relatis: ut sunt aqua hordei, uel simplex, uel ex saccharo, uel aqua mulsa, uel aqua simplex ex saccharo, uel oxymel plurimum, & ex multa aqua dilutum, uel syrupus acetosus eodem modo. Nunc autem potum consuetum habent, ut aqua multa diluatur iuleb appellatum, uel rosaceum, si maiorem aliquam rationem uentriculi habere uoluerimus, aut uiolaceum. plerunque gratior is potus est febricitantibus. Aquam uerò simplicem, & sine ulla mixtura, quę facilem eius distributionem faciat, detestati sunt Hippo. & Gale. primo de Rat. uic. in acut. mor. ut pote quæ cùm in uentriculo, & intestinis plurimum immoretur, sæpe ibi corrupta, & putrescens bilescit. Cùm autem iam est dandum uinum, liberaliter, an parcè dandum? Inter initia cùm dandum est, paucum, & parcè dandum. Nam hoc modo adiuuabit quidem concoctionem, dum non uim plurimam afferet, neque multam potest in nondum exquisitè coctis humoribus motionē ciere. quæ C concoctioni obsit. Inclinante autem morbo, cùm, cocta materia, eius excretioni incumbat natura, liberalior uini usus, eo tempore utilis erit; ut pote quòd excretionem plurimum adiuuat. De

Lect. LXIX. cibis uerò sermo eundem itidem scopum habeat; ut illi eligantur, qui possint refrigerare, humectareque, sed sint coctu faciles. Febris enim quęcunque concoctricem facultatem imbecilliorem reddit, ut cibos oblatos, nisi faciles concoctu sint, nequeat conficere: cruditas uerò morbum auget, auctis obstructionibus. Hæc quidem in uniuersum. Particulatim autem in cibis diuersis eligendis hoc imprimis considerandum est, ꝙ necesse est, uarium esse medicum pro uarietate naturę consuetudinis, morumque hominum, quos curandos suscipit. Necesse etenim est, ut sæpissimè ac commodet se naturæ, & institutis eorum, qui curantur, modestè tamen. Et cùm multi, & diuersi sint ægrotantium status. Nam & pueros, & adolescentes, & adultos curandos habemus, diuites, & potentes, delicatos, qui sibi nimis indulgent. Et pauperes, obedientes, & seruos, qui omnia, quę præscribuntur, agere parati sunt. Pro ratione tantæ diuersitatis, oportet medicum uario modo se genere. Etenim si curam habeat alicuius, qui delicatulus minimè sit, sed prudens, & seuerus uir, paratus in omnibus parere, quæ rectè sint instituta, & omnia patienter ferre: facilis illi erit institutio uictus. & si in arte Hippocratica fuerit eruditus, eius exquisitam rationem sequetur, & usq; D ad consistentiam, & iudicationem febris, non utetur alio cibo, nisi, aut cremore ptisanæ, aut ptisana, uel (ut alias sępe monuimus) pane loto, & deinde cocto ex aqua, uel macerrimo & lenissimo iure gallinacei pulli; & si parumper sacchari ad gratiam conciliandam, addiderit; neq; id oberit. At uerò si febricitans, aut puer, sit, aut adultus, scilicet mollis, & delicatus, pertinaxque, & is, qui sibi indulgeat, cum quo si contendere uelis, ille irascetur, turbabitur, impatientior, & inobedientior euadetur: cogitur medicus nonnunquam uel inuitus condescendere, & aliquid illi indulgere. sed id quàm maximè procurandum, ut quàm minus possumus, simus in illis liberales, quę plurimum nocere possunt. Vnde omnino salsa omnia interdicenda, acria quoque, ut sinapi, sed & mel, quia facillimè in uentriculo bilioso, & iecinore calidiori uertitur in bilem. Concedenda uerò sunt, quæ magis ad primarios scopos attineant: quæ uidelicet, & refrigerent, uel saltem non calefaciant, & desiccent. Quapropter in ferculis alica, uel far, probè elixum, & paratum, ut ptisana, conueniet. Qui quidem cibus illis accommodatissimus, in quibus cibus ob calidam uentriculi intemperiem, & bilem in eo residentem corrumpitur, maximè enim corruptioni, & extraneo calori

A lori resistit. Ex piscibus autem illi, qui in alto mari inter scopulos capiuntur concedi possunt.
Hi enim carnem habent, quæ alimentum frigidius, & humidius præstant, & omnino bonum: cùm
tenera sit, concoctu facilis, & omnibus ferè uacans excrementis; ob id, quia ex allisione aquarum
ad scopulos coguntur continenter moueri. exercitatio verò consumit excrementosum humoré,
concoctionemque, & natiuum calorem fouet. Non docet autem, qua ratione coquendi: Quoniā
omnibus in vsu erat, vt ex iure albo elixarentur: quod parabatur, aquæ addito modico sale, & oleo;
præterea anetho, & porro. Concedit insuper carnes volatilium, quæ molliores sunt; ut quę chor-
tis appellantur: sicuti sunt pulli gallinacei non adulti, sed parui. Præterea & carnes iuuenum pha
sianorum nondum adultorum. Cùm enim grandiores sunt, durescunt magis. Quo tempore autem
tales haberi nequeant, alæ maiorum dandæ sunt, eadem ratione, (ait Steph.) qua & saxatiles pisces
tenuiores enim sunt aliorum carnes, & minus excrementosæ, quia sæpius exercentur, & mouen-
tur. Sed & hoc addit, quod vbi ventriculus nimio calore æstuat, optimę sunt alę comestæ. Cùm enim
multis neruosis partibus constent, facilius resistunt calori extraneo, & non ita facile corrumpun-
tur. Et testiculi præterea gallorum humidius, & frigidius exhibent alimentum, & minimè excre-
mentosum, ac concoctu facile. At meliores sunt eorum, qui venerem nondum sunt experti. Ex
B quadrupedibus, (dicit Gal. in lib. de Aliment. facult.) sicuti suum carnes aliorum carnibus melio
res sunt: Ita eorum pedes alijs aliorum eadem ratione probantur in his animantibus; quia magis
exercentur; & quia alimentum ex illis, vt pote qui neruosi sunt, frigidius est, & ex lentore. dum eli
xantur, humidius. Possunt eorundem & cerebella concedi, si ventriculus, neque supinus fuerit i
(nam stomachum mouent) neque pręterea fuerit in coquendo infirmior. Animalium enim cere-
bra non facilè coquuntur, vt ibidem testatur Gal. Ex illis adultis ergo has partes dari concedit.
Ex iunioribus autem, & carnes. Nam suilla caro bonum quidem alimentum generat. Verùm eger
valentiori ventriculo, vt coquatur. Vnde congruens cibus est eorum, qui exercentur. Facilius au-
tem coquitur, quò iunioris animalis est: Et ideò adultorum carnes dare non audet, sed porcellorū.
Pręterea eas liquefieri ait, hoc est maximè elixantur, vt ferè colliquentur per elixationem. Nam ita
concoctu faciliores erunt, & humidum alimentum præstant. Sed & sorbilia oua, vt quę neque æ-
grè concoquantur, neque ea natura sint, vt calefaciant, perinde vt ptissana (ut idem in lib. de Med.
facil. par. docuit, & secundo de Comp. med. per loc.) ea tamen sine garo danda esse ait; sed potius Cap. I
cum melle. Nos autē sacchato potius condiremus. Et ex ouis vitellos præfert, cùm sint albumine
faciliores coctu. Cęterùm si sit necesse fructus aliquos concedere: Primum, ne simus nimis libera-
C les in eorum vsu, monet; cùm ait, permittendum esse, vt gustent eiusmodi fructus, qui æstiui, &
autumnales sunt: non autem, vt liberaliter eis vescantur. Nam si modicè comedantur, possunt
quidem refrigerare, & humectare, & ea ratione prodesse, neque etiam lędere; quanuis non bonū
succum generent: quoniam paucus ille est, qui facilè, dum paucus est, ab innato calore superari po
test, & corrigi. Sed cùm copiam fructuum ingerimus; quia facilè putrescant, præsertim verò in vē
triculo malè à putrido calore affecto; corrumpuntur illi, & degenerant in vitiosos humores, qui
febrem augent, ac fouent. Deinde verò, vt ab eis caueamus, præcipit, quæ ægrè à ventriculo confi-
ci, & coqui possunt. Ægrè autem coquuntur amygdalæ, nuces auellanæ, iuglandes, mala etiam co-
tonea, & pyra, cæteraq; mala; quæ dura, & acerba sunt; nisi igne probè cocta sint. Et quatenus mea
fert opinio; licet Auic. cucumerem concedat: mihi tamen non admodum probatur, cùm haud
facilè concoquatur. Dum enim crudus humor generatur, pręterquam quod obstructiones parit, faci
lè etiam putrescit. Et hæc quidem ad qualitatem ciborum pertinet. Sed & quantitates suam esse
rationem habendum exibendi cibi affirmat: quæ quidem nequit omnino particulatim definiri;
cùm non sit omnium vnus, & idem modus, quippe cùm ex ætatibus, temporibus, regionibus, na
turalibus temperamentis, & consuetudine varietur modus, & quantitas cibandi. Hoc tamen im-
D primis seruandum, vt non nisi quantum possit febricitans probè, & facilè concoquere, exhibea-
tur. Cruditas enim excrementa auget, quę vt per circuitum gignuntur; ita (vt Steph. ait) per cir-
cuitus febrem, & augent, & fouent. Tempus autē cibo exhibendo opportunum est, interuallum;
quando corpus febre vacuum est, seruandumque hoc est, vt in die accessionis parcissimè alamus.
Et si tempestiuè cibus ante accessionem dandus est, id adeò tempestiuè fiat, vt superueniens acces
sio inueniat (vt monet Auic.) ventrem vacuum: confecto videlicet, & distributo alimento. Alte-
rum verò instrumentum, quo transmutanda est intemperatura, ad medicamentorum genus per-
tinet, ad eam scilicet illorum differentiam, à quibus non vacuatio, verùm refrigeratio, & humecta
tio petenda est. Ea verò partim exterius administranda sunt: partim interius. Exterius quidem ad
hibentur balneæ, fomenta, illinitiones. In balneis primum locum obtinet, & præcipua sunt ea,
quorum superius meminit Gal. ex aqua dulci. Sed quia de illis iam abundè dictum est, de alijs a-
gamus. Veruntamen est, quod Gal. neque fomentorum, neque illinitionum vllam fecit mentionem, &
hoc tùm propter breuitatem: tum præcipuè quia eo tempore balnea in tanto erant, & tàm fre-
quenti vsu, vt solis illis fuerit contentus, vt quæ vim maiorem cęteris omnibus habeant: & quia

:-I loca

loca commoda,& parata ad hunc vsum omnes ferè domi habebant. Nostris verò temporibus vsus balneorum fere obsoletus,& rarò accidit, vt habeamus, neque apta instrumenta ad hoc negotium, neque ministros peritos,& aptos. Ideò alijs agimus medicamentis. Nam fouemus præcordia, in quibus (vt antea diximus) ferè fomes vniuersus febris huius continetur, decoctis ex refrigerantibus herbis,& sunt illæ, quarum meminit hic Gal. vt lactuca, malua, endiuia, cichorium, rumex,& id genus reliqua: præcipuè verò endiuia,& cichorium,& oxylapathum, quod nunc acetosam vocant. Dextro autem precordio congruunt fomenta hęc, iecinoris ratione. Interdum verò succo harum herbarum vtimur. Illinitiones autem, quę his temporibus veniunt in vsu, sunt infrigidans Gal. quod ille ceratum infrigidans appellat. Pręte rea & vnguentum rosatum Mesue appellatum, ab eo in suo Grabadin descriptum: quod si frigida aqua lauetur, potentius erit in refrigerādo,& humectando. Quandoque vtimur oleo violaceo, vel rosaceo, non omphacino, sed communi: quę, cùm magis refrigerare volumus, ex aqua frigida lauamus, seu conquassata refrigeramus. Interius autem antiquitus, cibis medicinalibus pręsertim refrigerabant. Vnde superius multa olera comedenda proposuit refrigerantia, vt sunt lactuca imprimis, malua, atriplex, rumex, vel lapathum. His ego endiuiam,& cichoreacea omnia adderem,& acetosam appellatam, vel oxylapathū, boraginem,& id genus reliqua: pręterea & cucurbitā, quę in ferculis cocta non erit aliena ab hoc negotio. Aliæ verò vel in acetarijs, dummodò aceti, neq; admodum acris, parum inspergatur; aut oxymelitis, (vt capparas condiendos docuit Gal.) aut potius syrupi acetosi: vel, si decoquantur in iuribus, dari possunt. Quæ etiam in hunc locum distulimus; quia mihi videbantur potius medicamentorum, quàm ciborum rationem habere. Sed de hac febre satis superque diximus. Ad notharum curationem iam nos conuertamus.

Tertianæ Nothæ curatio. Cap. X.

Lect. LXX. IN ijs verò, quæ exquisitę non sunt, prouidendum est pro viribus, ne morbus augeatur, ne ve ægrotantis vires &c. Quę sit notha tertiana, vel spuria,& cur notha dicatur,& quot in ea differentiæ, vel diuersitates reperiri possint, non modò ratione,& verbis superius expositum est, sed & exemplo, si meministis, demonstratum Vnde in his repetendis non est amplius tempus conterendum. Sed statim ad curationis rationem explanandam accedendum. At verò quoniam plurima curatricis methodi pars à natura affectus curandi accipitur. Tertiana verò notha ea ratione qua tertiana est,& in eodem genere est cum exquisita tertiana, tandem etiam, si non omnino, magna tamen ex parte subit rationem curationis. Quatenus autem notha est. (Est autem notha; quia non omnino eius rationem,& similitudinem seruat, sed ab ea euariat,& in materia, in qua accenditur,& in modo caloris,& in symptomatibus,& accessionibus,& temporibus; atque id, non eodem semper modo: sed magis,& minus materia, ex qua excitatur, ab exquisita,& syncera bile recedit.) Eatenus, etiam curationis ratio diuersa est,& in victus ratione,& cæteris remedijs. Cùm ergo bilis, vnde hęc febris accenditur, crassior sit, quàm exquisita bilis: siue modò crassitiem habuerit per assationem bilis exquisitæ, sine per mixtionem alterius humoris, vel pituitæ, (quod plerunque accidit) vel humoris melancholici: Inde omnino contingit, q & accessiones fiant longiores, febrisque vniuersa diututnior, neque vehemens adeò sit illius incendium. Vnde quantum ad indicationes à natura morbi, itemque à natura,& causa febris depromendas attinet, dispar est ratio. Quoniam neque, tanta est refrigerationis, neque humectationis necessitas, sicut in exquisita: tùm quia neque tantus calor: tùm verò, quia humor, qui tenuissimus erat, si crassior ex refrigerantibus,& humectantibus reddatur, atque ita ad quoddam temperamentum in calore,& siccitate, necnon in crassitie deducatur, facilius à natura regetur,& à medico, cùm opus erit, educetur. At bilis notha, vt pote quę crassior sit, si plus incrassetur, difficilior ad concoctionem, digestionem,& vacuationem reddetur. Quare indicatio refrigerationis longè minor: maior verò vacuationis, quàm in exquisita: quantò videlicet erit humor crassior. Sed & victus ratio, quæ fundamentum ferè est præcipuum curationis, ab ea non parum euariat, quę tertianis exquisitis apta est,& in qualitate,& in quantitate; præsertim quatenus ad cibum pertinet: nec non & ordine, vel tempore exhibendi. Verùm vt, de hoc primùm agamus, nempe de cibo,& potu, vel de alendo ipso ægrotante: quædam sunt imprimis consideranda, quæ in vniuersum in morbis omnibus, pręsertim verò materialibus, pręcipua sunt in iudicando: nimirum vires ipsę laborantis corporis,& morbus. Hæc autem duo inter se aduersaria sunt,& mutuò se oppugnant: Atque vt ia duersaria sunt: ita & ab eis depromptę indicationes inter se aduersantur. Alterum quidem nempe vires, cùm ab eis sanitas,& vita pendeat, indicat, quòd earum custodia,& conseruatione præsertim sit opus. Alterum verò, vt potequod ui,

A tæ, ac sanitatis hostis sit, indicat, q̄ meretur expelli. Immò vires, & natura ipsa, quantum potest, illum destruere contendit: sicut morbus ipse ex aduerso naturam oppugnat. Verùm licet hæ sint præcipuæ res in indicando: Non tamen indicationes ab his rebus semper eandem vim habent: sed inter se comparatæ oppositam ferè rationem habent. Quia quò vires imbecilliores sunt, & langui diores, eò indicatio ab illis deprompta vim habet maiorem, & magis vrget. Quò verò validiores, & fortiores, eò indicatio ab illis desumpta minus medicum vrget, & minorem vim habet. Morbus autem contra, vt est maior, & deterior, ita, & sua indicatio fortior est, & vim habet maiorem: Vt leuior, & facilior: ità & minorem vim habet. Nec modò hac ratione pugnantes inter se sunt hæ indicationes, sed, & alia. Quandoquidem illud, quod vni prodest, alteri est noxium: sicuti. v. g. cū valida est à viribus indicatio, illi cibo satisfacimus. vires enim alimento seruantur, & reparantur vel augentur. Cibus verò noxius non parum est, si morbum respiciamus: quia morbum auget, pro rogatque. Vnde Hippo. secundo Aph. ait, Non pura corpora quantò plus nutries, tantò magis lædes. Corrumpitur enim (subdit Gal.) adueniens alimentum corpori malos humores habenti. Ne que hac solū ratione nocet, verū & alia, quam hic Gal. refert. Quoniam concoctioni morbi impedimento est. Dum enim natura, cuius instrumentum est calor insitus, cibum concoquit, nequit in aph.10

B terea morbum coquere; cùm tamen superari nequeat eiusmodi morbus, nisi per concoctionem. Ideo Hippo. primo Epid. com. secundo ait, Concoctiones celeritatem iudicij portendunt, certamque salutem. Gal. verò inquit, concoctiones fiunt natura causas noxias superante. Vnde quantum spectat ad curationem morborum, inedia esset opus: at illa viribus inimica est, quę (vt dixi) alimēto seruantur, & reparantur. In his igitur angustijs maximè prudentia, & iudicium medici, non modò in curandis his febribus desiderandum est; verùm & in omnibus morbis ex materia ortū habentibus Nam cùm cibus concoctioni morbi impedimento sit: vbi crudior, & concoctu difficilior, neque magis rebellis materia; quantò fieri potest parcius alendus est ęgrotus, quia natura, in coquendo magis laborat. & eapropter quò minus fieri potest, ab eo opere diuertenda est. Quantum autem id fieri possit, ostendunt vires. Cum enim valentes sunt, facilè, & sine molestia tenuē victum ferunt. At verò cū in ipsis omne momentum in morbis curandis situm sit; immò & uita: Ideò illis statim succurrendum est. Totum ergo hoc negotium consistit in pensitatione, & collatione horum duorum. Sed & his addendum illud est, q̄ non modò perpendendæ sunt vires pręsentes sed & futurę considerandę. Nam pueri pleniorem victum requirunt: non tantum propter pręsentes vires, sed magis propter futuras. Cū enim eorum substantia magis, & facilius dissoluatur conti Com. 44.

C nenter à proprio calore; si tenuiori victu in morbis tractentur: facilè vires in illis concidunt. Hac ergo de causa ad ętatem, ad temperaturam, ad tempus anni, necnon ad regionem, prętereà ad consuetudinem respiciendum est. Sed neque minus ad naturam morbi respiciendum. Quia in diuturno morbo hoc imprimis considerandum, an uires hę vsquead vigorem talem victus rationem tolerare possint, quin concidant. Et propterea primo Aph. dixit, q̄ tenuis, & exquisitus victus in diuturnis morbis omnibus periculosus est, & paulò post, Coniectari autem oportet, an ęger, cum tali uictu sufficiat perdurare, vsque quò morbus consistat. His itaque consideratis prudens medicus ab his difficultatibus se eximet. In copia ergo, & parcitate cibi exhibendi hæc erunt consideranda. At quatenus ad tempus pertinet, ait Gal. si alternis diebus, illis videlicet nempe, in quibus febre vacuum est corpus, alatur ægrotans, nihilque die accessionis offeratur, satis illi erit. Vbi considerandū est, q̄ biliosæ naturæ à nimia inedia, & fame lædūtur plurimū; ita vt sæpe in animi defectū ea de causa incidant. Præterea verò illi, qui tenuioribus humoribus refertū corpus hēnt, cum facilius, & plus hi digerantur, ēt ex inedia consumuntur, & uirium casui obnoxij sunt. Vnde in exquisitis tertianis non indixit integram in die accessionis inediam: Indixit autem in tertianis nothis; vtpote quę ex crassiori humore, & cum pituita mixto ortum habeant. Cui & hoc accedit, q̄ Aph.4 Aph.5

D accessio tertianæ nothæ longior multò est, quàm exquisitæ: ita, vt difficilius sit arripere commodā occasionem cibi offerendi. Præterea uerò materia crassior (vt sæpe in prioribus lectionibus diximus) magis occupatum detinet calorem naturalem, & non ita facilè ab illo superatur. & proinde plus cibus lęderet in his febribus, concoctionem morbi magis impediens, quàm in exquisitis tertianis. Sed & cibus, cùm vim habeat humectandi corpus, & si sit accommodatus, etiam refrigerandi quæ ad primarium scopum in curatione exquisitæ tertianæ maximè pertinet: Ideò neque adeò in illis noxius est. Addamus, q̄ in tertianis nothis cum bile est insignis pituitæ copia. Pituitosa verò corpora facilius inediam possunt perferre, immò utilis illis est. Quia cū natiuus calor fomento ex alimentis destituitur, conuersus ad pituitam, illam concoquit, ac in sanguinem, quo deinde alitur, conuertit. & ita facilius famem, & utiliter perferr, ut hic notat Steph. Qualitas autem ciborum ea deligenda est, ut hi imprimis offerantur, qui coctu faciles sint: tùm ob id, quia crassior humor magis grauat, & occupat natiuum calorem, ut non ita mox alimentum, si sit coctu difficile, possit conficere: tùm verò, quia si ægrè coquatur, gignit crudam materiam, & humorem pituitosum, qui fouet, & auget causam morbi. Sed neque quatenus ad primarum qualitatum naturam

A nem,& quantum per eam fieri poteſt,eius malitia emendatur,quò minus deinde noceat.Quę om nia à natura primùm fiunt.A medico verò,tanquam ab eo, qui illam adiuuat,& illi miniſtrat in ſtrumenta,quibus facilius poſſit materiam ſuperare.Vnde medici officium eſt.Primùm, vt omnia impedimenta,quæ poſſunt naturam ab opere ſuo diuertere,auferat.Cùm verò eius proximum,& natiuum inſtrumentum ſint ſpiritus,& calor naturalis,qui vbi coguntur alteri muneri inſeruire, concoctionem deſerunt: Ideò procurandum imprimis eſt, vt quieſcant ægrotantes,& decumbāt; neque permittendi ſunt,vt aſſurgant,& ambulent. Omnis enim motus, tam internus, quàm externus: tàm corporis,q̃ animi concoctionem impedit.Vnde ira, mœror,ſolicitudo,cogitationes,& id genus reliqua concoctioni noxia ſunt.Deinde verò,vt nō ſolùm hoc præſtet, verùm & eam,vbi præ imbecillitate,aut difficultate ob rebellem materiam,deficit,adiuuet.Et hic, vbi de notha tertiana agit, potius hæc nobis documenta tradit,q̃ vbi de exquiſita agebat. Quia craſſior eſt materia,& quę difficilius à natura poteſt ſuperari in hac,quàm in exquiſita.Bifariam autem naturæ opē ferimus. Primum iuuando,& roborando natiuum calorem,qui concoctionis opifex eſt.Solet autem is eſſe imbecillior in notha tertiana : alioquin enim neque ea copia pituitę fuiſſet genita, ob quam reddita eſt bilis non ſyncera,& febris notha. Atque hoc præcipuè in ventriculum referen-
B dum eſt,cùm inde ferè occaſionem habeat pituitæ generatio.Et propterea foueri præcordia præcipit, rebus,quæ moderatè calefaciendo, robur addant calori natiuo earum partium, in quibus vis concoctrix ſedem primam habet,imprimis verò ventriculus.Fomenta enim hæc, pręter id, quòd (vt diximus) calorem natiuum roborant,digerunt,& diſcutiūt flatus excitatos ex pituita ab imbecilliori calore: qui diſtendentes ventriculum,concoctionem impediunt. Fomenta verò qualia eſſe debeant, nemo ex ijs,qui librum hunc explanant,expoſuit.Sed hic intelligendum,quòd ea ſunt ad miniſtranda,quæ non plurimum calida ſunt,præcipuè verò inter initia: tùm ob ipſam febrē, tùm etiam,quia vehementius calida digerunt,& diſſoluunt tenuiores partes;cùm uiolenter agant; relictis craſſioribus,& magis terreis,quæ deinde difficiliores euadunt ad concoctionem,& digeſtionem.Quare in his chamæmellum, roſę, anethum,abſinthium ſunt ſatis accommodata;ſi coquantur ex aqua: addito etiam aliquanto uino albo,non admodum auſtero, ſed tenui.Item olea ex iſtis herbis, vt eſt chamæmelinum, anethinum, abſinthinum: vt ſi chamemelinum oleū cum abſinthino, addita aliqua portione roſacei, miſceatur. Neque reſpiciendum eſt,ꝙ abſinthium prohibeatur in initio,& ante ſeptimam in his febribus.Quia aliud eſt,(vt diximus) ſi illud exterius adhibeatur: aliud, ſi deuoretur.Nam aſtrictio eius eſt neceſſaria, dum fouendus eſt ventriculus.Immò anethino,
C oleo, non vteremur ſolo;quia nullam uim aſtrictoriam habet:ſed commixto abſinthino.Poſtea iuuamus etiam naturam, materiam concoquendam reſpicientes, nempè vt rebus illis agamus, quę vitia eius emendare valeant,& nā ipſi ſint tanquam inſtrumēta. Vnde cum materia hæc ſit craſſitudinis,& lentoris particeps. Ideò paranda eſt attenuantibus,& incidentibus.Et proinde Gale.cibū cum attenuātibus, potumq́; ſuperius præcepit parandum,& condiendum, vt ſimul,& vim alimēti haberet,& medicamenti, laudabatq́ue incoqui hyſſopum, origanum, & ſpicam,& piper. De quibus forſitan dubitaret iunior,qui audiens,ꝙ inter initia ante concoctionem,ſi cienda eſt vrina leuioribus eſſe ciendā dicebat Gal.neq; manū admouendā illis,quæ inſigniter calefaciunt. hæc uerò omnia urinam prouocant,& inſigniter calefaciūt. Ad quam dubitationem rñdemus, oportere rō benè examinare,& aduertere modum loquendi auctorum. Nam dum parum piperis in multa ptiſſana incoquitur, adeò retunditur vis eius, tùm calefaciens, tùm prouocans, vt moderatum fiat medicamentum.Et eodem modo dixerim de hyſſopo, origano, & ſpica cum mulſa. Sed ut rem hanc ad vſum præſentis temporis deducamus, quibus medici ab arabibus auctoribus edocti,& ſi decoctis vtantur, frequenter tamen vſus eſt eorū,qui ſyrupi dicuntur, quod vocabulum Arabicum eſt,& potionē ſignificat. Vnde ineptire mihi videntur illi,qui aut grçcam, aut latinam ety
D mologiam iſtius vocabuli quærunt:ſicut & illis, qui non ſyrupos, ſed ſerapia appellant, nec qua ratione percipere poſſum.Sed redeamus eò, vnde diuertimus.Et de his agamus in iuniorum vtilitatem,& demittamus nos particulatim ad eorū captum.Verum, vt hæc facilius capere poſſint, hoc imprimis aduertendum,ꝙ non eſt iſtius febris omnino vnus modus,& vna ratio (vt ſuperius uixus eſt oſtendere Gal.)ſicut ſimplex,& vnica ratio exquiſita tertianę.Quia ſyncera,& exquiſita bilis ſimplex eſt humor, & ſimplicem, vnicamq́ue habet rationem.Spuria verò, bilis, quę oritur ex miſcella alterius humoris, variam habet, & multiplicem rationem, pro varia, & multiplici ratione mixturę, quatenus aliquando cum bile plus pituitę admixta eſt, aliquando minus: & interdum craſſior,& magis lenta pituita: quandoque minus craſſa, & minus lenta. Et propterea etiam ratio curationis varia eſt,quę à natura morbi,& materię depromenda eſt. Quapropter diuerſa etiam medicamenta à medicis ad hanc rem ſunt excogitata, & diuerſę rationes ſyruporum: quorum alij ſimpliciores ſunt: alij ex pluribus compoſiti: vt poſſimus ſatisfacere omni occaſioni. Nam alij magis incidunt, magis attenuant, magis detergunt, magis, uel minus calefaciunt. Incipiamus ergo à ſimplicioribus. Simplicior itaque eſt tum ſyru-

L pus

A sequi læsio, vt in hac: quia facilius humor tenuis, & minori molestia, quàm crassus, & lentus educi potest. Magis ergo expectanda est in hac febre concoctio, quàm in illa; & ea, quæ concoquunt & ea, quæ vacuant, ualentiora esse oportet. Quapropter in hac febre agendum quidem est clysteribus, non tamen omnino mollibus, sicut in exquisita; neque ita in his adhibendis, sicut in alijs vacuationibus, expectanda concoctio: quoniam eorum vis ad venas non pertingit. Accommodati itaque erunt acriores clysteres. Vt tamen, & hic consideremus, quòd clysterinm aciorum ordines sunt, & (vt aiunt) gradus. Alij enim alijs acriores, vel minus acres sunt. Quorum electio depromenda est, & à febris natura, & à natura corporis. Iam enim sæpius diximus, quòd in nothis tertianis multa penes materiæ rationem est diuersitas. Nam non semper bilis hæc eandem habet crassitiem, & lentorem. Vbi ergo lenta magis, & magis crassa bilis est, vel pituita, quæ illi miscetur, acriori etiam opus est clysteri. Vbi minus crassa, & lenta, minus etiam acri. Sed, & ętatis, & virium ratio habenda est. Pueri enim clysteres insigniter acres, & qui sunt infirmioribus viribus (vt ex Hippo. quarto de Rat. vic. in ac morbi haberi potest) non tutò clysteres fortiores tollerant. Quidam etiã sunt, qui suapte natura nõ possunt, uel leues etiã clysteres sine ingẽti molestia perferre, vt sępe aio deficiant. Clysteriũ aũt horũ varij sunt ordines. Nã sicut in exquisitis satis erat, aut mulsa,

B aut aqua bordei, aut decoctũ ex furfure, aut decoctũ ex malua, & folijs hærbæ violarũ. Ita in nothis fortiores erunt, si sal in maiori copia inijciatur, si mellis rosacei addantur vnciæ duę, si maluæ & violis betæ addideris folia. In his. n. multę sunt nitrosæ partes, quę uim habent attenuandi, & detergendi, & aliquã incidendi. Preterea verò, si & mercurialem, in qua soluendi est vis maior. Adhuc aũt erunt acriores, si inijciatur appellatum electuariũ lenitiuum, magis quoq; si hieram simplicẽ, & adhuc etiã magis, si iniiciatur hiera, quã iuniores hieram cõpositam Gal: præsertim pharmacopolæ, nuncupant, & est in vsu tñ in clysteribus, & interdum per hieram picram, ita absolutè prolatam, hanc intelligunt. accipit aũt agaricum, turbith, epithymũ, & colocynthin. Possunt autem & acriores fieri, additis corticibus agarici, & colocinthidis, & centaurij. Sed hæc rarò in hac febre in usu sunt; nisi interdum qñ adeò redundat pituita, vt conciter tñ soporẽ, vt comatosi, & lethargici quasi fiant, in quibus cogimur sæpe acerrimis clysteribus uti. Prudentia verò medici in hoc consistit, vt probè metiri sciat rationem humoris, ex symptomatibus emergentibus, ex ipso morbo perceptam, & illi accõmodare clysteres, aut acriores, vel minus acres, consideratis alijs coindicantibus, quæ paulò ante exposuimus. Verùm hic aduertendum, ut locum intelligatis Auicen. obscurum, qui non parum facit ad exquisitiorem intellectum eorum, quæ ad usum clysterium pertinent.

C nent. Ait enim, & cùm phlebotomaueris, non indigebis clysteri. Quòd in ijs affectibus, vbi erat opus sectione venæ: neque tamen illa fieri poterat: quia vel ea ętat natura laborantis, vt tutò illam non posset admittere, ut in mulieribus albis, & mollibus: præterea in prępinguibus, vel ætas nõ assentiebat: vel antea acta ratio victus prohibebat: uel quoniã nimia esset delicatulus, qui laborabat: utebatur Gal. clysteribus acrioribus, ad vacuandum, & reuellendum, vt ipse etiam pręcipit quarto de Tuen. san. quod & seruauit ipse quinto Meth. vbi iuueni Romanæ sanguinem expuenti, quæ ipsi se curandam tradiderat, sanguinem mittere eũ non esset aulus, quia inediam per triduum pertulerat, acribus clysteribus eam liberaliter vacuauit. Quare interdum hos clysteres administramus, vt vicem subeant sectionis venę. Vnde cùm venã secuerimus, non amplius opus erit nobis vel clysteribus ad hoc munus peragendum. Sed de his satis. Conuertamus autem sermonem ad aliud genus vacuationis. Quod & ipsum non ita exigit pręcedentem concoctionem. Quia vis istiusmodi vomitus, qui in tertiana notha nobis usui euenit, & de quo est sermo, non pertingit ad venas, vt possit materiam, quę in venis concoquitur, aut concoquenda est, mouere, vel agitare, & illi vim inferre. Vomitus ergo, qui facilis fit, nec multa violentia illata à medicamentis, quibus ciendus est, concitatus, adeò salubris est in hac febre, ut multi statim post vomitum liberi euaserint.

D rint. Vtilior verò, si post cibum creatur: tùm quia, cùm plenus est uentriculus, facilius prouocatur ad vomitum: tùm uel maximè, quia utilitas, quam consequimur ex vomitu, inde est quòd, simul cum cibo educitur pituita, quæ in ventriculo est. (Nisi enim congesta esset pituita non esset notha febris, neq; adeò prorogaret) dum. n. miscetur cum cibo, facilius educitur, quàm dum sola est, propter eius lentorẽ. Cui accedit, q̃ si cibi ingesti habuerint uim aliquã attenuantẽ, & detergẽtem, ut sunt tes salitæ, vt sunt olera attenuantia, & vim nitrosam habentia, vt beta, si origano, vel pulegio, uel hyssopo cõdiatur: attenuata pituita, & ea detersa à uentriculi tunicis, vi istorum ciborum, facilius cum cibo educetur. Sed & ea, quæ ad vomitum mouendũ dari in hoc affectu solent, ut oxymel, aut mulsa, in hoc iuuabunt. Neq;. n. eorũ vomitoriorũ nunc fit mentio, q̃ à longioribus partibus possunt attrahere: ut sunt, quę ex veratro parãtur, illis. n. esset error uti materia nõ exquisitè concocta. Aliud etiã vacuationis genus examinandũ est, quã per medicaměta, quæ per aluum interiorẽ purgant, moliri solemus. Et q̃a in his medicamẽtis, quę purgant, & facillimũ, & leuissimum medicamẽtum est absinthium, cuius & primũ meminit Gal. hoc loco: Ideò & ipsius mentionẽ prius faciemus: deinde verò, & de alijs. Sed primũ aduertẽdũ, q̃ q̃dã explanãtes hunc li- Lect. LXXIIJ

A manifestè concoctionis signa, fieri nequit, ut in quarta iudicetur: uerùm necesse est, vt ad septimam
periodum protrahatur. In tertiana autem notha nunquam ante quartam periodum potest conco-
ctio apparere: Ideò nunquam etiam ante septimam diem, sed semper post eam expectanda conco-
ctio, nempè post quartam periodum. Vnde cùm concoctio insignis non possit per sua signa appa-
rere, nisi post quartam periodum: Propterea neque poterit febris hæc in septem periodis iudicari:
Neque etiã erit absinthij congruus vsus, nisi post septimam. Quia neque signa concoctionis, nisi
post septimam possunt apparere. Citius autem, & tardius post septimã: sicuti citius & tardius ap-
paruerint concoctionis signa. Vnde in ea tertiana notha, cuius superius fuit facta mentio, quæ pro-
tracta est vsque ad sextum mensem. Vbi vsq; ad æquinoctium vernum ab autumnali nulla apparue
re indicia concoctionis, neque dandum erat absinthium. Hoc ergo noluisse Gale. putamus, nem-
pe, ꝙ non nisi post septimam sit congruus absinthij vsus; quia non possit aliqua concoctio appare-
re, quæ insignis sit, nisi post septimam. Sed ad vlteriora transeamus: in hoc enim satis, superque
vagati sumus. Quoniam verò (vt diximus) crassa hæc materia, vnde febris hæc excitatur, vt con
coctu difficilior est: ita & ad euacuationem ineptior: Ideò sæpissimè neque satis est solius absinthij
vsus: quamuis summopere iuuet; quatenus robur addit ventriculo plurimum in hac febre labefa-
B ctato. Quapropter ait Gal. expedire, in hac febre vti alijs etiam medicamentis, quæ vim habeant al
uum moderatè vacuandi; ubi concoctio iam percipi possit, & paratior sit materia. Ad quam parã-
dam, vt facilius vacuetur, oxymel multum iuuat. Multi enim maximum ex eius potu sensere bene-
ficium; vt pote quod citra calfactionem detergat, incidat, & attenuet. Sed de hoc dictum est supe-
rius. Reliquum iam est, vt dicamus de ijs medicamentis, quorum meminit Gal. cùm ait offerendũ
esse aliquod ex medicamentis illis, quæ subductoriam alicui vim habent, suntque familiaria. Sed
hic sistamus gradum; quia non modici momenti est locus hic, vt rectè percipiamus, quid sibi hic
voluerit Gale. per subductoria medicamenta. Fuere enim quidem, qui omni ope contendebant Ga
len. & antiquos medicos non purgasse febricitantes febre putrida medicamentis, quæ propriè
aluum soluunt; vna quartana excepta. In ea nanque purgationis per medicamenta explicitè memi-
nit, vt suo loco videbimus. Quod si illis afferas locum hunc. Respondent illi per subductoria me-
dicamenta, potius esse intelligendos clysteres: propriè enim illi supponuntur, & suppositi subdu-
cunt. Sed hi mihi delirare videtur, neque diligenter animaduertere, quæ à Gal. dicuntur, qui hoc
libro breuitatem, quoad fieri potuit, sectatus est. Vnde cùm superius de clysteribus egerit, non ui-
deo, cur sit opus idem hic repetere. Præterea verò, & series verborum Gal. si rectè aduertatis, indi-
C cat non de ijs, quæ per clysteres iniiciunt, sermonem haberi, sed de illis, quæ per os deuorantur.
Ait enim multos iuuisse oxymel epotum [illegible] inquit ipse græcè: Et subdit, Et aliquid ex ija
quæ mollier ventrem subducunt &c. Vbi manifestè apparet, ꝙ ad præcedentia referenda est oratio,
vt supplendum sit, Et aliquid ex ijs, quæ facilè subducunt, profuit epotum. Atque hanc istius loci
sententiam reliqui expositores secuti sunt, qui medicamenta, quæ epota, vel deuorata subducunt
intelligi censere. Immò græcus Steph. ait, hoc propriè significare antiquis auctoribus verbum il-
lud [illegible] nempe medicamenta, quæ per aluum moderatè euacuant. Et indicans, quæ sint, vel
qualia eiusmodi medicamenta subductoria modestè, refert polypodium, & alypium: quod ferè in
eodem genere est cum epithymo: item & mercurialem. Et hæc quatenus ad medicamenta simpli-
cia pertinet. Nam subdit, sunt verò & quędam composita, quibus iniiciuntur scamonium, & colo
cynthis, & agaricus, & elaterium. Quæ non carent dubitatione, & ambiguitate. Quo enim pacto
hęc inter moderata medicamenta recensenda sunt? quæ ex valentissimus sunt confecta medicamẽ
tis solutorijs, qualia sunt scamonium, colocynthis, & elateriũ. Vnde aliqua sunt hic cõsideranda,
quæ vtilia vobis esse poterunt, nec scitu indigna. Primum, ꝙ multa habemus in præsentia medica-
menta, quę familiaria, & modesta sunt, priscis illis temporibus, vel ignota, vel saltem non in vsu
D sicut cassia Ægyptia, rhabarbarũ, sene, quæ ferè & faciliora, & meliora sunt ijs, quorum meminit
Steph. Deinde verò, ꝙ interdũ medicamenta aliqua sunt ex simplicibus confecta, quę immoderata
sunt uiribus, & in purgando, & in facultatibus alijs: ipsa tamen, hoc non obstãte, moderata, & mi-
tia redduntur. Nam acria illa, & veluti effrenia medicamenta refrenantur, & mitescunt mixtura, &
quasi consuetudine cum alijs mitioribus, & familiarioribus medicamentis. Et hæc est vna ex præ-
cipuis vtilitatibus, quę adduxere medicos ad componenda simul plura simplicia in vnum compo
situm medicamentũ. Vnde Scribonius Largus in suo de Compos. medic. libello, cuius non semel
meminit Gal. referens compositioné hierę Pachij, quam [illegible] appellat, eã vel hac ratione
cõmendat, ꝙ quãuis ex virosis admodũ medicamentis cõficiatur, quę alioquin suapte natura ventri
culo aduersaria sunt: confectio tñ, & miscella eorũ vim ita lenit, & mitigat, vt medicamentum hoc
amicũ tandẽ ventriculo euadat, & (vt ipse ait) à supraq̃ quis credere possit, illũ confirmat. Et pro-
inde neque in nostri temporis medicos inuehi debetis, qui aliquãdo & medicamẽto, ꝙ diaphoeni-
con appellatur, ꝙ scamoniũ recipit, & eo etiam, quod ab auctore dicitur confectio hamech, vtun-
tur, & id genus reliquis. Fortiora enim medicamenta mitiora, & familiaria facta sunt recta

compositione. Cui assentiri,& subscribere visus est Gal.qui secundo de Rat.vict.in ac.morb.ait, A ꝙ pleuriticis,nisi ingens febris vrgeat,dare tutò possumus,nó modò veratrum,& peplium,verùm & medicamentum [illegible]. Sed & id animaduertendum,ꝙ multa sunt medicamenta,quæ quâtum ad ipsa pertinet,optima sunt,& rectè confecta,& ea sæpe nocere videntur.Quod tamen non ab ipsis medicamentis oritur,vt noceant.sed ex imperitia vtẽtis.Nam medicamenta propriè sunt instrumenta medici,& naturæ.Quæ perinde se hẽnt,vt reliqua artificiũ instrumẽta,quæ ipsa sola nihil agunt:agũt verò, quatenus ab artifice mouentur,& rectè quidẽ,si à perito:perperã aũt si ab imperito,& ignaro tractentur.Ita & medicamenta,si à perito medico,qui ea & morbis,& tẽporibus, occasionibusq;,prætetea tẽperaturis,ætatibus,& id genus reliquis nouerit accommodare,nũquã defraudãt medicũ,neque ægrotũ.Quòd si interdũ medicus, vel ægrotans sua spe defraudati fuerint, hoc semper ex errore cõtingit aut medici,aut ægrotãtis, aut ministrorũ. Postremus verò vacuationis modus est, quæ fit per angustos,& inconspicuos habitus totius corporis meatus: siue talis vacuatio sensus lateat: siue per sudorẽ,& manifeste fiat.Ad quã balneæ plurimũ faciunt, vt in præcedenti capite diximus.In his ergo maior est habenda diligentia , & cautio , quàm in exquisitis. Quia non tantum referebat concoctionem expectare in illis,quantum in his. Quoniam cùm materia ibi feruens esset,& tenuis,magis refrigerationem exigebat,quàm vacuationem. Neque etiam B si ui balneorum cruda adhuc natura in habitum corporis digerebatur; dummodò refrigeraretur, & humectaretur , aliquam noxam poterat afferre . quandoquidem cum tenuis esset,inepta erat ut obstructiones excitaret.Materia verò non exquisitæ,vt neque adeò feruens est: ita & longè crassior;neque ita facilis ad vacuationem,& digestionem,nisi per concoctionem attenuetur. Vnde si ante concoctionem balnea administrentur, digerunt quidem partes tenuiores: crassę verò difficiliores ad digestionem & concoctionem euadunt. Sed & crassas has,(vt tùm Auic.tùm Stephan. exposuere) fundunt,& eas aut ad loca putredinis fluere faciunt,atque ita febre.n augent;aut malum cum bono permiscent;unde bonus corrumpitur.Preterea verò fusum humorem in habitum corporis totius,& in tenuissimas venas digerunt,ac subinde obstructiones augent.Vsus ergo balneorum in hac febre curanda utilis esse nequit,nisi concocta materia,& (vt ait Stepha.) morbo iam vigente ; quia eo tempore concoctus humor, & attenuatus facilè potest, citra ullam noxam , euacuari .

Quartanæ curatio. Cap. XI.

Lect. lxxiiij

DEINCEPS de quartanis dicemus,quas etiam ipsas ab initio mediocriter,ac leniter tractare oportet &c.In quartanæ curatione,si ex methodo illa tractanda est,oportet eodẽ calle incedere,quo in exponenda curatione tertianę progressi sumus: nempe,vt primum per resolutionem scopos inueniamus,quos statim à principio spectare oportet eũ,qui rectè curaturus est,atque eas indicationes,quas nobis offert natura istius febris,quam curandã suscipimus.Hęc enim sunt, quę uniuersam curandi rationem gubernant,& quæ non solùm ab initio,sed ad finem vsque præ oculis habere semper necesse est.Indicationes verò duplices insurgunt in hac,sicut in alijs etiam putridis febribus. Altera quidem ab ipsa febre:Altera verò ab humore,ex cuius putredine accenditur febris, & à quo eadem fouetur.Quę indicationes mutuò dissentiunt:non autem,vt in exquisita tertiana , consentiunt. Nam febris calidus affectus est,qui refrigerandum esse indicat.Humor verò melancholicus,qui frigidus suapte natura est,calefaciendum.Quanuis vtrunque humectandum pariter indicet.Præterea verò,& materię viriusque alia ratione differunt;quia bilis exquisita feruidus humor est,tenuis autem,& leuis,& ob id magis noxius est sua eximia,& acri caliditate,quàm corpulentia,& mole:hac enim ratione parum admodum naturæ grauis, & molestus. Vnde tàm ratione D febris,quàm materiæ indicatio refrigerationis potior erat,quàm vacuationis In quartana autem febris videtur quidem habere suam refrigerandi rationem:illi autem aduersatur indicatio ab humore desumpta,quæ maiorem vim habet,quàm indicatio à febre.Etenim neque adeò magnus est quartanę calor,neque adeò longus,vt timendum sit,ne vires deijciat, cùm tempus intermissionis adeò longum sit,vt corpus interim facilè possit restitui. Quare magna ex parte medicus ad materiam febris se conuertit:cui nisi sit consultum,nunquam ea tolli poterit.Diximus autem magna ex parte,quia nunquam altera indicatio omnino contemnenda est, quæ à febre proficiscitur.Sed hoc imprimis considerandum,ꝙ cùm febris diuturnior sit,ea ratione fit diuturna; quia in dies ex aliqua alicuius visceris intemperatura,& ex mala interdum victus ratione,(vt Galen.secundo de Diff.feb.exponit) noua generatur materia,quæ febrem continenter fouet. Neque.n.putandũ est, ꝙ à principio morbi tanta fuerit congesta materia,quæ per tot menses potuerit tot accessionibus fomen-

A fomentum subministrare. Quo constituto, si uolumus febrem curare, duo primum scopi huc pertinentes exurgunt. Alter, vt congestam iam materiam subtrahamus, vacuemusque. Alter vero, vt prouideamus, & procuremus, ne noua in posterum generetur. Et si mutuò omnes scopos conferamus, potior quidem videtur, vt congesta vacuaretur. Quia morbos ex multitudine factos vacuatio sanat. Attamen cùm in ter initia ea cruda sit, & vacuationi rebellis, neque sit purgandus istius modi humor aliquis, nisi concoctus. Ideò insurgit & tertius scopus, qui & si natura posterior sit, tempore tamen præcedere debet. Propterea his duobus imprimis insistendum: nempè, vt & humor concoquatur: & ita consolarur, vt si fieri possit, aut nullus amplius, aut paucus admodùm is humor generetur, qui febrem fouere posit. Atque non amplius hi scopi ita mutuò, vt priores, sibi aduersantur: immò maiori ex parte in vnum conspirant, præsertim verò quantũ ad primas qualitates pertinet. Cũ enim concoctio excrementorum non fit, nisi ad mediocritatem eorũ deductio & excessus per contraria moderandi & corrigendi sint. Melancholicus autem humor frigidus, & siccus sit. Humectantibus ergo, & calefacientibus erit humor hic tractandus, vt ferina eius natura leniatur, & mitescat. Crassus præterea immodicè est. Quare & attenuantibus ei opus. Sed & intemperies ea, ex qua quotidie generatur materia hæc eisdem fere tollenda est, nisi vbi per adustionem

B sit genitus is humor. ex immodico nanque calore, & igneo fit vera exustio. Hæc ergo est generalis methodus curandi quartanam, resoluta in suas primas indicationes & primos scopos. Sed ad modum, quo particulatim scopos, & indicationes has exequi oportet, transeamus. Vbi generalia quędam præcepta ex ipsa item istius humoris natura accepta primum obseruanda sunt, in administrãdis remedijs, & tractandis ijs instrumentis, quibus quartanam demoliri oportet. Primum quidem ꝙ inter initia nullo violento, & valido instrumento vtamur, neque in transmutando & concoquendo, vel attenuando humore, neque in euacuando. Nam his vti esset error maximus, & maximè noxius. Istius verò ratio hæc est; quia humor is naturam quandam ferinam habet, rebellem ad modum naturæ, & natiuo calori; vt pote cui in vtrisque qualitatibus aduersetur. Vnde ad concoctionem difficilis est & difficilior ad vacuationem. Qui si violenter tractetur, & valide calefacientibus, & attenuantibus, partes tenuiores discutiuntur, & absumuntur, crassiores verò magis terrestres redduntur, & ad eductionem ineptiores. Sed & si eius etiam vacuationem tentaueris inter initia violento medicamento, renititur illi, & magis exasperatur, & irritatur. Et hæc omnia incommoda inde sequuntur. Primum ille non cedit uacuationi, & tractui medicamenti. Deinde medicamentum, dum attrahit magna vi, non ille; quia ineptus est ad motum, sequitur vim medicamen

C ti, sed humores boni, & vtiles sequuntur, qui quidem quasi frenum sunt mali humoris. Atque ita ille effrenis magis efficitur. Præterea in hac violenta tractione humores omnes commouentur, & exagitantur, & vitiosis cum malis simul commixtis, vitiantur quoque qui vtiles, & boni sunt; & sic materia, & fomentum febris augetur, præter id, ꝙ caloris natiui vires infringuntur. Ab omni ergo violenta, & magna operatione, siue per transmutationem, vel (vt aiunt) alterationem: siue per vacuationem abstinendum. Nisi forte videatur esse opus venæ sectione, & sanguinis detractione, ait Gal. Nam hoc medicum instrumentum non videtur requirere tantam concoctionis obseruantiã, sicut alia vacuantia. Quia non attractrice aliqua facultate vacuat, vt medicamenta attrahendo humores, & illis vim inferendo; sed potius vena aperta, qui in ea continentur humores, sponte ferè sua effluunt. Neque tamen propterea præcipites in sanguine detrahendo esse oportet: quin potius in hac febre maximè esse cautos oportet in sanguine mittendo. Etenim si id opportunè fiat, & vbi ratio recta id agendum esse indicat, mirificè confert. Sin autem secus, summopere officit. Opportunè autem fit, vbi multa sit in venis sanguinis copia, qui neque omnino bonus sit, sed potius crassus, & niger ad naturam accedens humoris melancholici: quoniam vel ipse ita fuerit genitus, vt prope accesserit ad generationem istius succi: vel quia

D uenæ contineant plurimum melancholicum succum immixtum sanguini. eius enim mixtura sanguis fit, & crassus, & ater. Cùm ergo talis fuerit sanguis, si vena secetur, vtiliter admodum id fiet, Si verò secus, plurimum lędemus. Nam sanguis maximè naturę familiaris est, & omni ex parte constat siquidem illis qualitatibus, quæ vitæ fundamentum sunt, calido nempè, & humido: vnde non modò natiuum calorem fouet; verùm etiam alios humores omnes refrenat, lenit, & mitigat. Quare cùm intempestiuè educitur, asperiores, & magis effrenes, & fere incorrigibiles euadunt humores reliqui; cùm ad eorum temperiem, & moderationem sanguis faciat, quando bonus, & naturalis est. In lienosis autem talis esse sanguis solet, qualem descripsimus ait Galen. Lienosi verò dicuntur, qui malè affectum lienem habent: nimirum quia nequit opportunè fungi officio suo; quòd uel obstructus sit, uel imbecillis; vt pote quia vel attrahere nequeat: vel quia attractum humorem excrementosum excernere nequeat. Eius enim officium hoc est, vt sanguinem ab istiusmodi excrementoso succo expurget. A quo officio vbi deficiat, ille in vniuersum corpus redundans per venas, sanguinem crassum, & melancholicum reddit. Et ob id, cùm Lienosis sanguinis detrahitur, uena secta, effluit crassus & ater. Sed & ue-

næ

næ in his, qui talem sanguinem plurimùm congessere, solent tumidæ, & nigræ videri. A
Hoc igitur imprimis obseruandum, & animaduertendum, antequàm tundatur vena. Deinde
verò, neque hoc satis est; sed oportet, vt secta vena, præsens medicus aspiciat, & con-
sideret qualitatem sanguinis, & eo inspecto, si niger, & crassus videatur, poterit etiam permitti,
vt liberaliter effluat; semper tamen habita ratione ætatis, plenitudinis, virium, temporis, & reli-
quorum istius generis. Quòd si minimè talis effluat, sed potius tenuis, & clarus, vt ad flauum co
Lect. lorem vergat, statim cohibendus, & liganda, claudendaque vena. Quòd si quæras, quænam vena
LXXV. tundenda sit, quando sanguinis detractione opus est. Ratio.n. cui, & experientia astipulatur, indi-
cat nobis non easdem venas, cùm secantur, omnibus affectibus pariter conferre; sed alias alijs ma
gis. Definit & hoc Gal. secandam esse axillarem, uel interiorem venam in brachio, (hanc iuniores
basilicam appellant) præsertim verò sinistri, ea enim directè lienem respicit, & magis confert la-
boranti lieni. Quòd si illa non reperiatur: (aliquando enim aut ita exilis est, vt non facilè à chi-
rurgo reperiri possit: aut ita profunda), tunc media secanda, quæ fit ex cohalitu axillaris, &
humeralis in unum. Aetius tamen rem hanc magis particulatim definit. Quam definitionem
fortasse non apposuit Gal. breuitati studens, cui satis fuit exponere, quæ frequentius solent eueni-
re. Et quia dixit superius, raro accendi quartanam sine aliquo lienis vitio: ideo eò respiciens se- B
candam esse sinistri brachii ait. Aetius verò, vel illi, à quibus Aetius accepit, considerantes, ꝙ ali-
quando non ita vitio lienis fit quartana, sicut iecinoris, multum melancholicum succum gignen
tis, uel assato sanguine, vel alioquin alia intemperie: Idcircò dixit, & hoc esse considerandum;
quia si occasio à iecinore esset, tūc potius ex dextro brachio, quàm ex sinistro sanguis esset mitten
dus. Sed redeamus ad primum nostrum institutum. Præter missionem itaque sanguinis, ab om-
nibus alijs validioribus remedijs, quæ potenter, aut vacuant, aut corpus transmutant, & hu-
mores, abstinendum in principio, dum humor crudus, & pertinax est; sed omnia blandè tra-
ctanda. Alterum verò præceptum generale est, procurandum esse, quantum per nos fieri potest,
vt aluus mollis, & fluida sit, quæ si sponte fluat, quantùm satis posse esse videatur, relinquendum
hoc naturæ: sin autem, iuuanda: Et ab initio quidem, quò rebus vtemur magis familiaribus, &
consuetis, eò felicius res ipsa succedet. Consueta verò, & familiaria imprimis sunt ea, quibus in
cibis vtimur, hæc præstantissima erunt, si uim molliendi alium habeant, sicut sunt olera, quę ven
trem laxant, & leniunt, ut est beta, oleo, & sale condita. Nam hoc ipsum olus nitrosas partes ha
bet, qua detergendo, & attenuando, & incidendo materiam ad facilem expulsionem parat. Præ-
terea verò & expultricem facultatem irritat, & excitat. Habet & partes humidas, & aqueas, quæ C
mollire, & lenire aluum possunt. Oleum quoque additum mollit, ac lenit. Sal verò nitrosus par-
tes adiuuat. Eadem pręstabunt atriplices, & quæ spinachia vulgò dicuntur. Sed & brassicę ius
ad idem valent. Ius diximus, quia folia quartanarijs inimica; utpote quæ succum melancholicum
generent. Passulę quoque, & caricæ in prima mensa acceptæ aluum leniendo cient. Et pruna cō-
cta ex iure, & saccharo, & quæcunque huius generis. Quæ si uel nihil, uel non pro ratione exigen-
tię fecerint, validiori instrumento erit opus. Vnde clysteres erunt imponendi. Neque etiam hi sine
distinctione sunt iniiciendi. Quia diuersimodè parantur, & ita diuersam vim, & rationem habent.
Sunt.n. molles clysteres, & lenes, de quibus in superioribus capitibus actum à nobis est. Sunt &
acres, de quibus itidem abundè habuimus sermonem. & in his etiam non vnus est ordo: alij enim
acriores sunt: alij verò minus acres. In horum autem vsu id semper præ oculis habendum, quòd
statim ab initio à nobis constitutum est: nimirū quòd principia huius febris, anteq̄ concoctionis
signa appareant, leniter tractanda sunt, neq; materia, quę alioquin ferinę cuiusdam naturę est, &
rebellis, exasperetur; sed blandè tractetur. Vnde primū agendum est mollibus clysteribus, ut lenien
do, & molliendo succū terreum suapte natura leuiter, & facilè moueant, & melius tractabilē mol-
liendo reddant. At vbi iā concoqui videatur, paulatim ad acriores accedendū: crassus siquidē hu- D
mor, & ineptus ad motū ualentioribus eget instrumētis, vt educatur; neq; amplius exasperari po-
test, dum mouetur, si per concoctionem sit factus mitis. Sed hic & illud pręterea considerādmū, ꝙ
ante concoctionē aliquā manifestā, pręcipit aluum esse lenem, & lubricā seruandā, aut cibis ipsam
molliendi vim habentibus: aut mollibus clysteribus. Vbi refellere videtur hoc tēpore oēm medica
mentorum usum, quę vim habeant aluum ciendi. Contra quàm soleant medici nostra hac tēpesta-
te agere, qui uel etiam illi, qui maximum nomen habent, curantes quartanarios eis cassiam ab ini-
tio, uel mānā, vel diacatholicon, vel syrupum rosaceum. Aliqui etiā decoctū senę, & alia id genus
medicamenta exhibent. Et q̄uis quidā, qui seueriores medici videri volunt, & profitentur se velle
ad vnguē sequi antiquum medēdi modū, eos dānent: Nos tñ, qui nolumus adeò superstitiosi esse,
putamus facilè eos posse defendi; vt pote qui neq; pręter rōnē, & instituta antiquorū medicorum
agere videantur. Q̄nquidē istiusmodi leuia medicamēta, quorū vis, si qua in eis est, solutiua, vix ad
iecur pertingit, neq; violenter mouendo potest crudū in venis contentū humorē irritare, exacer-
bareq;, sunt quasi media inter cibū, & medicinas. Vnde, uel cibi medicinales, vel medicinę (vt aiūt)
cibales,

A cibales, præsertim verò cū nō dātur in insigni copia, appellari possunt, & cōprehendi sub eo capi-
te, vbi ait Gal. ventrem moliendum esse per consueta, & familiaria. Hæc autem consueta, vel fami
liaria interpretatur Stephan. ea, quę cibi rationem habent. Quæ quidem si solùm cibi essent, non
haberent autem aliquam medicamentosam qualitatem; non mollirent ventrem. Quare istiusmo-
di cibi medij, & ipsi sunt inter cibum, & medicamentum. In his autem Steph. lac ponit, & mel;
quod quidem lac per sua serum ventrem mollit: mel autem abstergendo Auic. verò loco lactis se
rum ponit, quod vim habet medicinalem: Vnde Hippo. quarto de Rat. vic. in ac. mor. ad purgan- C6. 8.
dam bilem lacasinæ dat coctum liberaliter potandum. Gal. autem pro lacte serum. Auic. verò, &
aliquod medicamentum, sicut epithymum, exigua copia incoqui voluit; quantum nempe possit le
ri vires aliquantisper roborare, vel aliquid polypodij, vel syrupi rosacei, dari. Neque si re-
ctè velimus Gal. verba examinare, videtur ipse huic sententiæ refragari, qui interdicit, quò minus,
vel fortibus vtamur medicamentis, neque magnam aliquam moliamur inter initia uacuationem,
pręter eam, quæ fit per venæ sectionem. Ea enim magnum remedium, & insignia vacuatio. Non
ergo omnino vsum medicamentorum damnat, sed eorum, quæ valida, & vehementia sunt. Sed de
his satis. Particulatim iam remediorum omnium rationem, & vsum persequamur, sumpto exor-
B dio à victus ratione, quę ferè aliorum omnium fundamentum est. Atque primùm de victus rōne,
quatenus ad cibum, & potum pertinet, sermonem habebimus: postea verò ad alias res, quæ in vi-
ctus ratione continentur accedemus. In his autem tria consideranda nobis proponit Gal. Nempè,
quales sint cibi, & potus, qui offerrendi sunt quartanarijs primum in vniuersum, mox & particu-
latim. Alterum verò, quantum cibi, & potus sit offerendum. Tertium, quo tempore sit
offerendum. Sed primum caput imprimis tractemus in vniuersum: deinde verò, & particulatim.
Eligendæ ergo illę sunt escæ, quæ has habeant conditiones. Primò vt sint boni succi, san-
guinemque bonum, tenuem, & clarum generent. Ita enim subtrahentur fomenta febris, dum bo
nus sanguis clarus, & tenuis, non melancholicus, & crassus gignitur, qui proximè ad naturam hu-
moris melancholici accedit. Non etiam talis, qui facilè putrescere possit. Secundò & flatuosæ mi-
nimè sint: sicuti legumina sunt, quæ præter id, ꝙ plurimum gignunt melancholicum succum, fla-
tum etiam plurimum generant. Flatus verò, atque flatulenta excrementa, (vt hic Steph. ait) in lie-
ne recepta, illum extendunt, & in tumorem attollunt. Præterea verò & concoctioni plurimum ob
sunt, tàm ventriculi, quàm aliorum viscerum; dum videlicet ea intendentes, vetant, quò minus
materiam concoquendam amplexari possint, & illi hęrere. Cui addamus, ꝙ eam, fluctuare facit.
C Nihil autem ferè est, ꝙ magis febricitantes, tùm in hac, cùm in alijs febribus lædat, quàm cruditas.
Altera verò cibi conditio est, vt non sint succi crassi, vel lentoris participes. Cùm enim hęc, vt
non facilè coquuntur: ita & non facilem transitum habent: Vnde (ut idem Steph. monet) excre-
tiones detinent. Quo fit, vt excrementa detenta, addita melancholico succo, febrem augeant, & fo-
neant. Tertia verò conditio, quæ in cibis uniuersum seruanda est in hac febre, est, vt non refrige-
rent, & humectentur. Quo loco hoc dignum est animaduersione, ꝙ sententia hęc plurimos turba
uit, quonam pacto Gal. interdicit usum eorum ciborum, qui humectant: cùm tamen in omnibus
morbis ex humore melancholico ortum habentibus, nihil salubribus sit, quam humectare; prę-
sertim cùm humor hic siccus, & terrestris sit. Quare Alexander Trallianus hoc loco damnare, &
inuehi in Gal. uidetur. Leonicenus verò, & iunior interpres, & explanator istius libri, putantes mē
dū adesse, aliter legunt. Mutant. n. Humectant, in Exiccant. Vt pręcipiat ea fugienda esse, quę refri
gerant, & quæ siccant; quia correctio humoris huius fieri debet per calefacientia, & humectantia.
Aetius tñ, & Paulus, Trallianusq;, & Steph. & quotquot reperiūtur antiqui codices manuscripti ha
bent Humectant, non Siccant. Vnde mirum admodùm esset, ꝙ in omnibus pariter inoleuisset mē
dum. Quapropter Steph. videns difficultatem, nixus est nodū hunc dissoluere. Sed, ut dissolutionē
D melius percipiatis, aduertatis; ꝙ non ita legit, sicut habent gręca exemplaria, & impressa, vt inter-
pretes plerique in latinum transtulere: nempe καὶ τῶν ψυχόντων, καὶ τῶν ὑγραινόντων, hoc est, & quę
refrigerant, & quę humectant. Vt sit sensus, & ab iis abstinendum est, quę refrigerant, item etiam
ab illis, quę humectant. Vt disiunctim intelligamus, quę hic proferuntur. Sed legit, perinde vt Ae-
tius, Paulus, & alij, coniunctim: nimirum hoc modo, τῶν ψυχόντων, καὶ ὑγραινόντων i. ab ijs abstine
re oportet, quę refrigerant, humectantque. Ea ergo prohibet quę uim habent simul refrigeran-
di, & humectandi: Vnde omnia refrigerantia, siue desiccent, siue humectent, noxia sunt. Neque id
extra rationem est, quia refrigerantia omnia, & humectantia incrassant humores, & calorem nati
uum obtundunt. Quare humiditas, quantum ad ipsam pertinet, maximè vtilis est: propterea
quia aduersaria est siccitati mustæ humoris melancholici: quia tamen, cùm est frigiditati iuncta, &
si omnino molliat, magis incrassat: Ideò hac ratione nocet. Non fecit autem mentionem siccitatis:
quoniam omnibus in comperto esse potest, ꝙ per se obest; quia humoris siccitati addit iūcta tñ ca-
lori, potest interdum iuuare, quatenus omnia, quę attenuant, & discutiendi vim habent, calida fe-
rè, & sicca sunt, Vnde paulò post salsamentis utendum esse ait, & synapi, & pipere. Conditiones er-

go

Lect. go ciborum in vniuersum hæc sunt. Sed rem hanc particulatim excreamus. Quanuis itaque suil A
lxxvj lę carnes optimum alioqnin generent sanguinem, si probè conficiantur: quia tamen crassum, & vi
scidum alimentum gignunt; reijciendas esse censet. Cùm tamen in exquisitis tertianis eas interdũ
concesserit. Et id, quia bilis tenuior est, neque periculum est, vt nimis ab eis incrassetur. Pręterea
cùm in tertianis confluat bilis in ventriculum, quę in causa est, vt sæpe cibus corrumpatur in ni
dorosum succum: hac de causa, quæ non facilè corrumpi possunt, illis congrua sunt. Vt id adda-
mus, ꝙ calidior est in tertianis, q̃ in quartanis uentriculus: & ea propter facilius ea caro, quæ alio-
quin non facilè concoquitur, in eo ventriculo cònfici potest, q̃ in quartanarijs, in quibus refrige
ratur ab humore frigido. Vnde cùm de eius signis ageremus, diximus in quartanis multam gene-
ratur in ventriculo pituitam. Longè ergo magis damnandæ sunt bubulę carnes, & vaccinæ; im-
mò & vitulorum, nisi lactentium: prætetea & anatum, & anserum. (crassi enim succi sunt & ex-
crementosæ) sed & pauonum, tàm nostratium, q̃ indorum, crassiores, & concoctu difficiliores, du-
rioresq́; sunt. Hędorum autem lactentium carnes inter quadruples probandę, & magis elixę, q̃ to
stę: magis enim aluum molliunt. Pullorum quoq; gallinaceorũ, & caponũ iuuenũ qui nõ sint domi
saginati, optimę. Nã humidum, bonumq́, nec crassum, exhibent alimẽtum. saginat. n. in cæluso lo-
co excremẽtosę sunt, & malę, & quę veteres. Auiũ aũt palustriũ malę. hę namq; excrementosę sunt B
& plerunque crassi succi. Nemorales verò, & syluestres; quanuis sicciores domesticis sint; quia ta
men sanguinem tenuẽ nõ crassum nõ uiscidum gignunt: Ideò huic negotio sunt accõmodatę. Po-
tus aũt uini albi, tenuis, moderatè calidi esse debet. Eiusmodi enim uinum moderatè calefaciens
potest frigidum humorem temperare, potest crassum attenuare, cùm tenuis sit substantiæ; vim etiã
molliendi aluum habet, & humectandi. mouet enim omnes excretiones naturales, vt illi attribuit
Gal. Vinum verò antiquum nimis calefacit, & exiccat. Nigrum autem, & crassum, præter id, ꝙ a-
trum, & crassum sanguinem generat, cohibet etiam excretiones. Pisces quidem aliqui possunt in
hac febre esse vtiles, non omnes. Nam qui degunt in aquis palustribus, non bonis, non claris, qui-
q́ue in ostiis fluminum: Pręterea qui capiuntur propè magnas ciuitates, omnes ob pabulum ex-
crementosum, quo vtuntur, non admodùm probi sunt. Particulatim autem, qui secũdum propriã
naturam duriores carnes habent, vt mulli, & qui triglæ, vel vulgò Venetijs barbones appellantur,
non sunt admodùm in hac re vtiles; vt pote qui duriores carnes habent: quanuis alioquin mali mi
nimę sint. Auratæ verò aliquantò minus duræ sunt; neque tamen & illæ molles. Sed neque qui vi-
scidas carnes, licet molles essent, admittendi sunt. Vnde & capitones, qui cephali dicuntur, repro-
bandi sunt, sepięque & loligines, & qui cetaceo genere continentur, omnes siquidem, aut crassum
aut lentum generãt succum. Ita pisces illi, qui nunc tinchæ appellantur, & qui cyprini, aut vulgò
rainæ. Laudari autem debent, qui aselli, ὄνοι gręcè dicuntur, & ferè similes gobijs sunt. degunt au C
tem in saxis. Menæ etiam & carnem teneram habent, & lentoris expertem. Sed & sardæ nõ essent
incongruæ. Quòd si quęratis, quo pacto parandi & coquendi essent pisces. Possunt quidem in cra-
ticula torreri. Sed coctura vtilior esset, si ex iure albo, cuius mentio antiquis; præsertim verò Gale.
frequens est: cuius confectio est ex aqua, & porro, & anetho, addito modico sale, & oleo. Quod ius
in vsu nostris temporibus non est. Id verò, quod brodetum Venetijs appellatur, huic proximũ est.
Nam pro anetho, imponunt folia nostri satiui petroselini, pro porro, tantundem cępę: Nisi ꝙ,
vt gratius reddatur, aromatum aliquid addunt. Quæ neque aliena à nostro negotio essent. Postquã
& sinapi non timet Gal. & diatrionpipereon, & diaspoliticon. Salsamentorum quoque non est in-
utilis, (ait idem Gal.) aliquis vsus. Aliquis diximus; quia (vt hic Stephanus notat) non oportet, vt
ille sit admodum liberalis. Nam salita humorem melancholicum gignunt, vt sæpe dixit Gal. ideò si
quis ea plurima comedet, & frequenter, plurimum congeret melancholicum succum, qui febrem
hanc diutius fouebit. Vnde illis vti oportet perinde, vt medicamento, non quasi alimento. Come-
denda ergo sunt modicè: quantum uidelicet possint crassum humorem attenuare, & quoquomo-
do incidere, præsertim verò, si multa congeratur pituita in ventriculo, & alijs partibus ad eũ per-
tinentibus, sicut congeri solet in melancholicis affectibus, quando cõsentit ventriculus. Ita etiam D
sinapis vsus ratione, qua attenuat, & flatus discutit, vtilis est. Et ad eundem scopum facit diatrion-
pipereon: attenuat enim, & flatus discutit, & ventriculum, & viscera roborat, citra insignem ca-
Cap. 5 lefactionem. Cuius confectio refertur quarto de San. tuen. quæ duplex est: altera simplicior: alia ma
gis composita; ibique & vires eius, & quando hæc, vel illa vtilior est. Sed & diaspoliticon, cuius cõ
positionis ratio, & facultas exposita itidem nobis est à Gale. sexto de San. tuen. facit enim plurimũ
cap. 10. ad attenuandos, & detergendos crassos, ac lentos humores, pręcipuò verò si in ventriculo consti-
terint. Dupliciter autem & hoc medicamentum confici solebat: interdum tantundem nitri opti-
mi, sicut & aliorum simplicium, imponebant; & id, vbi aluus erat astrictior: nõnunquam semissem
nitri ad quodlibet aliorum; vbi aluus erat lenis. Quòd si non haberent commoditatem parandi
hæc medicamenta composita, si quotidie solo vterentur pipere, & id ex aqua acceperit quartana-
rius, vtiliter accipiet. Est autem hic aduertendum, ꝙ liberalior est in pipere dando, q̃ in illis compo
siris

A sitis medicamentis. Piper enim ex aqua quotidie dare permittit; cùm tamen medicamenta illa cō-
posita non esse danda, nisi diebus aliquibus, & per interualla iubeat. Nam piper, & si calidum sit in
signiter, ex tenuitate tamen partium non potest plurimùm calefacere, præsertim datum ex aqua,
quę plurimùm potest calorem eius reprimere. Alia verò medicamenta non ita, pręsertim diaspoli-
ticon, quod ex nitro potest aluum ciere. Hęc itaq; de qualitate cibi, & potus. Quātitas verò diffiniri
exactè nequit. Nam in hoc respiciendū est ad naturā, & tēperaturam corporis, ad ætatem, ad tēpus
anni, ad consuetudinē, (vt primo Apho. edocti estis) & ad tēpus ipsius morbi. Reliquum est, vt ad
tps opportunū cibo exhibēdo sermonē cōuertamus. Tps aūt cibo exhibēdo ineptissimū est id, quo
morbus iam ad vigorē perductus. In uigore. n. victu, quo possumus, tenuiori esset utendū, vt, si fie-
ri posset, à cibo penitus esset abstinendum. Tunc enim imprimis natura, quę alieri negotio maxi-
mè alioquin intenta est, nō est distrahenda. Sed quoniam fieri nequit, vt vires exquisitam possint
perferre inediam. Ideò, quantum minus possimus hoc tempore nutriamus. Tempus verò, quod
ad cibum dandum est opportunum, est initium, & inclinatio, diuersis tamē rationibus. Cibum. n.
in principio liberalius damus, vt vires eæ seruentur interim, quæ mox in vigore uictum, quo pos-
sumus magis, attenuare permittant. Vnde plenius statim à principio alimus: deinde quò magis vi
B gori vicinior fit morbus, eò magis de cibo detrahimus. Inclinante verò morbo, cibus exhibendus,
vt vires in vigore tùm ex tenuiori uictu, tùm ex pugna, & labore imbecilliores factas instaure-
mus, & reficiamus, & contrà agendum, quàm temporibus ante vigorem. Nam à vigore semper
victum augemus, & pleniori eo vtimur. Hoc etiam commune omnibus febribus est, vt in accessio
nibus, si fieri id potest, à cibo abstineamus. Ita. n. & Hipp. monuit, In accessionibus abstinendū esse.
Post cibi potusq; rationem, de aere esset agendum; nisi ꝙ ex ijs, quæ dicta sunt, facilis est perce-
ptu eius ratio. Nam si ad calidum quoquo modo, & humidum inclinauerit, melius erit; non ita ta
men, vt crassus sit, ut palustris, sed potius tenuis. Nam perinde corpora afficiuntur, sicut & aer
affectus est, in quo versantur. Sed & modestus somnus humectando prodest: nimius verò hebe-
tem reddit natiuum calorem. Vnde & vigilia suo tempore moderata ad attenuationem iuuat.
Somnus tamen (ut secundo Aphor. docuit Gal.) semper in initio accessionis, & incremēto noxius; Cō.I.
utilis verò, inclinante accessione. His succedit motio, & quies: de quibus ita definiuit Gal. ꝙ hæc
sunt varianda, pro natura ipsius quartanæ. Nam interdum longa adeò accessio est, & adeò vehe-
mens, vt corpus lassum, & totum confectum relinquat, intermedijs etiam diebus, ut ferè nix mo-
ueri possit. hos autē non oportet exerceri. Quandoquidem Hipp. in Aphor. docuit, quòd in omni
C corporis motione, cùm quis dolere cœperit, statim quiescere remedio est. Et proinde satis in his
erit, si frictiones administratæ vice fungantur exercitationis: Vel si aliquas faciles perferre possint
deambulationes, quo tempore febre vacui sunt, hæc. n. modestè adhibita, rarefacta cuti, & materia
attenuata, ad digestionem alicuius partis non parum faciunt. Quòd si non ita difficilis, & vehe-
mens fuerit accessio, quin possint maiores, intermedijs diebus, labores perferre, non erit inutile,
si de more suo exerceantur. Eos verò, qui plurimū balneis assueuere sicuti consueuerant tēporibus
illis: ita indicante longa consuetudine, poteris permittere, vt lauentur. Verùm si etiā poteris ab eis
abstinere, longè res melius habebit. Nam ante concoctionem non potest esse utile admodum bal
neum. Hęc autem ita tractanda sunt à principio, vsque quò vigor adsit. In vigore siquidem quie-
ti imprimis nauanda est omnis opera. omnes. n. corporis motiones naturam auertunt eo tempo-
re omni ope incumbentem concoctioni, & sequestrationi noxiorum humorum. Quid autē in vi
gore morbi agendum sit, paulò post exponemus. In præsentia. n. occurrit dubitatio quędam dis-
soluenda, quæ oritur ex occasione eorum, quæ Gal. sequentes diximus paulò ante circa uictus ra-
tionem quartanarijs instituēdam. Aliter. n. Auic. sensisse visus est, qui voluit, vt circa initium usq;
ad tertiam, vel quartam periodum dentur auiculæ, postea verò pulli gallinacei. Ad tenuiorem
D autem victum pertinent auicularum carnes, quàm pullorum. Præterea & capite inscripto de Ciba
tione patientium quartanam, præcipit inter initia ad septimanam tertiam vsque, institui tenuio-
rem victum: post verò plenius alendos quattanarios. Si defendere Auicen. volumus. (Nam ge-
neralis, & Hippocratica sententia, quam sequitur hic Gal. in omnibus morbis materialis seruan-
da, præcipit liberalius in principio alendos ægrotantes, parcius autem, quò magis ad vigorē pro-
cedimus.) Ita dicendum putamus, ꝙ Gal. respexit ad rationem quartanę propriam. Auic. verò re-
spexit ad quendam alium affectum, qui aut semper, aut frequenter solet iungi cum quartana, qui
videtur & ipse suam habere indicationem; & est intemperies frigida ventriculi, per quam conge-
ritur plurima pituita. Vt ergo illa concoquatur, ab initio tenuem victum instituit. Nam ea con-
cocta, alitur corpus. Postquàm autem vacuus fuerit ventriculus, tunc liberalius cibum offert, vt
vires reficiantur, quò facilius in vigore possint tenuiorem victum proferre, vt sequens Gal. mo-
net. In quò vigore (ut diximus) & omnino quiescendum, & alioquin procurandum, vt faci- Lect.
les omnes fiant excretiones, tàm per cutim, quàm per vrinas, & alui deiectiones. Expeditas verò lxxvij
excretiones per cutim, digestis videlicet excrementis, illa præsertim faciunt, quę vim habent la-
xandi, &

xandi,& molliendi,vt balneæ dulcis aquæ,perfusiones etiam factæ ex decocto. chamæmelli, anethi,meliloti,maluæ,hordei.Item & cataplasmata ex eisdem.Præterea illinitiones ex oleo amygdalino,chamæmelino,anethino,& id genus reliquis.Per vrinas autem mouent,quæ diuretica appellantur.Atque etiam,cùm iam signa manifestæ concoctionis apparent, iam ventrem purgantibus tùm per vomitum,tùm per secessum medicamentis agendum erit, vt materia iam cocta,& parata vacuetur.Concocta enim medicanda esse consulit Hipp.Et hoc,nisi natura ipsa sponte,& sine medicamentis agat,quantum satis fit.Tunc enim omnia naturæ operanti essent sinenda.Nam & id præcipit Gal.primo Aph. Quę iudicantur,aut iudicata sunt,integrè non mouere, sed sinere. Etenim aliquos vidimus reddita multa nigra vrina,post morbi maturationem,a quartana tandē fuisse liberatos:alios verò deiectis multis excrementis nigris per aluum. Hoc tamen rarò est in crassis his humoribus,& morbis longioribus.Vnde plerunque purgandi sunt medicamentis. Ac priscis quidem illis temporibus in multo vsu erat veratrū,ad ciendum vomitū,& purgandum humorem melancholicum.Medicamētum enim hoc valentissimum est,ad purgandos melancholicos humores per vomitum:quo etiam insanientes curabant.Vnde erat quasi prouerbium, vt,cùm insinuare volebant aliquem in sanire: dicerent illum egere veratro,vel nauigasse in Anticyram. Anticyra verò insula in mari Laconico est,quæ plurimum, & optimum eiusmodi medicamentum ferebat. B
Sed ab arabibus medicis cœpit timeri hęc medicina.Aliquando enim adeò violenter & vehemēter mouet,vt ad conuulsionem corpus perducat.Nostri etiam latini posteriores secuti sunt in hoc arabas.Neque noui aliquem medicum, qui temporibus nostris ausus sit album veratrum alicui dare.Erat autem eius(vt hic exponit Stephan)triplex vsus. Nam aliquando ramos veratri radicu læ infigebant,ac radiculam deinde per vnam,aut alteram diē in oxymelite macerabant,atque ita radicula uim ueratri attrahebat:mox ramulis ueratri abiectis comedebant radiculam. Alter modus erat per decoctionem ex aqua,cuius decoctum bibebant.Tertiò verò & ipsum contusum,interdum in tenuissimum puluerem redactum,accipiebant,quando minus purgare volebant:interdum verò in crassiuscula frustula,quando maiorem vacuationem cupiebant.Partes enim crassiores diutius moram in ventriculo trahunt:tenuiores verò citius vna cum humore vacuato eijciūtur. Vnde prior modus leuior,& facilior est:alter vehementior:tertius adhuc maior,& violētior. Nostra autem tempestate vix retinemus vsum nigri veratri,sed non ad uacuandum per vomitum ; at potius per deiectionem alui;& est satis facilis medicina , quæ commodè vacuat humores atros,& sine molestia.Ego eius semper decocto vtor ad drachmam vsque, ituredum etiā ad scrupulos quatuor.Epithymum etiam prælatum est alijs medicinis ad educendum humorem melancholicum: C
præterea & polypodium.Arabes autem lapide lazuli vsi sunt. & re vera vim habet hos humores purgandi.Verùm nisi sit electus,& optimus,ac diligenter paratus, vidi sæpe multam ventriculo angustiam,& molestiam attulisse.Facillimum medicamentum est sena,& tutissimum,quod puerperæ etiam citra vllam noxam accipiunt, sed potius iuuat, cùm humor melancholicus factus est vstione.Composita verò,quæ in vsu sunt ad hanc febrem,lenia quidem sunt lenitiuum appellatū electuarium, & diacatholicon,& diasene.Decoctio etiam epithymi à Ioan.Mes.in suo libro Grabadin descripta,semper fuit,& est in vsu frequenti,ad purgandum corpus ab humore melancholico.Fortius est confectio dicta hamech.Quòd si difficilior ad euacuationem humor esset,hieræ aliquæ ex maioribus possent in vsum deduci Ego verò interdum hiera Pachij,quæ [Greek] à græcis est nuncupata, vtor,& feliciter solitus sum vti,addito simul nigro veratro. Quemadmodū Gal.primo & secundo de Comp.med per loc.docuit,hieram communem , quam ipse picram ex aloe appellat,accommodari posse,melancholicis affectibus: nempe illi addito,aut nigro veratro, aut epithymo.Vel etiam,si indos myrobalanos,vel senam addamus:pari ratione commodū huic negotio esset factum medicamentum:præsertim verò si ventriculus ex longa febre iam laxior redditus esset. Sunt ēt catapotia, vel pilulæ quędam, quarum vsus nō esset inutilis:pręcipuę verò, D
& magis vsitatæ sunt illę, quas Ioan.Mes.indas appellat:item & pillulę ex lapide lazuli,& quæ ex lapide armeno:si tamen is lapis nobis esset notus. His ergo medicamentis vtentes humorem concoctum iam, qui febrem fouebat, vacuare oportet, vel alijs similibus. Quòd si dicas,in terim anteq̃ humor coquatur, vt vacuati possit,non ne aliqua sunt in vsu medicamenta, quæ naturam in coquendo iuuare possint? quales sunt syrupi ab arabibus appellati,qui in præsentia apud omnes in vsu sunt? Mea quidem sententia antiqui medici Hippo.& Gal. potius ijs, quæ ad victus rationem pertinent, cibis nimirum, hoc agebant:quos ita parabant, vt primùm quidem vim molliendi haberent;mox verò,& attenuandi.Quòd si alioquin alio vterentur, decoctis utebantur ex medicamentis uim habentibus attenuandi,& aliquantisper digerendi.Neque tamen & hæc syruporum inuentio,propterea quòd arabum fuerit,damnanda est;cùm longus iam vsus , & experientia id probauerit. Multi itaque syrupi huic negotio sunt accommodati.Nos autem à lenioribus incipiemus,& ad fortiores deinde progrediemur.Primum ergo ordinem habet syrupus, confectus ex succo pomorum dulcium,qui simplex dictus est.Hunc sequitur syrupus item ex succo pomorū confe-

A confectus, descriptus à Mesue, & relatus in regem Sabor, & appellatur Sabor regis. Hoc valentior est, qui ex pomis compositus dicitur, ab eodem item descriptus: sed hic iam vim aliquam soluendi habet. accipit enim quidpiam nigri veratri. Quòd si quartana exusto humore fuisset accensa syrupus ex succo fumariæ herbæ, vel fumoterræ confectus, optimus: primùm quidem simplex: postea verò, & compositus, qui ab eodem describitur: habet tamen & is aliquid solutiui. accipit enim epithymum, & polypodium, perinde vt ille compositus de pomis. Itemque & syrupus de epithymo. Vnde neque his statim inter initia vti oportet; quanuis quantum ad rationem ciendi aluum, faciles, & leues sint; sed potius quando iam aliqua incipiat apparere concoctio in humoribus. Concoctione verò iam exquisita apparente, & corpore expurgato, si aliquæ reliquię adhuc humoris supersunt, non est omnino semper vacuantibus, & soluentibus tollendum, quicquid reliquum est. Semper enim aduersaria sunt hæc medicamenta, ac viscerum robur dissoluunt. Vnde & est tritissima sententia, quòd melius sit infra subsistere, quàm exquisitè corpus vacuare. Vt tamen tollantur hæ reliquiæ, neque ita in corpore remanentes iterum augeant, & reaccendant febrem: laudat postremò Galen. theriacæ antidoti vsum, quæ medicamentum ex viperis nuncupari solebat: & reliquas etiam maiores antidotos: sicuti & Mitridatia est, & aliæ plurimę, quarum fit mentio ab eodem in libro de Antid. primo, & secundo. Illæ tamen duæ in vsu maiori sunt. Vim enim plurimam habent attenuandi, & digerendi reliquias horum crassorum humorum: & præterea mutare malum ex morbo contractum habitum, & intemperiem, tùm in toto: tùm verò in ventriculo, & reliquis visceribus. Præfert autem Galen. omnibus medicamentum, & antidotum ex cyrenaico succo confectum, quod se in plurimo vsu habuisse testatur. Aetius autem libro septimo exponit, quale fuerit hoc medicamentum, vbi de ratione curandę quartanæ agit. Accipiebat enim cyrenaici succi, vel liquoris, piperis, myrrhæ, foliorum etiam viridium rutæ, par pondus: quæ omnia optimè trita assumenda sunt ruta leuigata, & dissoluta ex melle, in catapotiaque redigenda, & danda sunt aliquibus ad oboli pondus: aliquibus autem ad semiobolum. At verò, quia eiusmodi medicamenta, quæ validam vim habent, quando opportunè dantur, mirificè prosunt; hinc fit, ut imperiti sępenumero, cùm videant ea adeò insigniter contulisse ad tollendam febrem, credentes ita semper ea posse conferre, sine temporis alia determinatione, & distinctione, siue in incremento sit morbus, siue in principio, ea dare temere ausint. Vnde sæpissimè illis secus, ac sperant, contingit: sperant enim magnificè iuuatura, & magnificè nocent. Nam ex simplice duplicem quartanam efficiunt. Multoties ex intermittente continentem. Et proinde neque illum piguit, & hoc iterum monere; quanuis ex præcedenti facilè posset percipi: nempè quòd ab his medicamentis abstinendum omnino sit; nisi uigor accedat. siquidem ante vigorem apta sunt potius nocere, quàm prodesse. Hactenus quartanæ curationem expositam à Galen. habemus: quorum pars maior ad exquisitam quartanam referenda est. Quòd si dicas, sed quæ non exquisita, cur non docet eam curare? Dicimus, quòd quia non exquisita, aut est per mixtionem alterius humoris, aut ex humore melancholico facto ex ustione aliorum humorum: quanuis enim exusti humores, (vt alias diximus) in melancholicum humorem transeant; semper tamen aliquid seruant naturę præcedentis humoris: Ideò sicut est quoquomodo mixta natura humoris, vnde febris accenditur: Ita curatio mixta esse debet. Sicuti etiam mixtam ostendimus curationem tertianæ nothæ, vel non exquisitę. Et quatenus magis, vel minus refert naturam alterius humoris: Ita magis mixta, uel minus erit ratio curandę quartanę non exquisitæ.

B
C
D

Quotidianæ curatio. Cap. XII.

QVOTIDIANAM autem cùm curare volueris, vtere oxymelite post primos dies, & illis &c. Modus doctrinę, quem in hoc libello seruatur, compendiarius est, ut statim ab initio nostrarum lectionum diximus. Et ideo, quę semel tractata sunt, non repetit, neque etiam eorum distinctè meminit, quę facilè possumus ex illis collige- *Lect. xxviii*

re, quæ prius fuerant exposita. Vnde quia plurima sunt; immò uerò maior pars eorum, quæ ad curandam hanc quotidianam febrem pertinent: aut eandem, aut similem cum ijs rationem habent, quę in curatione pręcedentium fuere explicata. Propterea breuissimè, ac summatim, & tantum solas ferè indicationes, communesque scopos referens, ad continentes febres transitum facit. Primum etenim, si rem diligenter perpenderimus, tertiana notha media ferè est inter exquisitam tertianam, & quotidianam. Ac sicuti illa ab exquisita tertiana quatenus degenerat, eatenus ad naturam quotidianę (vt superius explanauimus) accedit: Ita & curatio eiusdem ad rationem curandę quotidianæ eatenus propè accedit. Deinde verò & aliqua intercedit similitudo inter quotidianam, & quartanam. In vtraque enim putrescit crassus, & frigidus humor: Igitur quantum ad hoc pertinet, aliquam indicandi rationem similem habent. Cui & id insuper accedit, quòd in vtraque febre refrigerato (vt in superioribus diximus) ventriculo, multa congeritur pituita. Ecce ergo quot sint ea, quę præsenti negotio, possunt esse vtilia, si ab illis depromantur, quæ fuere prioribus capitibus tractata. Ne tamen iuuenes nonitios suspensos detineamus, qui nondum sunt exercitati in his ratiocinationibus, & comparationibus, rem hanc, quam summatim, & compendiariè complexus est Galen. explicemus, & enodemus. Tria igitur ita in hac, B sicut in alijs id genus febribus, sunt consideranda; videlicet febris ipsa, causa febris, &, si aliqua sint, symptomata, quæ licet febrem sequantur; adeò tamen sunt interdum molesta, vt & ipsam aliquam indicationem considerandam medico offerant. Sed de febre hac quidem non est, cur multa dicamus: quia illa neque adeò vehemens, & multa, vt vim habeat insignem conuertendi ad se medici intentum. Immò aut vniuersam, aut maximam vim habent indicationes, quę à causa procedunt. Interdum verò, & sępe etiam symptomata. Nam præsertim (vt paulò post percipiemus) ventriculus adeò in hac febre imbecillis fit, vt non parum ipsius rationem habere sit opus. Materia verò in hac febre contra se habet, quàm in tertiana se haberet. In ea enim, quia acri sua, & calidissima natura potius affligebat, quàm corpulentia, & grauitate: Ideò indicatio humectationis, & refrigerationis superior erat, & prior. indicatione vacuationis. In hac verò febre, quoniam crassa, lentaque, & grauis materia est, & hac ratione plurimum rebellis: quanuis, & refrigerando noceat; dum tamen putrescit, calida euadit: sed omnino quia suapte natura frigida est, antequàm putrescat, & illa sit, quam præcipue superare, concoquere, & vacuare medicus sibi proponit: Idcircò, & calefaciendum esse, & siccandum indicat: fortior tamen in hac febre est indicatio vacuationis. Verùm quoniam humor is ineptissimus est, dum crudus est, vt C vacuetur, & cùm vi educere volumus, id non nisi magno negotio fieri potest, & molestia naturę illata: Eapropter hoc indicat parandum humorem esse, anteaquàm vacuetur. Immò & hoc peculiare humor hic habet, quòd quia à sanguine deficit, (si quidem crudus est) neque perinde, vt sanguis, superari, & vinci potuit à natiuo calore: multæ eius partes sunt, quę si facilè, & dexterè tractentur; paulatim à calore coquuntur, atque in sanguinem versæ cedunt in corporis alimentum. Quare & hac de causa, neque ita importunè oportet eius vacuationem aggredi; sed prius eius concoctionem tentare. Duæ sunt itaque primę in hac curatione indicationes: altera vacuationis: altera concoctionis. Sed quanuis tempore prior debeat esse concoctio: medici tamen instituto, & proposito prior est vacuatio. Verùm quia in euacuationibus non est vna ratio, neque vnus modus: aliquæ enim sunt, quæ non videntur tantam obseruationem requirere concoctionis, vt est sanguinis missio. Ideò antequàm vlterius progrediamur, de hac sermonem instituamus, & quæramus, cur hoc fit, quòd istius rei nulla à Græcis auctoribus sit habita mentio: an videlicet mittendus sit sanguis in quotidianæ febris curatione. Quasi ipsi putauerint, nunquàm in ea esse sanguinem mittendum. Arabes tamen, pręsertim verò Auicen. sensisse videntur, sanguinis missionem posse hic locum D habere: nimirum si vrina interdum crassa, & rubra conspiciatur. Putarem equidem, quatenus ad propositam quæstionem pertinet, Galenum, cæterosque græcos, qui eadem, quæ hoc loco descripsit Galen. eisdem verbis tantùm recitant, nullam hic mentionem missionis sanguinis fecisse; non propterea quia censuerint nunquam esse mittendum sanguinem in hac febre: sed quia rarò admodum sit mittendus. Et hoc videtur pertinere ad modum compendiarię, & breuis doctrinæ: nimirum vt ea duntaxat explicitè referantur, quæ frequentius in considerationem veniunt: prætermittantur verò ea, quę rarius cadunt; præsertim cùm alibi sint diffusę tractata, vel saltem contineantur in illis, quæ in alijs libris rationibus communionibus explanata sunt. Quarto verò de Sanita. tuend. vbi de lassitudinibus, quæ
cap. 4. morbos præcedere solent, & sunt vel initia, vel nuntia futurorum morborum, sermonem habet, regulas nobis tradidit, quibus facilè percipere, quando in affectibus,

qui

A qui à uitiosis humoribus excitati sunt, utile sit sanguinem detrahere,& quando secus. Prior autem ea est, quòd considerandum est diligenter, an simul cum humoribus illis uitiosis multus etiam sit in corpore sanguis, vel paucus. Quia si sit multus, ita vt ab aliorum humorum proportione minimè superetur: audacter secanda erit uena. Sin autem non ita multus sit, sed potius alij humores uincant: tunc alteram regulam tradit, inquiens, Tunc præterea considerandũ est, an eiusmodi humores plurimum à natura sanguinis recesserint: an uerò parum. Et hoc quidem in omnibus humoribus obseruari potest: uidelicet quòd eorum aliqui parum à natura sanguinis deficiunt, alii plurimum. Quam quidem rem quoniam eo in loco apertè, ac lucidè exponit Gal. nos in præsentia in eius explicatione nolumus esse multi. Sed hoc tantum tanquã exemplo proposito utemur. Ex multis scilicet à nobis in superioribus lectionibus explicatis pituitę differẽtijs, dulcis magis est naturę sanguinis propinqua, q̃ insipida;& insipida, q̃ acida;& hæc, q̃ vitrea,& oino cruda. In ijs ergo, quæ multũ à sanguinis natura recedunt, sectioni venæ parcendũ est. vbi verò modicus recessus fuerit possumus sanguinem mittere. Quòd si quispiã iunior quęrat, sed quibusnã signis cognoscere potero, aut sanguinem multum esse, aut humorem non abesse multum à sanguinis natura? Multa sunt ea. Nam si color corporis rubicundus, ac bonus sit, fieri nequit ferè, vt sit

B in eo sanguinis penuria: aut ꝙ plurimum vitiosi sint humores. Pręterea venarum plenitudo,& color. Auicen. tamen maximè innititur colori vrinarum: ait enim, cùm vrina rubicunda,& crassior fuerit, sanguinem esse mittendum. De modo autem significationis vrinarum multus superius sermo habitus est. Gal. verò robori virium præsertim incumbit: dixit enim, ꝙ cùm humores plurimi,& vitiosi fuerint, ita vt vel sanguinis proportionem superent, vel remoti sint plurimum à sanguine, non possunt vires integræ,& admodum validæ esse. Quòd si iterum quęras, quantum sanguinis sit detrahendum, quando detrahere oportuerit. Certa sanè istius quantitas nequit definiri. Nã id petendũ erit à multa repletione, à modo viriũ, ab ætate, ab anni tempore, à consuetudine,& ab id genus reliquis. Sed hic aduertendum, ꝙ quanuis dixerimus, venę sectionem, quando illam fore vtilem iudicatum fuerit, non exigere eam humorum concoctionem, quam reliquę humorum vacuationes exigunt, ꝙ hoc intelligendum est, ratione habita ad eum humorem, qui secta vena vacuandus est, qui sanguis est. Neque. n. alioquin ad eductionem parari solet; nisi interdum, si nimis crassus fuerit: quia balneis, aut alio simili remedio quærimus, vt fundatur,& attenuetur, quò facilius fluat. Interdum tamen aliqua concoctio,& sæpe etiam euacuatio prætermittenda est, antequàm mittatur sanguis: non tamen ratione indicationis, quæ nobis sanguinem esse mittendum præcipit; sed alterius, quæ aliunde est depromenda. In his quotidianis reperitur multa pituita in ventriculo collecta ex ipsius cruditate, itemque in primis venis: quæ nisi prius aut

C coquatur, aut de ventriculo detrahatur; facilè (vt quinto de Sanit. tuen. docuit Galen.) fieri potest, vt dum venę inaniuntur, misso sanguine, attrahant crudam illam pituitam, quæ per alias venas distributa in visceribus,& in vniuerso corporis habitu plures, validioresque excitabit obstructiones. Quare non ab re fuerit in his procurare, vt vel abstinentia cibi coquatur: vel vomitu (de quo paulò post locuturi sumus) educatur: vel leui medicamento, cuius vis non pertranseat fines ventriculi,& venarum ad ipsum pertinentium. Quibus expeditis, ad eorum rationem, quæ ad concoctionis rationem,& præparationem humoris ad vacuationem spectant, accedamus. quę quidem in duobus pręsertim capitibus consistit: nempè in victus ratione,& medicamentorum recta administratione. Primum ergo de victus ratione agamus. Cuius summa hæc est in vniersum, quòd victus sit attenuans, sitque imprimis incidendi facultate præditus. Hoc enim sequitur indicationem sumptam à natura istius febris, quæ accensa est ex humore crasso suapte natura,& lento. Sed cùm respiciat res illas, quæ non naturales à iunioribus nostris dicuntur, particulatim de earum qualibet breuissimè tractabimus. Sed ab aere summamus initium, quo nihil est, quod magis corpus mutare potest. Facilè autem quilibet, qui eorum memor est, qua hactenus exposita sunt, pręsertim verò

D primarum indicationum, quæ vim maiorem habent in curanda hac febre, poterit perspicere, qualem oporteat esse aerem: nempè, quòd quantum fieri potest, sit oppositus causæ ipsius febris, quæ humor est frigidus,& humidus,& crassus. Erit ergo calidus,& siccus, purus,& tenuis. Quòd si talis non sit natura aer, in quo versatur ægrotans, fiat arte talis: accenso videlicet igne,& eo quidem ex lignis, quæ natura calefaciunt,& desiccant, sicut essent, ligna iuniperi,& cedri,& aliorum similium; itemque suffitu eorum, quæ calefaciunt,& siccant, dummodò non afferant capitis grauitatem; vtpote quia caput repleant, vt aromata. non ergo sit eorum odor acutus, multus, neque grauis. Cibi verò omnes, qui frigidi,& humidi sunt natura, fugiendi sunt. nisi interdum ea ratione, qua detergendi vim habent, vtiliter possunt admitti. Sed corrigendus est contrariarum qualitatum excessus illis incoctis, quæ calefaciant,& siccent,& attenuent. Quemadmodum ptissanam paramus pipere, vel hyssopo incocto, vel porro, vel alio, uel origano, uel menta, Lect. lxxix

vel aliquo alio id genus. Ius etiam tubeorū cicerum & cibus erit, pane iniecto, & medicamēti vim habebit. Carnes autem magnorum animalium, & eorum, quæ humida plurimum sunt, vt agni ueruecis, porci, malæ in hac febre sunt. Hædinæ verò, & vitulinæ ex quadrupedibus concedi possunt, dum iuuenes sunt, si dum coquuntur, parentur & sale, (vt fieri solet) & alijs, quæ attenuent, & aliquantisper calefaciant, vt apium, & nostrum hortense petroselinum; sed & menta, serpillum, pulegium, & alia id genus; dummodò tamen per gradus procedamus, inchoantes à leuioribus, & minus calidis, minusque aperientibus, ne statim fundentes materiam crudam adhuc, crassamq; in venas deducant, & obstructiones augeant. Ex altilibus autem syluestrium auicularum, & auium carnes, quæ concoctu faciles sunt, & siccius alimentum præstant, sangui nem tamen tenuem gignunt, aptæ sunt huic rationi victus, qui in præsentia instituitur. Quę si condiantur modico incocto allio, non parum ad rem nostram facient. Tales sunt perdices, attagenæ, quas starnas, vel francolinos vulgò appellant, item phasiani, & id genus reliqua. Sed & pulli gallinacei iuuenes cocti cum aliquo prædictorum, quæ modestè calefaciant, siccent, & attenuent, non erunt à re nostra alieni. Sed neque sorbilia oua. Salsamenta præterea aliqua in prima mensa moderato vsu, incidendo, & attenuando poterunt prodesse. Ex acetarijs autem cappares parati, aut oxymelite, vt antiqui parabant: vel aceto, & saccharo, aut passulis, vt fieri in præsentia solet. Item & asparagi. Aliqui verò petroselini radices coctas comedunt, inspersò oleo, aceto, & sale, vt cichorei radices multi parare solent. possunt, & hæ concedi, sed & liquor ille (quem hic salsam appellant) qui conficitur ex folijs petroselini tritis, & aceto dissolutis, additis paucis amygdalis, & crusta panis modica, præterea, & pipere adhiberi potest. Neque etiam confectio illa, quæ ex sinapi, & melle, cydonijs componitur, & senauriam alij, alij verò mostardā appellant, esset aspernanda. Potus verò vtilis illi imprimis esset oxymel simplex, aut etiam acetosus syrupus: diluerentur autem aqua, in qua incoctum esset, aut piperis parum, aut cinnamomi, aut radicis fęniculi. Præsertim verò, dum crudus est morbus. Nam vbi insignis aliqua visa fuerit concoctio, tunc, & vini potus vtilior erit. Reliqua verò huc omnia referantur. Nam vigilia somno vtilior est: tantus enim somnus indulgendus, quantus ad concoctionem facere potest. Alioquin enim cùm in hac febre à graui etiam somno tenentur, expergefaciendi sunt, Interdum nanque in soporem incidunt, nisi excitentur: & nonnunquam in lethargum: repleto videlicet capite crassis, & frigidis vaporibus à pituitosa materia elatis. Vigilia autem, cùm exiccet, attenuetque, & calefaciat, ad humoris concoctionem magis facit. Immò, vt de quiete, & motione aliquid dicamus, si illæ essent ęgroti vires, vt posset exercitationem ante cibum, & dum famescit, perferre: id medici antiqui, præsertim verò Auicen. & Trallianus Alexander, quem ipse Auicen. in hac istius febris curatione sequitur; ferè ad vnguem, vt fieret, laudarunt motus enim calefacit, & exiccat. Animi verò motus, præcipuè autem iracundia modesta aliqua, vt potè quæ & ipsa calefaciat, & siccet, & gaudia non essent inutilia. aduersaria verò tristitia, & metus, quæ refrigerant. Procurandum verò imprimis est, vt communes, ac consuetę excretiones non retineantur; sed procedant aut sponte, aut arte, & auxilio medici. Et hoc compendio quodam insinuare voluit Galen. cùm dixit, Reliqua verò, quæ ad victus rationem pertinent, inuenies, si ad communes scopos respexeris. Vnum tamen, antequàm ad alia medica instrumenta transitum faciamus, considerandum est, quod & scitu per quàm necessarium est. Nam de quantitate eorum, quæ in cibum offerenda sunt, satis abundè disseruimus de quantitate & ordine offerendorum nullus est habitus sermo: cùm tamen, & hoc apprimè sit necessarium. Quare pauca quædam verba de his etiam faciemus; vt tamen hoc prius ponamus, quòd pituita hoc priuilegium habet, quòd magna ex parte, si rectè tractetur, potest in sanguinem, si vlterius coquatur, & in alimentum conuerti; cùm sit humor ferè semicoctus. Magna ex parte diximus; quia aliæ sunt pituitæ differentię, quę ineptæ sunt, vt ex ipsis alatur corpus, sicuti salsa, & acida. Vnde in lib. de Constit. art. medic. ait Galen. salsam quidem pituitam purgare oportet; acidam verò alterare, & opem naturæ ad eius concoctionem afferre. Dulcis autem & multò facilius concoquitur. Igitur si multa sit pituita redundans in ventriculo, immò & in venis, sępe illa per concoctionem in bonum succum vertitur, vt non amplius simus coacti illam aliòquin vacuare, vel aliter ad vacuationem parare. Id autem commodissimè fit per abstinentiam à cibo, natura enim, dum non auertitur per ingestum nouum cibum, pituitam, si ad concoctionem sit apta, concoquere nititur. Vnde sæpe in his febribus statim ab initio victum admodùm tenuem hac de causa instituimus, & sæpe (vt dixere Auicen. & Alexan.) consumpta hoc pacto materia, quæ febrem fouebat, breui tempore febris desinit. Atque (vt Hippo. & Gal. secundo de Rat. vict. in acu. morb. docuere) qui pituitosi sunt, facilè admodùm ieiunium, & victum tenuem ferunt citra molestiam, secus quàm biliosi. Verùm cùm res in longius protrahitur, ventriculus, iam absumpta pituita, qua plenus erat, inanitus ab inedia cruciatur, & debilior redditur: huius tamen, præsertim verò versus vigorem, plurimam

A B C D

Cap. 19.

Com. 30.

A curam esse habendam ait hic Gal. quia sæpe eius consensu in hac febre fiunt animi deliquia: Ideò eos alere oportet. Modus autem, & copia offerendi alimenti ea debet esse, ut ad vigorē accedentes semper aliqd detrahere possimus. In oibus.n. febribus hoc seruãdũ ē, vt aliorũ tēporũ cōparatione semper tenuissimo uictu vtamur; semper tñ habita ratione naturæ ægrotantis eiusdē ætatis, & tēporis, præterea, & consuetudinis, vt superius sæpe fuit expositum. Quæ quantum ad rationē victus pertinet, satis iu præsentia esse possunt. Reliquum autem est, vt ad eam rationem coouertamus orationem, quæ medicamenta respicit, non ea, quæ purgant, sed illa, quæ iuuant materiæ concoctionem, ut uel io alimentum vertatur, vel facilius à natura excernatur. In his autē iouenieudis respiciendæ semper sunt primæ, ac communes indicationes, & ab illis deptomendi scopi, qui à natura humoris, & causæ febris exurguut, sicut in victus ratione, ita in reliqua admiuistratione remediorum: Et cùm crassus sit, & lentus humor, ijs imprimis remedijs, quæ facultate dissectoria prędita sint io vniuersum vtendũ. Et hoc puto voluisse Gal. cùm dixit, Et in vouersum caput dięte tibi sit, ut magis disseces. Quo loco per diętam, noo id tantum significari existimarem, ꝙ ad victus rationem pertioet, vt sępius medici accipere solent. Nam Gręcis dięta idem significat, quod ἀγωγή. Vnde omnem curationem istius febris io vnam summam, &

B vnum caput referre volens dixit, Caput sit, vt omnia vim incidendi habeant, quę in principio, & ante vigorem ægroto sunt adhibenda. Et ad id caput oxymel pertinet, & quæ vrinas prouocare probè possunt. Vnde sub oxymelite referamus, & simplex oxymel, & compositum ex radicibus, & oxymel scillinum, & syrupum acetosum, & simplicem, & compositum, & acetosum diarodon. De ijs autem, quæ cient vrinam, multotiens sermonem habuimus, & io capite de tertiana; & de quartana: Ideò breuius rem peragemus, si tantum reuocauerimus in memoriam id, de quo sæpe monuimus, ꝙ inter initia, dum multa adhuc cruditas est, oon aggrediamur curationem cum rebus plurimùm calefacientibus, siue incidere, siue attenuare, siue vrinam prouocare voluerimus, quia cùm illa humorem violenter moueant, inæqualiter eum afficiunt, exiccantq; partes tenuiores; & quæ reliquuntur, crassiores, & difficiliores euaduot. Sed à temperatioribus incohandum est, & paulatim ad altiora accedendum per gradus. Vnde mihi magis probatur lectio, quæ in Pauli Æginetæ exemplari habetur, vt dicamus κατὰ τὰς πρώτας ἡμέρας, hoc est primis diebus, quàm μετὰ, idest post primos dies. Nam incipiendum est ab oxymelite, in quo est præter incisionem, vis ciendi vrinam. Deinde ad vsum eorum, quæ probè, idest valentius prouocant vrinam; atque ita ad vigorem vsque progrediendum. vt post oxymeli

C liti addamus apium, uel anethum: Deinde petroselini, & fœniculi radicem: postea hyssopum: & ita vlterius, uel ad syrupos, vel oxymel, cùm his paratos. Vbi verò vigor institerit, qui in insigni, & exquisita concoctione consistit, tuncanteq̃ aliud moliamur, fouendus est ventriculus, & roborãdus tàm ijs, quę exterius adhiberi possunt, q̃ illis, quæ interius. Interius quidē, ut essent syrupi ex absiothio, & ex meota: aut confectiones huic rei accōmodatæ, sicut aromaticum rosaceum, confectio ex galanga appellata; quod quidē simplex forsitan costus antiquorũ est. Exterius aũt fomentis, factis ex absinthio, menta, mastiche, cinnamomo, galanga, garyophylis coctis ex vino, & aqua; Item illinitionibus ex oleis absinthioo, mastichino, nardino, ex menta, uel id genus reliquis. Eius autem tanta cura habenda est, tùm propter præterita, tùm etiam propter futura. Propter prętterita faoē, quia tota ferè occasio febris istius à frigidiori, & crudiori ventriculo pendet, atq; etiã longè magis fit frigidior, & laxior, tàm ob diuturoum morbũ, q̃ ob frigidam, & humidam pituitam. Propter futura autē, quoniã accedente vigore, iam opportuoum erit pituitam fouentē hanc febrem, tùm vomitu purgare, tùm per alui deiectiones. Vomitus verò, & medicamēta noo parũ ventriculum, ac os eius turbant. Expectandum autem vigorem censet, doctrioam, & præcepta Hipp. secutus, nou esse scilicet mouendum materiam, ita in his, sicut io alijs febribus, nisi concoctam: quia

D concocta succedit vigor. Sed his consistendum parumper est, & considerandum, quòd cùm pituitæ copiosę generandę pręcipua causa sit imbecillis veotriculus, qui in his febribus semper reduodat multa pituita: ea tamen non proximè febres accendere solet, nisi io venas distribuatur, & vel in eis, vel inde expulsa in musculis putrescat, & aliis particulis, quę habitum corporis constituunt. Vnde euacuationis istius humoris scopus bipartitus est: oempe vtrãque hanc materiam vacuare, & eam, quę obsidet ventriculum, & illam, quę io venis continetur: altera autem vomitu, altera verò facilius per inferiorem aluum medicamentis purgatur, vtrunque tamen moliendum est, cùm iam concocta est; quia antequàm concoquatur, viscida, & crassa est: & proinde eductioni, ac motui inepta, & renitens. Quam dum volumus vacuare ui, illa quidem lentore hęrēs particulis, per quas transitura est, & crassitie, difficilem per angustos meatus transitum habet. Quare medicamenta lenia nihil agunt: fortiauerò plurimam vim naturę afferunt, & omnia turbant, potiusque bonos, q̃ inutiles humores trahunt; cùm illi nō ita resistant. Concocta uerò facilior redditur; cùm & tenuior fit facta, & minus lenta. Sed quatenus ad vomitũ pertinet, summatim rem persequitur, ait.n. agendũ esse, vt post cibum, & radicularum esum Lect. xxix.

M 3 euomant.

euomant. Multa autem hoc loco consideranda nobis offeruntur in ratione ciendi vomitus, tàm A
quantum ad modum, & instrumenta, hoc est medicamenta, quibus ciendus est, quàm etiam quã-
tum ad tempus, quo prouocandus est. Nam quanuis uomendum esse præcipiat post vigorē : nō
tamen propter hoc vetat, quò minus etiā ante vigorem, si in initio accessionis ventriculus sit nau-
seabundus, vel excitetur sponte ad vomitum, ipsum adiuuemus. Immò & vtile hoc est, & necessa-
rium, dummodò id leuibus medicamentis, vel auxilijs agamus. De quibus, quia superius habi-
tus est sermo, in præsentia non loquemur. Vomitus autem, de quo ait Gal. esse vigorem expe-
ctandum, est is, quo volumus totum corpus purgare, atque is, & a cibo ciendus est, & vi medica-
mentorum, quæ aliquam habent facultatem attrahendi superuacaneum humorem: sicut qui esu
radiculæ citandus est. Antiqui verò (ut de quartana diximus) ea radicula vtebantur parata ex al-
bo veratro. De purgatione aūt alui non ita est facile determinare; immò est res difficilis. Quia
Gal. absolutè non esse purgandum ait, nisi post vigorem. Auicen. verò, qui in cura huiusce fe-
bris omnia ferè ex Tralliano Alexandro descripsit, nec non & ipse Alexander secus sentire viden-
tur, nolunt. n. omnino vigorem esse expectandum; immò paulatim concoquendum esse humo-
rem, & sicut concoquitur, ita etiam esse uacuandum. Sic. n. consuluit Alex. lib. duodecimo suæ
medicinæ. Ego tamen putarem, ꝙ cùm pituitę, præsertim verò crassioris, & crudioris sint par- B
tes diuersæ, & alię citius, & facilius concoctionē admittant, alię tardius, ac difficilius: si modera
to aliquo, & faciliori medicamento quod insignem vim humori non afferret, procuraremus, vt
quæ iam concoctæ sunt, partes vacuaremus: quod facilè fieri poterit, cùm illæ iam promptæ, &
paratæ sint: neque tamen aliarum concoctionem impediremus; quoniam non tanta esset eius
medicamenti potestas, vt illas exagitaret: immò natura his eductis, ac oneris aliqua parte leuata,
facilius reliquas administrabit. Et sæpe hac tempestate id agere cogimur: cùm neque ægroti, neq;
familiares possint tantam perferre procrastinationem, dum otiari illis interim medicus videtur.
Euacuata ergo ea parte, quæ concoctior videtur, alterius erit maior concoctio expectanda.
In vniuersum tamen Paulus, Aetius, quos etiā sequi ex parte videtur Auicen. Galenum insequun-
tur, & concoctionem expectandam censent, & post, uel circa vigorem esse vacuandum: quanuis
Auicen. priorem sententiam non damnet. Et hac tempestate maior pars medicorum eam se-
quuntur. Sed omnino, si modestus fuerit medicus, neque utatur validis admodùm medica-
mentis, non vidi aliquod unquàm secutum fuisse incommodum, sed potius commodum.
Illud præterea considerandum ꝙ Paulus & Auicen. idem, si rectè perpendantur eius verba, senti-
re videtur. Alexander verò hanc sententiam explicitè pronunciat, longè consultius esse in hac fe-
bre, nolle confertim vniuersum hunc humorem vacuare, quantūcunq;. n. sit coctus is humor, nun-
quam tamen non crassus est, & non admodùm sequax, & ad motum facilis. Vnde ex violentiori C
pharmaco dissoluuntur naturæ vires: sed si sæpius purgauerimus, & felicius, melius, & felicius res
succedet. Quòd si quæsieritis, quibus imprimis oporteat in hac febre medicamentis vti. Om-
nes ferè primùm locum agarico tribuunt: vt etiam est in multo vsu. Et re vera optimum est me-
dicamentum, & satis etiam facilè purgat; modò sit electus, & bonus. Alioquin enim nullum me-
dicamentum magis conturbat, & ventriculum subuertit: quando non fuerit electissimus, sed li-
gnosus, grauis, & malus. Polypodium quoque pituitam uacuat satis facilè. Semina etiam enici,
chartamum arabes appellant. adeò autem Gal. familiaria erant, ut cocta ex ptissana ad purgandā
pituitam daret. Inter composita sunt appellatum electuarium Indum descriptum à Mesue, & dia-
phoinicon, hoc est ex palmulis, itidem à Mesue descriptum: quamuis descriptionem accepisse à
Paulo visus sit; & si in aliquibus enariet. Colocynthis autem, & elaterium ualentissima sunt medi
camenta. Possemus & pilulis ex agarico descriptis à Mesue vti, & cochiis, & aliis multis. Sed hæc
in præsentia sint satis. Gal. verò tàm longam verborum seriem, & sententiarum explanationem bre
ui admodùm, & conciso sermone persecutus est, & tribus capitibus summatim comprehendit:
nempe ut post uigorem habita prius cura ventriculi, cieatur vomitus; medicamentis per aluum
inferius corpus purgantibus, & pituitam educentibus purgetur: & ꝙ reliqua omnia, quæ ad D
uictus rationem pertinent, facilè quisq;, qui ad communes scopos voluerit respicere per se inue-
nire poterit: neque tamen qui sint hi communes scopi, alioquin in præsentia exponit. Aetius
verò in duo refert: videlicet in attenuantē victū: & medicaméta, q̄ facultatē attenuandi, & secandi
habeant. Pręcipui ergo scopi in hac febre sunt attenuare & incidere; vt potè quòd crassa sit, & len-
ta materia, quę febrem hanc fouet. Dices forsitan, non ne etiam calefacere, & exiccare, cùm
ea sit frigida, & humida? & id etiam in scopis communibus continetur. Verùm (inquam) prio
res illi sunt potiores. Contra. n. in hac, quàm in tertiana feres habet. In illa enim potior erat
indicatio respiciens qualitates humoris, quàm substantiam In hac verò difficiliorem febrem red-
dit crassitudo, & lentor. Hæc ergo sunt, quibus maior pars curationis istius febris continetur.
Lect. Nisi quod vnum non est prętermittendum, in quo magnum est momentū, quodq; animaduerten
lxxxj. dum plurimū est, pręsertim verò medicis iunioribus, qui sibi nullum pręter Gal. imitãdum propo-

M nunt.

A nunc. id verò, est ꝙ Gal. in his, isagogicis, et compendianis libris, in quibus breuitatem. sectatus est et compendiariam doctrinā, summa tantùm rerum capita persequitur. neque particulatim res ipsas distinguit. Vnde vno, uel altero in exemplum proposito, cętera relinquit ex aliis libris definienda, et addenda nobis ordinem sequentibus ostensum in ijs, quæ ab eo fuere exposita. Vt Alexander in curatione istius febris animaduertit, in qua quasi Gal. carpit, qui nō exquisitè eam definierit, sed confusè potius. Neque enim hęc generalis ratio, quam nobis tradit, omnibus pituitosis febribus potest accommodari. Quia cùm (ut idem Gal. secundo de Differ. feb. docet, & eo loco nos exposuimus) multæ sunt differentiæ pituitosarum febrium non parum inter se natura discrepantes. Alia enim frigidissima & crassissima est. Alia parum frigida, & non multum etiam crassa, vt dulcis. Alia verò non modò non frigida multùm, sed potius calida, vt salsa. Sicuti natura euariant: ita & curandi ratione. Vnde si in febre ex salsa pituita hoc curationis modo vsi fuerimus, non solùm non curabimus; imò uerò morbum faciemus grauiorem. Nec contemnendum est, quod ait hic Alexander, (nam neque illi aduersaretur Gal.) ait enim, ꝙ salsam pituitam, si attenuare, & secare, & detergere volnerimus medicamentis calidis, aut etiam cibis, crassior euader, & magis indurescet, & acrior, maligniorq; reddetur, quod & experientia nititꝰ probare, & Arist. auctoritate.
B Salsi enim humores igne, & cōcrescunt, & radijs calidioribus solis magis crassescunt, indurātur q;. Quare humectantibus potius, & refrigerantibus temperantur, & coquuntur. Atque procurandū præterea est, ut citò vacuētur. quò enim diutius in corpore moram traxerint, eò etiam deteriores fiunt salsi hi humores. Et hęc mihi satis in præsentia visa sunt, quantum ad quotidianam febrē curandam pertinet. Vbi vnum considerandum est, vt Gal. à calumnia liberemus, quam insinuare visus est Alexander, ꝙ ipse, quatenus ad suum institutum pertinebat, satis de quotidiana locutus, neque confusè, sed distinctè, quantum ad suum attinebat negotium. Nam curationem morborum exponere statim à principio est pollicitus, qui frequentius solent exoriri, & doctrinā sum matim, & per compendium tradere. Vnde sui muneris erat ea tantum persequi, quę erant necessaria. Quare curationem, sicut, & dignotionem, exquisitarum febrium intermittentium tradidit: pręterea verò, & modum, quo exquisitæ nobis discernerentur: collatis videlicet symptomatibus vtriusque: quam comparationem etiam exemplo proposito exquisitę & nothę tertianę docuit, & eodem etiam exemplo, quomodo variaret curatio huius à curatione illius: & hoc per collationem indicationum in utrisque depromendarum; & prætерea scoporum, & ex eis quomodo remedia essent conquirenda. Nobis ergo viam monstrauit harum exemplo, vt nos
C postea eadem incidentes, idem in alijs faceremus, quod ipse fecit in his. Si enim examinauerimus, per signa apparentia, qualis sit pituita, vnde est febris accensa, & qua ratione à naturali, vnde ortum habet exquisita quotidiana, recedat: ita eam rationem sequentes remedia, & viam curandi facile erit nobis inire. Nam quò erit humor crassior frigidior, & viscidior, eò etiam indicabit magis attenuandum, dissecandum, & calefaciendum: quò autem minus, ita & minus his insistendū. Etsi interdum humor is calorem aliquem contraxerit, vt quando vel amara sit facta, vel salsa, vel alterius istorum saporū: iam & non adeò calefacientibus eget, sed potius refrigerantibus. Ac proinde neque de epiala, & alijs istius febris differentijs alioquin particulatim agemus.

Febrium Continuarum, quæ carent Accidentibus, curatio. *Cap. XIII.*

D IN continuis autem febribus, quibus quidem status morbi, non vltra septimam futurus est, & vires validę sunt, &c. Febres quidem, quę assiduæ sunt, essentia, & natura ab intermittentibus nō differunt, ut superius sæpè à nobis fuit expositum. Differentię enim, quæ ad essentiam febris attinent, sunt, quæ vel à ratione caloris, vel à materia depromuntur, vt statim à principio libri de Differ. febriū à Gal. traditum est. Vnde eas assiduas, quæ ex eadem materia cum intermittentium aliquibus accenduntur, cum illis etiam ad idem genus pertinere dixit. Differunt autem ratione loci, in quo is humor putrescit. Nā si in venis putrescat, febris cōtinenter affligit, & tùm hac ratione: nempe quia nullam requiem ægrotantibus relinquit; tùm verò, quia per uenas fit maior cōmunicatio noxę membris pręcipuis, præsertim uerò cordi: febris continua longè maior morbus est. Ex his autem facilè vnusquisq; percipere potest, cur simul omnium continuarum febrium curationē vnico, & breui capite comprehenderit, neq; vniuscuiusq; curationem seorsum, & particulatim fuerit persecutus. Quia indicationes, quæ nobis scopos ostendunt, & qualitatem, naturamq; remediorum, eędem sunt in intermittentibus, & continuis febribus, quę sunt in eodem genere. Differunt

ferunt autem penes morbi magnitudinem: ita etiam validioribus remedijs, & exquisitiore ra- A
tione curationis. Etenim primo Aphor. explanans Gal. eum apho. Extremis morbis extrema reme
dia, ait, Quare præcipit in ipsis fieri exquisitã totam curationis rationem, & tenuissimum pariter
victum adhiberi. Ratio ergo harum febres curandi in vniuersum eadem est cum ea, qua curandæ
sunt intermittentes; nisi ꝙ exquisitior esse requirit, & validioribus remedijs tractanda est. Vnde si
de uictu sit loquendum, secundum genus quidem eadem ratio est in vtrisque. Nam per relationem
ad morbi vigorem hic, & ibi victus instituendus est: nimirum vt tenuior sit in uigore, q̃ ante uigo
rem, vel postea: & ꝙ in initio liberalius reficiamus febricitantem: paulatim verò vsque ad uigorẽ,
cibum subtrahamus. Et sicuti ante vigorem paulatim detrahimus: ita post vigorem non statim ple
no uictu vtamur. vires enim ex vi morbi lassatæ & imbecilliores redditæ, non possunt multam ci-
borum ingestorum molem conficere. Igitur cibo eatenus paulatim addendum est, ut paulatim il-
læ reficiuntur. Quoniam uerò uigor in continentibus semper propinquior est, q̃ in intermitten-
tibus, in eodem genere facta comparatione: Ideò tenuior in eis, q̃ in intermittentibus victus est
instituendus. Vnde sicut in exquisita tertiana intermittente, vigor ad summum in septima periodo
expectandus est, quę tredecima die incipit: ita in assidua, si exquisita fuerit, rarò excedit septimam
diem: vt in ardente febre fieri solet. Quare morbus hic peracutus erit, & statim ab initio oporte- B
bit tenuissimo victu vti, si vires illum videantur ferre posse. Ea propter si cremore hordei in prin-
cipio fuerimus vsi, semper eo liquidiore vtemur, donec in vigore solo potu aquę hordei, vel mul-
sæ, vel iuleb appellari multa copia aquę diluti vtamur. Si vltra septimã progressurus erit morbus, à
principio ptisanam dabimus: mox cremorem: postmodum solum potum. vt semper tamen rõnẽ vi
rium habeamus, ætatis, temporis, regionis, consuetudinis. Et hoc quantũm ad alimenti, & ciborũ
Apho. 16. copiam pertinet. Quia quantum ad qualitatem, satis omnibus constat, humidam victus rationem
conuenire omnibus febricitantibus, vt docuit primo Aph. Hippo. Qua autem ratione hæc senten
tia explananda sit, ad explanationem libri Apho. pertinet. Vnde & ptisanam, & chõdrum, vel far,
& mulsam in his febribus commendat, & panem ex aqua coctum. Hoc tamen aduertendum, ꝙ
nunquã quidpiam agendum est aduersa natura. Nam etsi ptisana omnibus præferatur cibis, in fe-
bre præsertim acuta; neque tamen omnibus omnino afferenda est. Quidam enim eam adeò fasti-
diunt, vt statim euomant: alij verò adeò sunt frigidi ventriculi, vt in eo facilè acescat. Propterea
his, aut panis coctus ex aqua, vel ex aquoso iure, uel far optimè coctũ, & paratũ, vel hmõi aliud
exhibendũ est: de quibus in intermittentibus dictum fuit. Quatenus verò ad vacuationem, quæ ma
teriæ ratione requiritur, quæ qualitatibus morbi debetur, & hoc considerandum, ꝙ continuæ fe- C
bres non omnes æquales sunt magnitudine: Plerunque enim maximi morbi sunt febres, quæ ex
calida materia, vt vel ex putrescente sanguine, vel bile accenduntur: Aliæ verò potius lentę, & non
magnæ sunt, pręsertim verò si careãt prauis symptomatibus, de quibus in sequenti capite erit ser
mo habendus: Ideò alię quidem non hñt admodũ differentẽ curationẽ à sui generis intermitten
Apho. 43. tibus. Hæ verò, vt quę magnũ habeãt calorẽ, & assiduũ, semper ferè in magnis morbis ponũtur. Nã
Hipp. quarto Aph. ait, Febres, quęcunq; non intermittentes tertia die fortiores fiunt, periculosæ.
Vnde præter eã indicationẽ, quę accipienda est à natura morbi, accedit, & ea, quæ est à magnitudine
morbi: Idcircò in his & maximè cõsiderationis est: an sanguis sit mittendus. Magnus.n.morbus
ꝓximè, & per se indicat, magnis opus esse remedijs. Ita nanque Hipp. pronuntiauit eo Aph. Extrẽ
mis morbis extrema remedia opportuna esse ad curationem. In magnis autem remedijs plerunq;
quatenus ad pręsens negotium potest pertinere, tria hęc ab ipso recensentur: victus tenuissimus,
vt nuper citato Apho. indicauit Gal. uenæ ẽt sectio: & purgatio, vt 2, Apho. tradidit idẽ Gal. Vnde
Apho. 39. qui absolutè innixi sniæ. Gal. 4. de Rat. vict. in morb. acu. & 4. Meth. & in lib. de Cur. rat. p sect. venã
proferunt semper venã secandã, si fuerit magnus morbus, sine alia diffinitione ?obaudiunt, quæ ab
eodem Gal. plerunque in hac re tradita sunt; vtpote qui quarto Metho. dixerit, nẽpe ꝙ robur mor D
cap. 6. bi, siue magnitudinem dicas, pro scopo nobis constituere oportet, tùm in mittẽdo sanguine, tùm
in purgando: quodq; Hipp. primus omnium, quos nouerimus, inuenerit hunc scopum. Si ergo in-
dicatio à morbi magnitudine accepta, vel secandam venam nobis pręscribit, vel purgandum. li-
quidò omnibus patere potest, (quod tamẽ latet multos, qui medicinam hoc tempore profitẽtur)
rationem hanc non valere, Morbus est magnus, vires, & ętas consentiunt. Ergo mittendus san-
guis. Sed oportet inferre, Ergo vel purgatione, vel missione sanguinis eget. Quodnam autem ista-
rũ potius eligendum sit, aliunde petendum est: nimirum vel à natura vacuandi humoris: vel ab eius
motu: vel à natura laborantis corporis. Sed de hoc alibi plenius, & planius egimus. Et proinde
Gal. non fuit satis dixisse. Sanguinem mittes ob morbi magnitudinem; sed addidit, Et illis, qui ma
gis rubent, quàm pro ratione suę naturæ conueniet, Quibusque tumens corpus plus solito ui-
deatur, Venasque eminentes, & distentas habent. Et ne quis putaret, hæc esse dicta, ut insinua-
ret, virium robur, (vt quidam arbitrantur) illud etiam addidit, Nisi tamen uires, aut ætas, aut
eiusmodi aliud prohibeat. Vbi manifestum est, ꝙ hanc limitationem à natura exuberantis humo

ris

A tis accipiendam esset, quando in magnis morbis sit sanguis detrahendus, uel potius purgandum quod apertius ostendit idem Gal. primo Apho. in calce commentationis uigesimætertiæ, ubi ait, In maximis verò doloribus in ardentissimis febribus, & maximis inflammationibus nullū ma ius inueni remedium, q̃ vsque ad animi deiectionem vacuare, adhibita distinctione, an sanguinem mittere, an purgare oporteat. Quoniam verò, vt alij morbi, ita etiam febris aliquando ratione sym ptomatum: aliquando ratione membri affecti: interdum ratione suę essentiæ magnus dicitur. Febris verò essentia est calor. hac autem ratione febres ardentes, quæ & causi dicuntur, magni sunt morbi, in quibus indicatio à febre magna est. Ideò magnis in hoc remedijs opus est, quibus maximus hic calor extinguatur, vel reprimatur. Vnde proprium earum, & singulare remedium est, potus multæ aquæ frigidæ, ad saturitatem, & vltra: non tamen nisi appareant concoctionis signa. alioquin enim obstructiones augeret, & concoctionem impediret. Et si aliquid aliud non obstet, vt viscerisalicuius inflammatio, obstructiones, infirmitas, vel cruditas ventriculi, & tempus, vel con suetudo. Nam non ita andacter ei danda esset, qui nunquam solitus sit aquam bibere: sicut neque illi, qui esset assuetus, sed ab his ét petendus esset modus copiæ eius bibendæ. Hæc ergo est rō, curandarū febriū continentium, in vniuersum exposita, quæcunque symptomatum expertia sunt.

B

Febrium, quæ cum Accidentibus affligunt, curatio Cap. XIIII.

QVÆ verò cum accidentibus sunt, non æquè simplicem exigūt curationem &c. Simpliciores febres eas esse dixit, quę corripiunt citra alia symptomata, præter ea, quæ communia sunt, & naturam, illius febris sequi solent, quęque nihil, quantum ad ipsa pertinet, rationem curationis variant. quia nullam propriam addunt indicationem, pręter eas, quę particulatim ab illa differentia febris, quam curandam susceptmus, accipiendæ sunt. Sicuti minus simplices illas esse inquit, quę iuncta habent aliqua symptomata, quę non solent propriam naturam illius febris sequi, sed aliam propriā, & priuatam causam habent, & quę adeò vehementia sunt, vt sępe posthabita febre, vel omnino, vel aliqua ex parte, medicum cogāt illis occurrere. Vnde vim hēnt curā variandi. neq; tñ(vt nobis Gal. 12. Meth. tradidit) febres hę, quæ cum symptomatibus dicuntur, aliquā drīam hēnt, diuersam *Lect. lxxxij* *Cap. 1*

C ab illis, quæ hactenus expositę fuere: immò illis eisdē continentur differentijs. Nā sicut simul interdū iūguntur duo diuersi morbi: vt febris, & dolor colicus. Interdū duo, vel plura nō modò diuersarum sed inter se etiam aduersantium naturarum symptomata: Ita etiam simul cum febre potest aliquod adeò seuum symptoma coniungi, vt medici propositum à febre diuertens ad symptoma conuertat. Huiusmodi verò symptomata interdum alium proprium habent affectum, quem (vt diximus) sequuntur. Vnde prima quidem ac propria eorum curatio, esset affectus ablatio. Quia symptoma, vt symptoma est, siuè febrem, siue alium affectum sequatur, nullam habet indicandi rationem, nisi cūm eò crescit, vt iam timendum sit, ne vires destruat. tunc enim propriam acquirit indicationem: sed omittit symptomatis rationem, & eam, quę causę est, subinduit. Quo tempore se posito magna saltem ex parte respectu ad affectum, ipsi symptomati contraire oportet. De his ergo symptomatibus sermo habendus est, quę vel rarò febribus accidunt, habentque tanquam causam alium affectum seorsum à febre: vel si febrem sequantur, adeò excrescunt, vt dubitemus, ne vires illa ferre possint. Et quanuis ab ipso symptomate nulla sit accipienda indicatio; sed tantum ab ipso morbo indicandi ratio prima in curatione accipiatur: In custodia verò, vel (vt aiunt) in pręseruatione, ab ipsa causa. Attamen quia in ęgrotantibus corporibus plerunque simul mixta sunt

D curatio, & custodia, vel pręuisio. Ideò antiqui auctores vtrunque solent nomine curationis cōprehendere. Hoc tamen non est hic prętereundum, q̃ symptoma nullum, quodcunque illud sit, siue sit id genus, quod febrem ipsam sequatur, siue quod alium affectum, per se curari, à medico debet; nisi cùm vel adeò seuum, & magnum sit, vt maius afferat periculum ipsi ęgrotanti, quàm faciat ipse affectus, quem sequitur: aut curationem impediat ipsius affectus. Et idcircò de febribus cum symptomatibus institutus sermo dicitur: Non autem de febre composita, cum alio affectu, vel cum alio morbo. Quia solùm de curatione eorum symptomatum agitur in eo, quę cogunt medicum ratione febris seposita, ipsi symptomati occurrere: Non etiam de curatione febrium complicatarum cum alljs morbis, vel alijs affectibus. Vnde quanuis aliqua hic recenseantur, quę per se quidem symptomata minimè dici possint, sed potius causę, vel affectus: vt est aeris ambientis constitutio, & qualitas: quemadmodum si ęstuosus sit, aut nimis frigidus, & regio, & cō suetudo: immò & natura laborantis corporis, cùm aut facilè dissoluitur, aut facilis, & procliuis est ut in sincopem incidat. Non tamen considerantur in hac parte, nisi ratione symptomatum, quę solent hęc consequi, quia ratione symptomatum, quę vel in pręsentia febribus assident, uel pro

pter ea, quæ futura timemus, nos à ratione veræ, & rectæ febrium curationis diuertimus: Et ideò, A
& hæc quasi symptomata considerantur; quia nisi & eorum aliqua ratio in curatione habeatur, dif ficilia, & grauia solent excitari symptomata; vt pote casus, & deiectio virium, animiq; deliquiū Et proinde neque etiam cogimur dicere, φ hic alio modo, & latiori quodam significatu symptomata, quàm in libris de morbis causis, & symptomatibus accipiatur. Et quod diximus de ijs, quę potius causæ sunt, quàm symptomata, putamus dicendum esse de aliquibus, quæ & ipsa sunt magis affectus, quàm symptomata. Sicut quando ventriculus crudis refertus succis, vel alioquin vitiosis ęstuat, is enim est proprius affectus ventriculi, eius sanè intemperies cùm materia. qui affectus si negligatur, & non habita eius ratione, febrem velimus curare, grauia superueniunt symptomata, quæ vt effugiamus, sæpe à recta febris curatione pàtilum declinare cogimur, donec simus ab istiusmodi symptomatibus tuti. Et per hunc modum seruabimus Gal. quò minus opus sit dicere, φ alius sit modus accipiendi symptoma hic, & alijs in libris. Et fortasse magis cum sententia Gale. consentiemus, qui duodecimo Meth. de febribus his, quæ cum symptomatibus dicuntur, sermone instituto, ac de his symptomatibus verba faciens, quę propriam aliquam in febribus indicationem habent, ait, φ eorum omnium triplex est differentia: videlicet, actionis offensa: excrementorū immodica, tùm excretio, tùm suppressio: præterea verò & corporis qualitas, vel affectio à naturali statu mutata. Quæ eædem sunt differentiæ, quas & in lib. de Symptom. diffe. sunt à Gal. constitutæ. In B
vniuersum autem, vt omnium dicendorum facilius sententiam, & rationem inquirere possimus, hoc imprimis animaduersione dignum esse censemus, quòd omnia hæc symptomata, quæ in considerationem hoc loco deduci possunt, secundū eam rationem considerantur, qua viribus officiūt & eas prosternere possunt. Viriū aūt sedes, & fundamentū proximū sunt calor natiuus, & spiritus; Vnde cùm hi deficiunt, statim robur, viresq; corporis cōcidunt. Deficiunt aūt triplici modo. Quia vel strangulantur, suffocanturq;: sicuti & externus calor à materia iniecta, aut ex prohibita ementatione strangulatus interit. Vel per digestionē, & dissolutionē dissipantur, vt paruus ignis à maiori extinguitur. Vel quia ab immoderato frigore extinguitur. Quare hæc oia, q̄ tanquā febriū symptomata hic cōsiderantur, aliquo istorū modorū calore naturali labefactato; casum viriū minantur. Et quoniam prima, & præcipua ratio, indicatioque in omnibus morbis ea est, quæ à viribus depromenda est: Ideò etiam id genus symptomata à medico obseruantur; & sæpe eas indicationes, quæ à morbis accipiuntur, obscurant. Sed neque hoc etiam prætermittendum est, quòd indicationes horum symptomatum præsertim, & maximè respiciunt eas indicationes, quæ à morbis acceptæ euacuandum esse ostendunt, atque illis obsistunt, & prohibent aut omnino, aut magna ex parte, quò C
minus fiant ea, quæ alioquin morbus facienda, nisi hæc symptomata obstarent, nobis ostenderet. Diximus autem omnino, aut magna ex parte. Quia, vt progredientes monebimus, aliqua dicendorum symptomatum omnino vacuationem prohibent. Alia verò, quò minus copiosas, & confertim factas vacuationes moliamur: permittunt tamen aliquas modestas fieri. Vt autem particulatim res hæc tractetur, & de his symptomatibus sigillatim sermo instituatur, & id ex ratione, ac methodo, Gal. tanquam primum id ponit, quod in vniuersum est quasi fundamentum totius methodi generalis curandarum affectionum compositarum, in quibus variæ reperiuntur, & contrarię indicationes. Hoc verò in eo consistit, vt diligenter examinemus, & perpendamus ea, quę indicant inter se collata: & pro ratione, qua ea maiorem vim habent, & fortiorem, maiorisque momenti: ita & rem definiamus, & eò conuertamus animum, vt illi prius occurramus. Tria autem sunt, quæ componi, & iungi possunt cum morbo curando. Nimirùm morbus alius: sicuti si cum febre coniungatur phrenitis. Aut causa quæ contrariam ipsi morbo indicationē hēat: ut in febre quotidiana pituita, ex qua febris accēditur, frigidus est humor; cùm rū febris calida sit intēperies. Quęque autem cum morbo coniunguntur symptomata aliqua, quæ præ sua, vel magnitudine, vel malignitate, insigne aliquod periculum afferre possunt: & proinde hac ratione, & ipsa iam non amplius tanquam symptomata habenda sunt, sed causę (vt diximus) modum subinduunt, & proprias D
quasdam hac de causa indicationes, & ipsa afferunt. Vt autem prius attendamus huic, quàm illi, in his compositionibus tria sunt consideranda. Primum, an ea, quæ in vnum conuenere, ita se habeant, vt alterum alterius sit causa. Nam si ita fuerit, ab eo erit auspicanda cura; quia alterum curari nequit, nisi causa morbi remota. Vel quanuis alterum non sit alterius causa; ita tamen alterius curationem impedit, vt nisi id remoueatur, alterum curari nequeat: sicuti si vlceri superueniat inflammatio, nunquam vlcus curabitur, nisi tollatur prius inflammatio: ideo inflammatio prior curanda erit. Tertiò autem considerandum est, & respiciendum ad periculum, quod nobis imminet ex præsentia earum affectionum, quę simul iuncta, & composita infestant ægrotantem hominem. Etenim si vtrunque simul curari nequeat, & alterum sit, quod insigne aliquod periculum minetur, si tempus vlterius in alterius curatione protrahamus: illud uero non tāti discriminis sit: ratio omnis exquirere uidetur, ut ab eo incipiamus, quod maius periculum secum affert. Et in complicationibus quidem diuersorum morborum, aut morbi cum sua causa, omnia hęc pendenda,

&

A & examinanda sunt. In complicatione uerò morbi cum symptomatibus huic tertio duntaxat est attendendum; nempè quod ipsorum maius periculum iunctum habeat, atque illi occurrendum. Quia nunquàm symptoma nos à morbi curatione diuertit; nisi quando (ut diximus) adeò excreuit, & malignum factum est, ut timeamus, ne vires dissoluat, alioquin.n.semper morbi curatio tractanda est. nam ablato morbo simul, & symptomata auferuntur. Addit autem Gal. & conditionem quandam huic theoremati, non parum necessariam, quæ & ipsa generalis est, quòd quandocunq; ex duobus, quæ simul composita sunt in morbis, uel etiam ex pluribus, vnum eligimus, cui primũ attendendum sit, ita illi attendamus, vt & alterius, vel aliorum non omnino obliuiscamur, & illa negligamus. Hoc autem erit, si studuerimus occurrere illi, quod nos magis vrgere videtur, sed eo modo, illisq; remedijs, quæ minus possunt obesse indicationi aliorum, quæ relinquuntur postmodum curanda. Vnde si mutuò collatis, ac benè perpensis febre, ac symptomate, viderimus febrem adeò validam, & magnam esse, vt quamuis & symptomata non parui momenti sint, ipsa tamen maius periculum minitet: febri quidem primũ erit occurrendum; ita tamen, vt neque plurimùm irritemus, & exacerbemus symptoma, ne illud acerbius factum, & malignum, cogat deinde febrem saltem magna ex parte relinquere. Sed & pari ratione si iudicabit B medicus, symptomata magis vrgere; quia timendum sit plurimũ, ne vires & naturam deijciant: procurandum imprimis erit, vt tantisper leniantur, & mitigentur, vt citra hoc periculum, febrem mox curare possimus. Lenienda tamen, & mitiganda sunt ea ratione, vt quantum fieri potest, minus augeamus febrem, & eam exacerbemus. Hæc ergo est generalis ratio, methodusque in his obseruanda. At verò neq; id satis est. Generalia etenim præcepta parum prosunt addiscentibus; nisi (vt sępe Gal. testatus est) exerceantur multis particulatim exemplis. Ideò quod in vniuersum docuerat, id iam quibusdam exemplis explanat, à varijs symptomatum differentijs acceptis, neq; tamen omnia persequitur symptomata, quę egent propria animaduersione, & cura in febribus; sed ea tantum, quę frequentiora sunt, & maioris momenti. His enim rectè perceptis, facilè & reliqua, quomodo tractanda sint, poterit vnusquisq;, vel leuiter etiam in hac arte instructus, ex se cognoscere. Quia verò, & frequentissima sunt, & maximum negotium facessentia ea symptomata, quæ in febribus sequuntur vitium, & noxam ventriculo, & eius ori illata: cùm ob eximiũ sensum illius particulę: tùm vel maximè ob magnam, quam habet cum corde, affinitatem, & consensum. Nam & hac ratione prisci eodem nomine, cor, & ventriculum soliti sunt nuncupare (nempe καρδίαν), & cardiacos dolores appellabant eos, qui ad os ventriculi pertinebant. Age igi- Lect. LXXXIII.
C tur ponamus, (inquit Gal. quod aliquis febre putrida correptus sit, in quo sit plethora, hoc est, multa sit congesta humorum plenitudo, quo posito, nemo non videt statim exurgere fortem indicationem uacuationis. Nam morbos, (dixit Hipp. secundo Aphor.) ex plenitudine excitatos, curat vacuatio. Sed in eo febricitante pręterea malè habeat ventriculus: nempe quia à uitiosis humoribus, aut ex cruditate recenti in eo congestis: aut ad illum aliunde confluentibus, & ad vomitum proritantibus, prematur, mordeaturq;, atq; inde angustiam, & quandam ueluti æstuationẽ patiatur. Molestum adeò huiusmodi symptoma naturę est; cùm corpus vniuersum anxium, & inquietum reddat, ut & ipsum propriam, & validam habeat indicationem. nanque si negligatur, & vacuationi, præsertim verò per sectam venam, sicut requirere uidetur humorum plenitudo, operam demus, facilè ex hac angustia (ut paulo post exponemus) sequetur primùm animi deliquium, uel (ut gręci aiunt) λειποψυχία, & tandem etiam syncope, quod est deterrimum symptoma: est.n. virium omnium concisio, & exolutio, & quasi via ad interitum. Hoc itaque casu posito, & hac affectionum complicatione, uel compositione, proponit in quęstionem Gal. quid potius agendum medico sit: Num vacuandum, ut prior indicatio exquirere videtur: vel potius tantisper differenda vacuatio, donec ventriculo sit consultum, & eius augustia & molestia sit sedata. Atque Aph. 22.
D suam affert sententiam, moxque successu, & experientia illam comprobat. Ait ergo prius ventriculo consulendum accommodatis remediis, postea uacuandum. Etenim quicunque alioquin agere, & neglecto symptomate hoc, statim vacuare aggressi sunt, aut ad interitum ægrotantes adduxere: aut in extrema pericula eos coniecere. Sed antequàm vlterius progrediamur, quædam sunt exponenda: quia ferè in his rectè tractandis, cognoscitur iudicium, prudentia, & peritia medici. Nam febrium simplicium, quę citra aliam complicationem sunt, ut simplex, ita etiam facilis est curandi ratio. Maius longè negotium incumbit, cùm variæ sunt coniunctę, & inter se diuersę indicationes. Quare & ea, quę ad hoc pertinent, sunt diligentius examinanda. Est ergo considerandum, quòd ventriculus, cùm obsidetur à vitioso aliquo humore, pręsertim verò eius os, plurimũ ob eximium, (ut diximus) eius sensum, angitur, & pro diuersa ratione humoris diuersa etiã est molestia, quam percipit. Etenim si humor ille sit crudus, & crassus, sicut est pituitosus, & melancholicus, percipitur ab ægrotante, quasi grauetur, & prematur ventriculus. grauis.n. est is humor, & potius grauitate, & pondere molestus est, quàm aliqua acrimonia. Quod quidem symptoma adeò affligit, ut pręter id, quod omnẽ quietem adimat, uideatur & etiam respirationem impedire: consen-

tiente

tiente nimirum ttanuerso septo, & reliquis spiritalibus iostrumentis. Sed si acris sit, & mordax, A
vt est biliosus, mordendo, & pungendo ori ventriculi tantam afflictiooem affert, vt natura nullo
modo eam perferre posse uideatur, & huiusmodi affectio à gręcis καρδιαλγία, à latinis morsus
cordis appellatur. redduntur autem anxij, & inquieti, ut nullo, vel momento temporis possint eo
dem consistere loco: neque tamen referre possunt, quid sentiaot, vel quo affectu ten tentur. Hu-
iusmodi autem mali succi, interdum in ipso ventriculo gignuotur: interdum aliunde coofluunt
ad ventriculum. Gignuntur aũt in ventriculo, vel à cruditatibus, dum ventriculus, aut ex eius
perfrigeratione, & imbecillitate crudior factus, non probè concoquit: aut ex erroribus in ratio
ne uictus commissis. Vnde cibus io crudum, & pituitosum humorem conuertitur, atq; tenaci-
tate sua hærens ventriculo, illum molestat. Quandoque verò crudi hi humores corrumpuntur,
& ab extraneo calore correpti computrescuot, degenerantq; in vitiosos, & acres, atque adeò etiã
mordaces humores. Sed & à capite crassa, & cruda nonnunq̃ pituita ad ventriculum defluens,
illi noxam hanc infert. Acres verò, & calidiores, biliosiq; humores plerunq; à iecinore ad ventri
culum confluunt. nonnunq̃ autem à toto, vt in choleris appellatis fieri solet, vel (vt recentiores
loqui solent) in cholirica passione. Præterea verò & hoc cousiderandum, ꝙ tres sunt differeo-
tiæ symptomatum, quæ ex id geous uoxis ori ventriculi illatis excitantur, differentes solùm pro B
ratione maioris, & minoris. Nimirum quatenus à causa uehementi, uel imbecilliori concitan-
tur. Hęc.n. angustia, quæ à iam narratis vitiosis humoribus efficitur, dum ea mediocris quodam-
modo est, anxios quidem, (ut nuper diximus) & inquietos reddit, & uel ęstuatio, vel anxietas, vel
cordis morsus dicit. Quòd si augeatur, aucta sanè causa, iam deficere, & vires amittere videntur,
& animi deliquium, quod λειποθυμία à græcis dicitur, accidit. At si vlterius ooxa progrediatur,
augeatur ꝙ syncope succedit, quæ est omuium virium simul concisio, & exolutio, & id grauis-
simum symptoma, & ferè extremom, quod possit in morbis contingere: cùm ex causa aliqua non
Aph. manifesta contingit, vt Hippo. secundo Apho. & Gal. exposuere. In hęc igitur symptomata, peri-
41. culaq; incidunt, si quis vacuationem in febribus tentare audeat, neglecto ventriculi angore. Vul-
gares autem, præsertim verò Venetæ mulieres hęc differentia symptomata suis nominibus distiu-
guunt. Primũ enim affannum: alterum fastidium: tertium angosciam appellant. In his ergo con
sulit Gal: quòd ab euacuatione tàm per sectam venam, quàm per medicamenta, abstineamus; do-
nec ventriculo sit consultum, & huiusmodi molestia sit ablata. Sicuti etiam si difficilis vomitus
præcesserit acrium, & mordacium humorum, qui in transitu noo parum ventriculi os afflixe-
rint; quanuis illi iam eiecti sint, corroborandus est ventriculus ante aliam vacuationẽ: quia tùm C
ex præcedenti vomitu, tùm ex morsu humorum acriorum, qui per vomitum reiecti sunt, lan-
guidior factus promptior, & propensior est, vt à vel leui quacunq; occasione lædatur. Vide-
tur tamen Gal. hoc io loco officio suo nou parum deesse; vt pote qui hoc solum moneat, ꝙ si id
nobis, dum curabimus febricitantes, contingat, quòd illi curandi offerantur, qui his vrgentur
symptomatibus: quanuis indicatio ex morbo euacuandum quàm maximè nobis demonstraret;
ab euacuatione tameo esse temperandum, ac prius dandam esse operam ipsis symptomatibus tol-
lendis, aut leniendis: neq; postea nobis modum, & rationẽ tradit, quo illis occurramus. Sed huic
obiectioni respondemus, ꝙ ad pręsentem scopum, quem hoc loco sibi proposuit Gal. illod pro-
priè non attinebat: oempe quia hac principe istius capitis parte solùm instituerat multis exem-
plis ostendere, & probare, sæpe symptomata eam vim habere, ot obsistant indicationibus, q̃tum-
libet fortibus, à morbo depromptis. In sequentibus autem partibus ea tractat, quę faciuot ad ra-
tionem occurrendi his symptomatibus, vel explicitè, vel implicitè: dum videlicet vno exposito,
quod similitudinem cum aliquibus alijs habet, ea itidem tractanda esse, iotelligi à legeotibus vo-
luit. Vnde cùm dixerimus ab eadem causa, tantum ratione maioris, & minoris differentem exci-
tari, & angustiam, uel ęstuationem ventriculo, & lypothymiam, uel animi deliquium, & synco- D
pen, quæ vitio ventriculi concitatur: abundè autem satis inferius de syncope curanda agat. su-
peruacaneum videtur, velle iterum eadem repetere de his alijs. Nam qui syncopi probè nouit
obsistere, quæ maius, & difficilius incommodum est, facilius & lypothymiæ, & angustię occur-
ret. Porrò autem, ve exquisitius rem hanc teneatis, vnum pręterea est cognitu necessarium nooi-
tijs in hac arte, quatenus ad rationem horum symptomatum pertinet; oe interdum huius ignora
tione aliquem deinde errorem insignem committaot, ꝙ interdum ea coucitantur à caosa, quę ita
iu ventriculo consistit, vt aliunde amplius non fluat, uel foueatur: aliquando aliunde propulsa
ad ventriculum illum angit. Cùm suam sedem propriam habet io veotriculo, oec amplius eò aliũ-
de confluit, plerunq; continenter ipsum affligit, licet interdum magis, interdum minus. io ac-
cessionibus.n. febrium à calore febrili commota, & veluti efferuesceus molestior efficitur. Ita ali-
quios quidẽ magis ante cibum: aliquibus magis post cibum, pro diuersa humoris natura: semper
tamẽ molesta est. Vbi aũt aliunde confluit ad ventriculum, solet plerunq; per periodorũ affligere,
& sequi rationem periodorum, & accessionum febrium, & cũ accessionibus inuadere, & ipsis re-

mittenti-

A mittentibus remittere, vt in tempore interualli in intermittentibus febribus intermittant
eiusmodi symptomata: in continentibus autem aliquando intermittant, aliquando verò, & si
modò crescant, modò remittantur, nunquàm tamen intermittant, sicuti neque febres. Vnde
quando illa intermittunt, tempore intermissionis, quando uentriculus quieuerit, solent medici,
& sanguinem mittere, et alioquin euacuare, si id opportunum visum fuerit, neque vlla
præterea noxa sequitur. Eapropter id, quod à Gal. hic probatum est, intelligendum est, Neque
sanguinem mittendum esse, neque alia ratione vacuandum, dum hoc symptomate æstuat ven-
triculus. Sed prius sedandam, & leniendam esse eam molestiam, & procurandum, vt ille colli-
gat se, & vires resumat. Postea vacuandum, pro ut oportuerit. Hoc itaque primum est sym-
ptoma, cuius meminit hoc loco Gal. Alterum verò est cùm, ait.

Sed neque si fuerit febris cum ventris profluio, alia est opus euacuatione; verùm &c. Lect.

Quod alui profluuium transtulit interpres, græce διάρροιαν appellat Gal. Quodquidem non 84.
omne profluuium significat. Nam & dysenteria, & lienteria ad hoc genus pertinent. Diarrhœa
autem est excretio copiosa humorum vitiosorum per inferiorem aluum. Vnde Gal. secundo lib. Ca.50
de Alimen. facult. ait, cùm vitiosi humores ex toto corpore in inferiorem ventriculi partē con-
B fluunt, diarrhœam pariunt. Et id genus profluuij est, quod sępius solet in febribus, tanquàm ea-
rum symptoma excitari. Atque propterea de eo prętertim sermonem Gal. in præsentia insti-
tuit. vbi ait, ꝙ si febri fluxio alui accedat, hoc etiam symptoma obstat medico, quò minus tutò, &
ex ratione possit vacuare aliqua alia ratione: neque per purgatoria medicamenta, neque per san
guinis missionem. Quamuis etiā videretur vacuatio hæc spontanea per profluuium non esse tan-
ta, quæ possit indicationi satis esse, quam medico offert multa, aut plenitudo, aut cacochymia in
eo corpore reperta: Immò ea sola debemus esse contenti. Quo loco debemus rectè verba Gal.
perpendere. Nam si ita fecerimus percipiemus, quòd non est simplex hoc pręceptum, sed duo
continens capita. Primum, quòd non sit irritanda, & adiuuanda hęc alui fluxio, neque me-
dicamentis, neque alijs vacuatorijs instrumentis. Huius verò ratio est; quia profluuia hęc, quæ
in principijs morborum accidunt, nullo modo motus critici sunt; cùm nōdùm coctus sit mor-
bus: sed potius fiunt à natura coacta, & irritata à multa copia, aut à praua qualitate humorum.
Vnde neque per hos fluxus eo tempore subleuatur natura; sed potius turbatur, & exagitatur, &
vires redduntur imbeciliores, quare longè etiam magis vires deijcientur, & magis illa perturba-
bitur, si vacuatio uacuationi addetur, neque tamen leuior fiet: at magis grauabitur, resolutis
C spiritibus per insignem eam uacuationem, nondum parata materia: prætetea magis irritata à me
dicamento, pręceps in magnum aliquod periculum agi potest: nempe in immoderatam aliquam
fluxionem quam uires nequeant perferre. Vnde & vulgatam illam sententiam Auicen. pro-
tulit. Ventrem soluere super ventris solutione timorosum est. Sed neque secare venam eo
tempore erit opportunum. Duę enim vacuationes contrarię ferè inter se, & ad diuersa loca
trahentis naturam magis exagitabunt, & turbabunt, magisque eius vires dissoluent. Pro-
terea in Comm. quarto lib. de Rat. vict. in ac. mor. ait Gal. fluente alno, sanguinem non detra- Com.
hes: Nam si fluor post detractionem perseueret, vires prosternit. Secundum vero caput, 118.
quod nobis à Galen. insinuatur in hoc præcepto est, quòd neque etiam temere is alui fluor,
qui solet febricitantibus accidere, sit supprimendus; sed potius ita relinquendus, vt in eo res
ipsa soli naturę committatur. Vnde ait Gal. cum aluus spontè fluit, nō est alia vacuatione opus,
sed sola hęc, sufficit. Quibus uerbis satis apertè indicat, non esse eam supprimendā. si enim illa sa-
tis est, ea debemus, esse contenti, neque procurare, vt sistatur. Ratio verò, cur, neque sit hoc
profluuium supprimendum, est, quia licet fiat à natura irritata: irritatur tñ, vel à nimia copia, quā
amplius ferre, & rectè administrare nequit: aut à praua humorum natura. Quare multus hic,
D aut vitiosus humor, cùm ferri à natura amplius minimè possit, ab ea agitatur & mouetur, vt
eo excretò, exoneretur, & leuior fiat. Vnde si intercipiatur eius excretio, aut interius putre-
scens febrem adauget, aut delatus ad aliquod internum viscus præcipuum, aut vitæ quàm
maximè necessarium, extremum affert periculum. Vnde Aetius sermone nono de alui fluo- Ca.35
re in febribus, hæc ait. Et enim obluctari, & excretionis cohibitionem moliri maiorem mor-
bum facit: siquidem quę cohibentur, sursum perlata, dolores capitis, aut phrenitidas, aut
lethargos, aut parotidas inferunt perniciosas. Sed res hæc ita intelligenda est, modò non
ita sit immoderata fluxio, vt nobis timendum sit, ne vires deijciat, quia tunc quæ-
rendum esset, vt saltem ex parte cohiberetur, ne vires prosterneret. Et hoc etiam forsitan in-
nuere voluit, cùm ait, quàmuis non sit pro multitudinis ratione: quasi ostendens, ꝙ nō est illi ser-
mo de immoderato profluuio, sed potius de moderato, & parco. Quia verò artium theoremata,
vel pręcepta, quę in vniuersum ab artificibus pronunciantur, rarò ita absolutè, vt prolata sunt, ac
cipiēdę sunt: immò semper ferè sunt certis quibusdam limitationibus definienda, & terminan-
da: alioquin. n. interdum in eorum usu errare non parum contingit. Hæc aūt sententia hac parte

N à Gal.

à Galen. proposita sępissimè in consultationibus versari per ora medicorum solet, quæ tamen neque postea ab omnibus probè tenetur. Quapropter, vt exquisitè percipiatur animaduertendum, ꝙ ea locum præsertim habet, quando profluuium febrem sequitur, tanq̃ eius symptoma; & hoc tunc maximè euenire solet; cùm aut febris præcedit, & fluxus sequitur, aut simul vtrumque incipit. Nam si fluxus pręcedat febrem, febris potius haberet rationem symptomatis ad fluxum collata, q̃ contra: ideò & fluxus erit is, qui primus rationem curationis indicabit. At verò cùm fluxus febrem, tanq̃ eius symptoma sequitur: tunc considerandum est, ꝙ motus is naturæ excernentis humores per inferiorem aluum, aut rationem solam symptomatis retinet. Cùmq; natura coacta, & irritata molitur potius, quàm sponte sua, neq; rationem habet critici, vel iudicatorij motus. siquidem sit tantum symptomaticus motus: tunc ad vnguē seruanda est huiusmodi sententia, vt neque cohibenda sit eiusmodi fluxio; nisi cùm tanta est, vt timendum, ne vires fatiscant. Semper autem rationem seruat symptomatis eiusmodi alui fluor, cùm in principio morbi excitatur, & ante signa concoctionis. Cùm autem sequitur concoctionem morbi, ferè non potest, non
Aph. 20. esse criticus, & vtilis. Tunc verò agendum erit, vt Hipp. Primo Aph. monuit, Quæ iudicantur, & iudicata sunt integrè, non mouere aliquid, sed sinere. Si ergo talis videatur excretio, quę possit integrè febrem iudicare, sinendum est omne opus naturę. Sed si vacuatio videatur non ea esse, quæ possit integrè febrem iudicare, euacuationi illi erit addendum. Non tamen statim: sæpe. n. inter initia vacuatio videtur modica, quæ tamen paulò post copiosa euadit. cautè ergo agendum. At cùm iam videtur natura ab euacuatione destitutura, nec quantum satis erat, vacuasse: medicus ipse aut clysteribus, aut medicamentis aliquibus accommodatis eam excitabit, vt vniuersam rem absoluat. Nam si quid relinquatur post iudicationem, (vt idem Hipp. testis est secun-
Aph. 12. do Aph.) recidiuas facere consueuit. & si aliqua sit molienda vacuatio, per inferiorem aluum
Aph. 21. moliri eam oportet. Nam & hoc primo Apho. docuit Hippo. cùm ait, Quę ducere oportet, quò maximè natura vergit per loca conferentia, eò ducere. At verò, cùm fluxio alui per se morbus est, aut alium affectum sequitur: aliam etiam rationem curationis requirit. Sed de his non est opportunum alioquin in præsentia sermonem habere. Vnde ad tertium symptoma orationem conuertamus.

Lect. XV. Sed neque si quis simul & distentione neruorum laborauerit, & sanguinis missio ne eguerit, huic &c.

Tertium ergo symptoma, quod febricitantibus superueniens rectam rationem curationis febris aliqua saltem ex parte impediens, est conuulsio, quam spasmum gręci appellant. Est autem affectio neruosarum partium, atque adeò etiam musculorum; cùm ab externa, & non naturali causa moueri eo modo coguntur, quo mouentur ab appetitu in motu voluntario. Musculi enim cùm sponte, & voluntariè mouentur, contrahuntur versus caput suum, & suam originem; atque ita distenduntur; qui quidem motus fit per spiritus delatos per neruos, & musculos eos opplentes. Dum verò tenduntur, trahunt ad se ossa, quibus infixi sunt, atque ita articulum mouent. Interdum autem à causa aliqua morbosa præter, immò etiam contra appetitum, vel voluptatem animalis similis fit contractio musculi ad suum initium, & eiusdem tensio, (vt sex-
Aph. 39. to Aphor. docuit Gal. & alibi sæpe,) & subinde articuli motus. Eiusmodi verò morbosa contractio, quæ & conuulsio, & spasmus dicitur, quantum ad pręsens negotium pertinere potest, duabus de causis præsertim excitari solet. Primùm quidem ex repletione: nempè cùm nerui, & neruosæ partes replentur nimio aliquo humore, qui in ipsis quasi absorbeatur: Nam sicuti spiritu repletæ tumidæ, & tensæ redduntur, & quantum latitudini ex ea repletione additur, tantum de longitudine detrahitur: quò fit, vt ea ratione contrahantur versus principium, & tendantur: ita si humore aliquo repleantur, tensi contrahuntur. Deinde verò, & ex alia causa potest hæc contractio fieri à priori, non modò diuersa, sed illi etiam contraria: videlicet inanitis, & arescentibus musculis, & neruosis partibus. Vt enim lora, & musicalium instrumentorum chordæ, cùm nimis exiccantur, contrahuntur, & abbreuiantur: Ita & neruosæ particulę in animantibus, natiuo humore deperdito, aut per vacuationem immodicam, aut alioquin per exiccationem, aridiores factæ contrahuntur, & tenduntur. Vterq; autem conuulsionis modus in febribus solet contingere: non tamen eodem modo. Nam in principio febris non potest conuulsio fieri, nisi ex repletione, neque enim ita potest exinanitum, & arefactū corpus esse in initio, vt musculi conuellantur, vt quarto Apho. docuit Gal. Conuul-
Cō. 57. sio verò ex inanitione, & siccitate potius versus finem febres solet consequi, pręsertim verò ardentes febres. Sed de ea conuulsione sententiam hanc Gal. exponere oportet, quę in principijs febrium solet concitari, quæque ex repletione fit: sicuti & pleraque hęc symptomata, quorum hic meminit, solent inter initia febricitantibus esse molesta. Quod inde etiam manifestum esse potest, quòd ipse ait. Si quis conuulsione laboret, sanguinisque detractione egeat &c. Nam neque fieri potest, vt valida sit indicatio mittendi sanguinis in spasmo ex inani-

A inanitione. Quia morbos ex inanitione excitatos repletio(vt Hipp.in Aph.docuit)sanare potest. Non vacuatio. Conuulsio autem ex repletione, si fiat cum corporis plenitudine in febricitantibus, tunc duplex est indicatio. Altera à febre ex plenitudine excitata. Altera verò à conuulsione. Hæ verò duæ indicationes partim mutuò consentiunt: partim dissentiunt, & aduersantur. Consentiunt quidem, si ad causam vtriusque affectus respiciamus:causa enim vtriusque affectus est plenitudo, quæ per se quidem vacuandum esse indicat. Dissentiunt verò quo quomodo per accidens. quia conuulsio affectio laboriosa,& dolorosa est,vt secundo Aph.& quinto, quę quidē solet vires dissoluere. Præterea verò conuulsionem, & sudor, & vigilia plerunque sequi solent, quæ itidem vires labefactant. Vnde cùm virium indicatio, aut præsentium, aut futurarum vim plurimam in hac complicatione acquirat: Ideò & si non omnino obscuret indicationes à morbo, & symptomate depromptas: inhibet tamen aliqua ex parte. Et quanuis plenitudo multa requirere videatur multam vacuationem. Prudens tamen medicus non exquisitam molietur vacuationem. Quia omnis vacuatio insignis vires dissoluit: nouit autem ipse eas non oportere plurimum imbecilles reddere, ne sub aliorum symptomatum, nempè laboris, doloris, vigiliarum, sudoris, onere satiscant. Vnde duplici cautione vtetur. Prima, ne plurimum vacuet, & quan- Cō.6. Cō.6.

B tum alioquin requireret multa corporis, plenitudo, & morbi magnitudo. Altera, ne etiam id, quod vacuandum iudicauerit vniuersum semel, & vnica vacuatione detrahant; sed potius partiatur: minus etenim vires lædit partita vacuatio, quàm quæ confertim, & semel vniuersa fit. & id nobis indicare voluit Gal. cùm dixit: Neque tantum semel mittere oportet, quantum exigit morbus. Et quia eorum, quæ similem vim habent, similis eatenus ratio est habenda. simile autem vim habent cum conuulsione immoderatæ vigiliæ, & dolores ingentes; vtpote quæ vires dissoluant summopere. Proinde, cùm tanquam symptomata febres concomitantur,in earum cu ratione cauendum est ab illis vacuationibus, quæ vires deijcere facilè possunt: quales sunt, quæ tùm copiosè, tùm confertim fiunt. Vnde neque in his, simul vniuersa plenitudo detrahenda est, & à copiosa vacuatione abstinendum est. Nisi quòd fortasse aliquis obijciat, quòd videtur Gal. sui ipsius esse immemor, qui primo Aphor. dixerit, se nullum præstantius, & magis præsentaneum,reperiisse remedium, in maximis doloribus, quàm vacuare vsq; ad animi deliquium: habita prius distinctione, an per missionem sanguinis, an verò per medicamenta id agere expediat. hic autem consulat, in magno dolore temperandum esse à multis,& confertim factis vacuationibus. Hanc dubitationem non memini me legisse, vel motam, vel dissolutam ab vllo Cō.13

C expositore, qui vel Aphorismos,vel librum hunc explanauerit. Nos tamen quantum vires nostræ huic oneri satis erunt, nitemur soluere. Dicimus itaq;, quod non est eadem ratio semper cuiuscunq; doloris. Nam cùm dolor cum febre coniungitur, aut cum ea tanq̄ eius symptoma coniungitur: aut contra febris dolorem sequitur, quasi eius symptoma. Cùm febris à dolore concitatur,& illum perinde, ut eius symptoma, sequitur: tùm prima curationis indicatio à dolore depromenda, vel a doloris causa. Vnde si malam temperaturam dolor sequatur, & maximus dolor fuerit: tum insigni,& exquisita illius materię vacuatione,quæ tùm excitat, tùm fouet, erit tollendus dolor. Foueri autem potest non modò à materia,quæ continetur in particula dolente; sed ab ea etiam,qua plenæ sunt reliquæ particulæ: quia dolor vndiq; attrahit. Et ideò magna vacuatio, & præsentem in affecto loco vacuat,& tollit occasionem,cur aliunde ad eam confluat. Et hoc respexit Gal. primo Aph. Sed si contra se res habeat; quippe quod dolor febrem, tanq̄ eius symptoma, sequatur: quis & doloris sit ratio multa habenda; attamen prima indicatio accipienda est ab ipsa febre. Neque.n. statim potest per subitam vacuationē tolli febris, & dolor. Quoniam febres putridę; (de his.n.sermo in præsentia est) nisi coctus sit morbus, tolli plerunq; non possunt. Vnde cùm & ipsam febris vires resoluat; item & dolor: confertim factæ vacuationes inter initia, vi-

D ribus ex eis factis imbecillioribus, non poterunt postea concoquendo morbum superare. Hoc est ergo, quod respexit Gal. hac parte, & in hunc modum, mea quidem sententia, tollitur contradictio in dictis ipsius. Sequitur autem quartum symptoma, cuius multam rationem esse habendam censet, si febri assideat, de quo ita ait.

Ipsa præterea ambientis aeris temperatura loco symptomatis cuiusdam habenda est, quando exquisitè calida,& sicca fuerit, qualis hocanno fuit tēpore medio inter Canis ortū & Arcturi, &c. Lect. 86.

Aeris nos continentis natura, vel tēperatura, siue illa ab anni tempore & constitutione, siue à regione pendeat, propriè quidē inter symptomata referri minimè pot. Neq;.n.ad aliquod eorū genus pertinet: nō ad læsam actionē: nō ad excremēta à sua naturali ratione mutata: nō ad corporis qualitatē, sed potius causę rōnem habet. Ideò tn̄ in pręsenti negotio tanq̄ symptoma febris habendam esse censuere prisci medici; quia ad idē incōmodū perducit, ad quod, & symptomata, quorū consideratio ad hunc locū pertinent, nempè ad virium casum & dissolutionē, imò, & ea symptomata, quę hic cōsiderātur, ea rōne, qua in hanc cō siderationē veniunt, iā nō amplius tanq̄ symptomata cōsiderant; sed & ipsa (ut sæpe superius dictū est) quatenus rōnē cāę subindnunt: in cā verò

N 2 sunt,

sunt, cur ad syncopen,& virium exolutionem adducatur febricitans. Vnde accōmodatę locutus A est Gal. cùm dixit, quòd est quasi symptoma, hoc est eandem subit rationem considerationis hac parte, quam & alia relata symptomata. Sicuti ergo in prædictis symptomatibus vacuationes cōfertim factæ, & copiosæ admodum fallaces sunt, & periculum maximum afferunt: Ita & aeris calidior, & siccior, si plurimum excesserit, temperatura; itemque frigidior, & humidior. Nam, quæ calidior, & siccior est, ipsa primum corpus euacuat: humores enim, & spiritus, digerendo dissoluit, & consumit. Et huic vacuationi, quæ multa est, & insignis, si aliam imprudens medicus copiosam vel confertim factam addiderit, vel misso sanguine, vel per medicamenta exolutis viribus corporis, ad syncopen, a qua resici sæpe non amplius potest, ægrotantem perducet, vel ad diaphoresin, hoc est ad spirituum, & innati caloris dissolutionem per eius digestionem, & tandem ad interitū. Qua parte & id considerandum, quòd non omnis æstiua aeris constitutio, calida videlicet, & sicca obstat vacuationi: omnis tamen modum aliquem illi imponit. Semper enim æstiuis temporibus præsertim verò canicularibus, cùm feruet aer, oportet cautum esse medicum in vacuationibus, & moderatum ob eam, quam diximus rationem: nempè ne vacuationi vacuatio addita vires deijciat. Quòd si ea constitutio modum etiam naturalem illius temporis excesserit, vt eo anno, quo hæc scripsit, contigisse narrat Gal. (Ita enim antiqui codices manuscripti habent, Sicut hoc anno inter Canis, & Arcturi ortum) potest omnino interdicere vacuationem, præsertim verò, si præter B constitutionem, & tempus accedat, & regio calida, siccaque & ipsa. Sæpius verò non omnino vacuationi obstat aeris temperies modum excedens, sed copiosis, & confertim factis vacuationibus: Itidē autē & aeris frigida, & humida immoderata cōstitutio copiosas, insignesq; uacuationes nō admittit: Interdum etiam omnino prohibet: præsertim verò, cùm ipsa quoque regio cum constitutione consentit. Sed hæc quidem alia ratione; videlicet quia vacuatio omnis corpus refrigerat. fieri enim nequit, quin in vacuatione, præsertim insigni, spiritus non cum excrementis, & humoribus uacuentur, qui natiuum calorem, fouent. Vnde cùm temporis frigori & aliud additur, ex vacuatione, quasi extinguitur natiuus calor: præsertim verò in initiis accessionum, cùm item magis refrigeratur corpus, refugiente calore ad interna, ac ibi à materia oppresso, & quasi strangulato. Vnde cum sit factus imbecillior, tùm ex aeris frigore, tùm ex vacuatione, sæpe non eas vires habet, vt se resumere possit, & regredi: immò superatus à materia, strangulatusque facilè extinguit. Quapropter concludit in his immoderatis aeris temperaturis noxias admodum esse vacuationes, quas incautè medici moliuntur: idque fuisse sua tempestate experientia comprobatum.

Cùm enim inter Canis, & Arcturi ortum, cùm sol in Leone esset, æstuosus aer esset, calidusque C & siccus præter modum, periere ferè febricitantes omnes, qui fuere à medicis, nulla illius intemperiei habita ratione vacuati. Qua aūt ratione tempestas, & aeris temperies, constitutioque: tanquam aliquot horum symptomatum in considerationem medici venit: eadem & naturalis corporis affectio, per quam alter altero promptior est, & magis facilis, vt à medicamentis afficiatur, uel ab euacuationibus turbetur, uel imbecillior reddatur. Quidam enim sunt, qui facilè suapte natura ferant, vt insignes uacuationes, ita, & longam inediam citra insignem noxam. Nam & longior inedia, vel tenuior victus vim insignem vacuandi corpus habet. Alij verò ne mediocrē quidē ferre possunt. statim enim & paruo negotio, cū liberalius vacuantur, vel per medicamenta, vel per sanguinis missionem, vel si diutius ieiunent, aut exoluuntur, aut se debiles fieri sentiunt toto corpore, aut adeò malè in eis afficitur ventriculus, ut ferè deijciantur naturales eius vires, atque deinde destructo ciborum appetitu, non modò cibos non appetant; verùm eos pòtius fastidiant, & abhorreant: quos si assumere cogantur, aut continere nequeunt, vel si contineant, conficere deinde non valent. Dum essem Bononię, & medicinæ operam nauarem, habebam socium Taruisinum patria, qui cùm alioquin robusto uideretur esse, & bono corporis habitu; leui tamen quocunque accepto medicamento, vel etiam sola cassia, vbi vacuari cęperat, sæpius animo deficiebat. Alios noui qui misso sanguine, si id aliquantò liberalius fieret, plurimum imbecilles euadebant. Istiusmodi ergo corpora non sunt, nisi cautè vacuanda, & modestè, ne magis lædamus. quàm prosimus. Alios verò, quos nouimus ualenter, & facilè perlaturos vacuationem, audacter possumus copiosè, cùm opus esse viderimus, vacuare. Vnde & Galen. secundo de Rat. vict. in acu. morb. multi faciebat nouisse naturam laborantis corporis in ratione euacuandi. Quòd si dicas, eiusmodi facilitas, vt quispiam afficiatur plus, vel minus in vacuatione, non est, nisi ex quadam proprietate (vt aiunt) indiuiduali naturæ istius, & illius corporis. Harum autem proprietatem cognitio in artem deduci minimè potest. Quomodo ergo cognosci, & obseruari à medico poterit? Non possunt quidem hęc certò, & diffinitè percipi; sed qui diligens fuerit, & omnia percunctari, obseruareque voluerit, coniectura propè saltem rem ipsam accedet. Duo verò sunt, quæ multi sunt momenti ad propius accedendum veritati in hac re. Primum est euacuandi corporis temperatura, qui enim natura calidiores, & D

siccio-

A ſicciores ſunt, hi non faciles ſunt ad liberalem ferendam vacuationem: hi ſiquidem tenuio-
res habent humores, & ſpiritus, & qui facilè digeruntur: pręterea, & habitu corporis ſunt ra-
riori, quod ad copioſam, & facilem digeſtionem multùm habet momenti. Nec id pręter ratio-
nem videri debet, quòd naturalis temperamenti cognitio ad hanc cognoſcendam proprietatem
plurimum faciat; quia proprietates hę, aut omnino, aut maxima ex parte certam, & determinatam
naturalis temperamenti rationem ſequuntur. Et quanuis non poſſimus ad unguem vniuſcuiſ-
que tēperaturæ modum particulatim cognoſcere; ad eam tamen proprius accedere poſſumus cō
iectura quadam rationali. Deinde verò, & experientia pręcedens, quę ex febricitantis conſue-
tudine, præſertim percipi poteſt, magnum habet in hac re momentum: nempe ut corporis facili
tatem, & procliuitatem ad patiendum cognoſcamus. Nam ſi quem vacuare volumus, noueri-
mus alias fuiſſe uacuatum, & liberaliter etiam, ſæpiusque, illasque vacuationes facilè, & ſine in-
ſigni noxa pertuliſſe: interdum verò, ſi facilè ieiunium pertuliſſe, inediamq; nouerimus, facilè etiā
poſſumus, & audacter illū, pro ut morbus, & corporis plenitudo requirit, liberaliter uacuare. At
verò, ſi vel nunq̃ vacuari, præſertim vacuatione copioſa: uel ſi uacuatus fuerit, non facilè autem
tulerit eam vacuationem; ſed potius ab ea fuerit plurimum imbecillis factus, & pręterea lęſus prę
B ſertim verò ſecundum ventriculm: præterea ſi ieiunium nunq̃ longum ferre, immò nec parcita-
tem cibi; at ſemper fuerit aſſuetus plurimū comedere: id ſignum ſatis euidens eſt, ꝙ ſuapte natu
ra corpus, hoc ægrè ad modum inanitionem ferre poſſet. Vnde hos quidem quanuis omnia alia
hortentur ad uacuationem, ſicut eſt morbus, corporis plenitudo, ætas, regio, & id genus reliqua;
non tamen audendum eſt vacuare: vel ſi ſit neceſſe, parcè vacuandi ſunt, nec vna ſimul vacuatio-
ne: minus enim læduntur repetitis, ſed modicis vacuationibus, quàm vna confertim facta. Alios
verò intrepidè: nimirum cùm alia pręterea, quę nuper recenſuimus, coindicant, ſi copioſè, & con
fertim uacuauerims, non lædemus; ſed potius plurimū iuuabimus. Tertium verò, quod non pa-
rum facit ad hanc facilitatem, & procliuitatem eſt habitus corporis. Habitus autem corporis hic
accipitur, ut ad carnes plerunq;, & carneas partes refertur. Aliqui.n. carnes habent (nā in his ma-
ximè hoc, quod dicemus, facilè percipere poſſumus) teneras, & molles, ſimiliter, & cutem. et qui
hoc habitu prędıti ſunt, eorum ſubſtantia facilè digeritur, facilè etiam per digeſtionē inaniuntur,
& exoluuntur. Quare nec multam ferre uacuationem poſſunt. Qui verò ſolidiori conſtant habi-
tu, & duriores carnes, cutemq; habent; vt nec facilè afficiuntur, ita & uacuationem facillimè, &
citra noxam, liberalem etiam ferunt, neque enim facilè eorum ſubſtantia diffluit. Vnde prio-
C res nunquam audemus plenè euacuare inſignique aliqua uacuatione, ut per venę ſectionem, vel
validiora medicamenta. Pari etiam ratione qui immoderato ſunt ſecundum vtrunq; extremum
corporis habitu: ut qui, vel nimis pingues ſunt, obæſique, uel nimis macri, & graciles.
Obęſi quidem, & pingues & frigidiori natura ſunt, & exangues. Vnde cùm modici ſint ſangui-
nis, paucos etiam ſpiritus, & exiguum calorem habent. ſunt igitur frigidi, & humidi. Quare
cùm vacuatio liberalis corpus refrigeret, extincto inde ferè calore naturali, ad ingens diſcrimen
eos adducere poteſt. Qua parte hoc intelligendum, quod aliqui ſunt obęſi ex multa carne, habent
enim habitum plenum magis carnis abundantia, quàm pinguedinis: quem habitum carnoſum
appellamus, [illegible] gręci dicunt, & quanuis hi ſint prætetea pingues, carnis tamen copia ſupe-
rat: vnde rubicundi ſemper ferè ſunt. Hi ſunt calida, & humida temperatura, & multo abun-
dant ſanguine, atque liberaliorem ſanguinis vacuationem ferunt. Qui verò prę pingues ſunt,
& quorum hic meminit Gal. frigidi ſunt, & exangues, neque rubicundi ſunt, ſed potius aut
albi, aut pallidi, Nimis itaque ex vacuationibus refrigerantur, & ſubinde læduntur. Item
verò, & qui emaciato corporis habitu ſunt, & ualdè gracili, inepti ſunt ad vacuationem; ſed
alia ratione; (vt hic teſtatur Steph.) nempe quia cùm ſicciore ſint temperatura, minus ex
D inſigni vacuatione exiccantur. Dubitat autem hic idem Stepha. quomodo dixerit Gal. quòd
qui graciliore conſtant corporis habitu, non perferunt vacuationem copioſam, præſertim
verò ſanguinis: cùm alias dixerit, quòd plerique horum multum habent ſanguinem; vt po-
te qui venas magnas, & tumidas habent, plenasque. Reſpondet ipſe, quòd hi quidem, &
ſi graciles, & emaciati ſint; non tamen ſunt immodicè tales: vnde neque ita inepti ſunt ad
vacuationem. qui verò immodicè graciles, vt non multi ſunt ſanguinis: ita & ęgrè ferunt, ſi
liberaliter inaniantur. Addamus autem nos, & magis (ni fallor) ad ſenſum Gal. ꝙ huiuſmodi
homines; qui gracili admodùm ſunt corporis habitu, & ſi venas habeant amplas, & ſan-
guine plenas; ſanguis tamen ille magna ex parte malus, & inutilis: paucus verò eſt, qui bo-
nus, & naturę operibus idoneus ſit, vt quarto lib. Com. in ſextum Epid. docuit Gal. ſi enim co- Com.
pioſus ille ſanguis bonus eſſet, caro etiam copioſior generaretur. Vnde neque multos ſpiritus hi 25.
habent, neque multum calorem naturalem: cuius ſubſtantia (ut ibidem ait Gal.) conſiſtit
in ſpiritu, ac bono ſanguine. Quare neque vires admodùm conſtantes, & validas poſſunt
habere; quò fit, vt facilè etiam per vacuationem, præter id, quòd nimis exiccantur, etiam

exoluantur, tàm per sanguinis missionem, quàm etiam per medicamenta. Nam et secundo A
Aph. Apho. Hipp. vna cũ Gal. hoc testatur, ꝙ qui partes ad imũ ventrẽ graciles habent; euacuationibus
35. tàm inferius per deiectiones alui, quàm superius per vomitum inepti sunt, & eas non sine periculo ferunt. Postremo verò loco & ætatis meminit; quæ quis in rebus naturalibus sit potius reponenda, quàm in ijs, quæ sunt præter naturam, ut sunt symptomata: inter ea quoquomodo & illam referri posse ait, quatenus & illa eundem modum, & eandem rationem habet, quantũ ad obsistendum largioribus vacuationibus pertinet, cum alijs symptomatibus hactenus enumeratis, expositisq́;. Ætas itaque tàm puerilis, quàm senilis non facilè largas, & copiosas vacuationes perferre potest. Sed id partim similem, partim dissimilem habet rationem. Similem quidem; quia in utraque ętate dissoluuntur vires, & robur natiui caloris, in largis vacuationibus: Dissimilem verò; quia in senibus multa est caloris innati, & sanguinis à quo ille fouetur, inópia: & ideò eorũ
Com. vires facilè dissoluũtur. Pueri verò (vt Gal. quarto lib. Com. in lib. de Rat. vict. in acu. mor.) ꝗuis plu
19. rimo tùm sanguine, & spiritu abundent, tùm etiã calido natiuo, ac viriũ robore: attamẽ, quia eorum substãtia humida plurimũ, & tenera est, quæ facilè vaporat: ideò plurimũ à multo, & ualido calore illa continenter digeritur. Vnde cùm innatã sibi, & continentem vacuationẽ insignem habeat, aliã externam non facilè tolerat; sed potius ab ea vitalis vis facilè dissoluitur. Colligamus, B ergo omnia supradicta in vnã summã, vt et colligit Gal. Omnes igitur hos hactenus cõmemoratos, videlicet quos non facilè diximus posse uacuationes liberales, & confertim factas perferre: si quando curandus aliquis nobis in eis. offeratur affectus, qui alioquin quantum ad ipsum pertiner, indicaret opus esse liberaliori uacuatione, aduertendum est, ne semel, & confertim uacuemus; sed potius in eis ea tentanda sunt instrumenta, quę uacuant quidem, sed paulatim. sic enim neque vires deijciuntur, & facilius inanitionem ferunt. Instrumenta verò quę non confertim, sed paulatim uacuãt, sunt moderatum ieiunium. vel tenuior uictus. Et rectè dixit moderata inedia; quia exquisita, & longior iusto inedia, & plurimũ uacuat, & imbecilles non parum vires reddit, & ægrè admodum à multis fertur, vt & superius idem innuit. Moderatę autem inedię, uel abstinentiæ à cibo non vna in omnibus ratio est, sed uaria in diuersis. Nam quæ vni erit moderata, alteri ne erit quidem abstinentia dicenda, alteri autem erit nimia. & hoc pro ratione ætatis, temperaturæ,
Lect. consuetudinis, regionis, vt docti sumus ab Hipp. & Gal. primo Apho. Præterea verò & fri-
87. ctiones vim habent uacuandi. nam cutim rarefaciunt, & ad facilem digestionem corpus parant, rarefactis partibus externis, humores attenuant, & ad digestionem præparant, calefaciunt, & iuuant natiuum calorem ad digerendum humores. Item & molles clysteres, non confertim, sed pau C latim repetiti uacuant. Nam fortes, & validi plurimũ sæpe vacuant. Fomenta etiam moderatè calefacientia, tàm per ea, quæ perfunduntur, quàm per ea, quæ illiniuntur, rarefaciendo, & digerendo vacuant. Magis etiam cataplasmata: maiorẽ. n. vim habent; vt quæ & crassiori substantia fiut, & diutius immorentur applicata corpori. Sed & balnea, de quibus satis diffusè dictũ est, in superioribus capitibus. Quare neq; opportunum est, vt de his in longius sermonem protrahamus. Omnia verò hęc eundem ferè modum vacuationis habent: nimirũ per inconspicuos meatus, digestis humoribus, tùm bonis, tùm etiã vitiosis. Calor ſiquidẽ natiuus nunꝗ otiatur: quià. n. calor humidum semper attenuat, & digerit: quã verò natiuus concoquit, & alit. Vnde cæterę partes à venis alimentum attrahentes eas inaniunt; & nisi concocto cibo reficiantur, & repleantur sanguine, inanes remanent, & hac ratione inedia inanit. Præterea verò ex fame accenditur calor, & acrior factus consumit humiditatem corporis. Sed & natiuus calor in materia excrementitiã agens eam partim per sensum latentem vacuationem: partim per eam, quæ sensibus percipi potest, inanit: reliqua verò, aut per sudorem, aut per sensibus inconspicuam vacuationem inaniuntur.

Hic tamen & id animaduertendum est, ꝙ nõ indifferenter his vacuandi modis, qui sensim vacuant, in omnibus vtendum; sed consulendæ sunt indicationes, quæ à supradictis symptomati- D bus depromuntur. Aliqui. n. ne leuem etiam inediam ferre possunt. Alij balneas non facilè perferunt. Alij clysteres non admittunt; sed neque, si admitterent, ferre possunt. Natura ergo corporis respicienda, & consuetudo; præterea facilitas humoris ad euacuationem. Humores. n. qui circa venas primas, & naturalium membrorũ sunt facilius, per clysteres poterunt vacuari. Quæ p simam iecinoris partẽ, & venas superiores, p vrinas. Quæ verò materia p habitũ corporis dispersa est, per sudorẽ, vel inconspicuos meatus, ac per eã, quę sensus latet, vacuationẽ excernitur. Hactenus de complicatione symptomatis cum febre egimus; qñ videlicet subit rõnem causæ, & nobis offert aliã indicationẽ diuersam, & interdũ cõtrariã Indicationibus oblatis à morbo, vel ab eius cã.

Verũ, qa nõ vnũ dũtaxat symptoma, (vt etiã superius insinuauit Gal.) sed interdũ plura; q̃ itẽ inter se, & cum morbo variã, ac diuersam, imò contrariã habẽt rõnem, & indicationem. Ne ergo & hac parte suspensum relinqueret eum, qui medendi artem addiscere cupit, & istud in præsentia exponere sibi proposuit, atque nobis generale præceptum tradit, quod nobis in omnibus compositionibus earũ rerũ, vel affectionum, quæ oppositas quoquo modo rationes, & indicationes habent:

A bent.siue affectiones illæ sint plures morbi: siue plures causæ : siue plura symptomata : siue causæ
cum morbo: siue causæ cum symptomate: siue morbus cum symptomate: maximo esse vsui potest
Præceptum autem id generale in hoc consistit, vt rectè examinemus indicationum, vires,& robur,
cùm plures simul coniunguntur indicationes, à quacunque modò re fuerint deprompte, ac rectè
vniuscuiusque momentum,& periculum pendamus. Quibus perpensis, primum & præcipuè illi
incumbamus, quæ maius momentum habere visa fuerit. Ita tamen, vt neq; aliarum obliuiscamur;
sed semper earum aliquam habeamus rationem; nempe quia si fieri possit, & alijs aliqua ex parte
satisfaciamus: vel saltem, quantum per nos fieri poterit, minus obsimus alijs affectionibus, quę ex
aduerso indicant. Hoc ergo exponere Gal. voluit, cùm dixit.

Ita etiam, si quando duo contraria accidentia consequantur, inspicere &c.

Hoc est, vt quando symptomata cum morbo coniunguntur, cùm maius impendet periculum
ex symptomate, prius, & magis attendimus symptomati, quàm morbo, non neglecto morbo, sed
eius quoque habita, quanta potest, ratione. In eundem modum rem tractabimus, si duo, vel plura
symptomata eidem morbo assideant, ea cum morbo & inter se mutuò conferamus; & illius ratio-
nem habebimus prius, cuius indicatio nos vrgebit magis, & maius ostēdet periculū. Mox autem
B subiungit Gal. quę sequuntur.

Eas verò, q̄ habentur ex symptomatibus, & morbis indicationes; nō simpliciter, sed secūdū &c.

Quo in loco, vt quo pacto hæc cum pręcedentibus nectantur, exponamus, animaduertendum,
ꝙ quia nonnequè omnibus verisimile videri posset, ꝙ symptomata, quæ morbum sequuntur tan-
quam eius effectus, & (vt solitum est dici) tanquam vmbra corpus, quæque auferri nequeunt, nisi
amoto morbo, eam vim possint habere, vt cogant medicum, aut omnino, aut aliqua saltem ex par
te relicto morbo symptomati tollendo dare operam: Ideò multis exemplis, ac ipsa experientia, quę
à medicis in illis obseruata est, istud probauit. Ea autem in exemplum adduxit symptomata, quę
frequentius solent contingere in febribus, & vim aliquam insignem habent. Nam si aliqua sint
relicta ex ijs, quæ exposita sunt, facilè & aliorum modus poterit percipi. Neque tamen particulatim
exposuit, quomodo his symptomatibus sit occurrendum in febribus. Hac ergo particula hoc in
cipit tractare. Sed & hoc considerandum est, ꝙ (vt sępius dictum est) hęc symptomata solum tra
hunt rationem curationis ad se, quæ periculum afferunt, ne vires deijciant: alioquin enim nunquā
medicus symptomatibus curandis aliquam nauaret operam; sed vniuersus esset in curatione mor-
bi, & ratione causæ. Vnde quatenus ad hoc spectat, amissa ratione symptomatis, causæ acquirit ra
C tionem: quia tandem adducit virium exolutionem, & syncopem. Ob hoc ergo symptoma reliquo-
rum omnium aliqua habetur ratio. Et hoc in hac re præsertim symptoma est. Reliqua verò omnia
vt causę, habentur. Vnde ea ferè omnia, quę tanquam symptomata, sunt paulò ante relata, hic tan
quam causæ deliquij animi, & exolutionis referuntur. Tertiò & hoc cōsiderandum, ꝙ (vt refert
hic Gal.) licet vis, immò sæuities symptomatis cogat medicum primum procurare, vt illud tolla-
tur, antequam curationem, aut ad morbum, aut ad causam conuertat. Semper tamē debet, & ad can
sam tùm morbi, tùm symptomatis habere oculos. atque id multiplici ratione. Primum quia nuper
docti fuimus, ꝙ & si alterum præcipuè sit attendendum: non ita tamen, vt alterum negligatur. Si
ergo rationem aliquam habere causæ oporteat, illam considerare oportet, & non solùm sympto-
ma. Deinde verò quoniam, & si in vniuersum symptoma ipsum vnum sit, tamen non semper & in
omnibus vnam, & eandem particulatim rationem habet, immò diuersam, & pro eius diuersitate
diuersus etiam modus curationis illi opportunus est. Hęc verò diuersitas vniuersa sequitur causarū
diuersitatem. Et proinde, vt rectè symptomata curemus, causas eorum prius diligenter, considera-
re necesse est. Præterea etiam fieri nequit, vt rectè aliquid, siue symptoma, siue morbus illud sit, cu
remus; nisi id cognoscamus; cùm vniuscuiusque istorum natura nobis rationem curationis indi-
D cet, & qualitatem eorum, quibus curandum sit, ostendat. Docuit autem Arist. quæ à certa, & deter-
minata causa pendent, non posse exquisitè cognosci, nisi causa sit prius nota. Quod & si in alijs
plurimis ostendere possimus; ostendemus tamen in pręsentia in vno, quod præcipuum, & maxi-
mum est in omnibus symptomatibus, quodque ad pręsentem considerationem spectare pōt: & est
[illegible] dicta græcè, vel exolutio; vel (vt latini appellauere) animi defectus, vel deliquium. Nam
paulò antea diximus, ꝙ quęcunque alia in hoc capite sunt in considerationem deducta, eatenus fue
re, considerata, quatenus aliquam relationem habent ad animi defectum, vel syncopen: nimirum
quia ei, vel ratione primaria, vel (vt aiunt) ex accidenti potest consequi deliquium animi. Hoc
igitur deliquium animi vnum, & idem in omnibus est, in quibus contingit, & vnam, eandemque
rationem proximā habet: quantum ad ipsum spectat. Differentes tamen causas habet: quę eā proxi
mam rationem adducunt. Et pro diuersis causis diuersus erit modus succurrendi febricitanti, afli-
ctato ab hoc vno symptomate. Sed vt hęc plenius, & magis exquisitè percipiatis, nonnulla ex
ponere oportet. Primum quidem, quomodo [illegible] sit vnum tantum symptoma; quomodoque eā
dem in omnibus rationem habeat. Eiusmodi ergo animi defectus tandem nihil aliud est, nisi
reso-

resolutio roboris, & (vt Græci aiunt) totius toni facultatum omnium præcipuarum in ani- A
mantis corpore: primum quidem vitalis, quę aliarum veluti fundamentum est: mox verò & alia-
rum. Statim ergo in hoc symptomate tres hæ facultates deficiunt, derelinquuntque corporis ad-
ministrationem, vitalis videlicet, naturalis, & animalis. Vnde, & pulsus, & anhelitus, aut non per
cipiuntur, aut adeò languidi fiunt, vt vix percipiantur. Sępe & excrementa pręter volnotatem exe-
unt. Sensusque omnes, tàm interiores, quàm exteriores ab opere suo deficiunt. Hęc est ergo v-
na ratio in omnibus animi deliquijs, quæ item vnam proximam. & (vt aiunt recentiores) adęqua
tam causam habent: quę est defectus spirituum, & natiui caloris. Cùm enim substantia facul-
tatum omnium (vt sensere Hippocra. & Galen. & prioribus lection. nostris exposuimus) consi-
stat in spiritu, & copia innati caloris, uel saltem in his sedem propriam, & fundamentum ha-
beant: necessum sanè est, si deficiant spiritus, & calor, robur etiam, viresque harum facul-
tatum dissolui. Dissoluuntur autem spiritus, & calor natiuus, & extinguntur non amplius ab u-
na, & eadem causa, sed à pluribus, & diuersis, vel potius inter se aduersarijs causis, quę & si
particulatim innumerę ferè sint; possunt tamen in certa quędam, & definita capita deduci.
Ideò earum partitionem quasi ex methodo, vt res facilius percipiatur, faciemus. Om-
nes ergo cùm philosophi, tùm verò medici natiuum calorem igni comparuere, atque in hoc B
Lect. conuenere, quòd eisdem modis natiuus calor seruatur, & extinguitur, quo ignis in his
88. inferioribus. Vt autem ignis hic seruetur, primum fomento eget, quo quasi alatur. Fo-
mentum verò, & eius quasi alimentum est substantia aliqua humida, vt est lignorum hu-
midum, item oleum, vel seuum, vel aliquod eiusmodi. Vnde ex defectu olei extinguitur lucerna.
Eget præterea euentatione, & refrigerio ex aere. Qua de re cùm tegitur aliquo vase, vt frigidiori
aeri prohibeatur accessus, strangulatur ignis, & suffocatur. Eget etiam absentia rei contrariæ, quæ
eo sit potentior. Nam affusa aqua extinguitur ignis. In frigidissimis etiam regionibus à nimio aeris
frigore candelæ, & lucernæ extinguntur. Itidem fit in animantis corpore: à totidem enim causis
proximis eius natiuus ignis extingui, & deficere potest. Primum ex defectu proprij alimen-
ti, quo fouetur, & perpetuò instauratur: sicut flamma in lucerna ex oleo. Defectus autem ali-
menti istius multifariam potest contingere. Nam ob penuriam primi alimenti, hoc est ciborum: si
cut in longa inedia, fameq;, & bulimo appellato. Cibi verò, & potus sunt tanquam primum
corporis alimentum, quod per multiplicem concoctionem in sanguinem, & alios tandem humo-
res vertitur, qui (vt sensit Arist.) vltimum est alimentum, vel sanguis solus, (vt ipse sensit,) vel cum
alijs (vt medici credidere) mixus. Interdum verò ob penuriam, & defectum vltimi alimenti, ex quo C
spiritus, & calor naturalis instauratur: sicuti in copiosa sanguinis vacuatione. Nam & si secta vena
multus detrahatur sanguis, solent animo deficere: ita in alijs etiam sanguinis profluuijs, si copio
siores fuerint, sępe deliquia animi excitantur, siue per nares fiat: siue per os, vt per sputum, vel vo
mitum: siue per aluum deijciatur, vt in appellata desenteria hepatica: siue per hęmorrhoidas: siue
mingendo: siue per menstruas purgationes in mulieribus, vel puerperis: siue per illata vulnera. Itē
per alios fluxus alui: vt in choleris appellatis, vel diarrhæis, vel dysenterijs, vel lie interiis: ita & in
immodico vomitu. In quibus vacuationibus immodicis duplici ratione deficit calor naturalis, &
spiritus: tùm quia subtrahitur alimentum, & fomentum calori naturali: tùm verò quia cum fluen-
tibus humoribus multa spirituum copia vacuatur. Et quæcunque tandem vacuatio immodica
potest natiuum calorem hoc modo extinguere. Deficit iterum natiuus calor ex strangulatione,
quæ fit, aut à multa obstructione, per quam prohibetur ingressus aeris frigidioris: aut à multa
materia, quęcunque illa sit, nimis replente vasa. & meatus ipsius corporis; quamuis illa alioquio
Aph. 3 bona sit. Vnde in optimis athletarum habitibus periculum esse strangulationis ex nimia san-
guinis copia restati sunt Hippocra. & Galen. primo lib. Aphor. Cùm verò multa in corpore con-
tracta est, vel in ventriculo cruda, & frigida materia, præter id, quod interdum: acrimoniæ sit parti- D
ceps, si corrumpatur, & mordere hac ratione potest, & dolores excitare, & ita spiritus dissoluere:
interdum verò choleras, & alui deiectiones concitare: cùm etiam frigida valde sit, multo frigore
aduersario potest natiuum calorem, sicut aqua ignem, extinguere: potest & multitudine illum strā
gulare; sicut ignis suffocatur multa simul, & confertim ingesta lignorum strue. Pręterea deficit sę
pę natiuus calor extinctus, & quasi cōgelatus à nimio frigore, tàm interno, quàm externo. Interno,
sicut (vt nuper dicebamus) ex multa copia frigidorum humorum, præsertim verò pituitosorum,
qui ex cruditatibus, & ex refrigerantibus cibis congeruntur; pręcipuè verò in initijs accessionū,
fit eiusmodi extinctio, cùm frigori humoris accedit frigus ex principio accessionis. Ex externo au
tem frigore sæpe calorem extingui, & deficere contingit in ijs, qui hyeme per montes, & niuosa
loca, & illa, quę glacie obsita sunt, & algentissimis constitutionibus iter faciunt. Demum per ni-
miam digestionem, vel (vt Gręci aiunt) διαφόρησιν, deficit natiuus calor: sicut ignis exiguus interdum
à magno extinguitur. Quo pacto in ardentissimis febribus, & malignis solent & animi deliquia,
& virium exolutio accidere, & in temporibus, constitutionibus, & locis calidissimis videntur fe-
re vires deficere. Quo pacto, quod non consueuere versari in hypocaumate, vel (vt vulgo aiunt) Ruf-
fa,

A fa, aliquando in animi deliquium hac ratione cadunt. His ergo de causis hoc ipsum symptoma, quod animi deliquium, vel syncope dicitur, solet in febribus contingere. quod symptoma adeò malignum est, vt cogat, alijs destitutis, illi soli auferendo operam dare. Hęc igitur ad exquisitiorem eorum, quę hic à Galen. referuntur, intelligentiam, prius erant explananda. Reliquum autem est, quod nobis incumbit, vt particulatim omnia percurramus, quę fuere hoclo co ab eo exposita. Ait ergo primum.

Nam animo deficiunt, & ex choleris nominatis, & ex profluuijs ventris, & difficultatibus intestinorum, at leuitatibus, &c.

Cholera, quam hic nominat, ea est affectio, quam iuniores medici choliticam passionem appellant. Quæ quidem molestissima est affectio, acutissimaque, in qua adeò concitatur ventriculus, vt simul in vomitum, & copiosum alui profluuium prorumpat: aliquando magis in unū: aliquando magis in alterum: aliquando autem, & si in utrunque concitatur; nihil tamen ant parum admodum, neque hinc, neque inde excernitur; sed tantum vehemens quędam concitatio, & appetitus deiiciendi, & uomendi contingit. Solet autem comes esse istius affectionis maxima angustia, &(ut iuniores loquuntur) stomachica anxietas, vel (ut gręci aiunt) cardialgia, uel (ut lati-

B ni) morsus cordis; quę adeò eos inquietos reddit, quos affligit, ut neque possint, nel modico tempore, eodem loco consistere, neque referre sciunt, quid patiantur; sed quasi suffocari videntur consentire videlicet septo transuerso cum ore ventriculi. Hæc aūt affectio duplicem cāmhabet. Nempe aliqñ concitatur à vitiosis, & acribus humoribus in vētriculo contentis, & ipsum mordentibus, & pungentibus, & ea ratione stimulantibus ad expulsionem. Generantur verò vitiosi hi succi plerunque ex corruptis cibis in ventriculo. Vnde solent frequentes hæ affectiones apparere in ijs, qui plurimis vescuntur fructibus illis, qui facilè putrescūt, præsertim peponibus, & quivaria ingerunt edulia in eadem mensa. Aliqñ aliūnde, vel à toto, vel à iecinore ad ventriculum propelluntur, vt sępe in principijs accessionum in febribus solet euenire. Et quanuis in hoc affectu plurimum interdum euomant, & deijciant, non aufertur tñ vomendi desiderium, vel deijciēdi; quia aliquę reliquiæ vitiosi humoris, aut inter tunicas ventriculi, receptę, aut osculis uenarum uentriculi, pręsertim verò oris eius herentes, semper irritant; vt tandem ex toto corpore ad ipsum humores confluant, & ex venis omnibus. Et hæc ab Hippo. cholera humida quarto de Rat. vict. in acu. mor. appellatur. Interdum verò fit à flatu acri, & vitioso inter tunicas ventriculi infarto, illum exagitante, & irritāte. Vnde fastidium plurimum, & nausea concitatur, angustiaque, & anxius plu-

C rimum fit ventriculus, neque tamen vel vomit, vel per inferiorem alnum excernit. Et hanc affectionem siccam choleram appellauit Hippo. Ac in priori quidem differentia choleræ duplex concurrit causa, cur deficiente calore sequatur animi defectus. videlicet immodica vacuatio, & prętereà digestio spirituum. Nam & totum corpus, dum consistere nequit, laborat plurimum. Labor verò multus dissoluit spiritus. Et ipsi etiam spiritus, dum præ angustia turbantur, & inordinato, ac multo exagitantur motu, dissoluuntur, & digerunt. In hac autem altera, hæc sola causa accidit, cū in ea non fiat humorum vacuatio. Diarrhœa verò humoralis est alui fluxio, quæ interdum à toto fit, interdum vitio iecinoris, ex eius aliqua intemperie, vel obstructione: interdum ex ciborum corruptione. Lienteria, quę & intestinorum leuitas dicitur, ex imbecillitate facultatis concoctricis accidit. Fluxus autem cibalis dicitur, quia cibi, vt commesti fuere, effluunt, antequam concoquantur, ob imbecillitatem facultatis concoctricis ventriculi. Quod & contingere potest ab aliqua acri qualitate, ex corruptione in cibis contracta. Qua ratione autē hęc oīa possint deliquia animi afferre, nemo, qui ea, quę in vniuersum antea fuere exposita, rectè teneat, non ex se percipere potest. Itemq; quomodo ex quacunque sanguinis vacuatione.

Nonnunquam verò & vehemens cruditas animi defectum attulit; & tunc pręsertim &c.

D Animi defectum cruditas multa afferre ēt pōt; & id multiplici noīe. Cū.n. ventriculus cibum nō concoquit, pręter id, q corpus, & natiuus calor à proprio destituitur alimento: ex inconcoctione multa gignuntur cruda excremēta: interdū frigida, si incorrupta remaneāt; interdū verò & acrimoniā, & calorē cōtrahūt, si corrūpantur. Hæc itaque si retineant aggrauant, cū multa sunt, & strāgulant insitum calorem, illumque insuper refrigerant. Si nantem, (vt Stephan. testatur) excernantur, irritata facultate expultrice, & immodica vacuatione, spiritus, & natiuus calor dissoluitur. Cui accedit q mordendo, cùm retinentur, laborem, & anxietatem addunt.

Et qui bulimos appellatur, nihil aliud est, quàm &c.

Bulimos Gręcum vocabulum est, quod famem ingentem significat. Et quanuis medici gręci vario modo de ea senserint. Alexander enim Trallia. septimo suę Medicinę libro hunc affectum ortū suum habere ab intemperie calida, & imbecillitate oris ventriculi ait. Gal. tamen, & secundo Aph. & primo de Symp. can. & quinto de Simp. medi. fac. frigidū esse affectum voluit. ait. n. secundo Aph. q bulimos est defectus virium ab externo frigore: qui quidem affectus inter initia cum fame est; mox verò neque ea adest. Primo verò de Cau. sympt. inquit, ortum habere à pennria imbecil- Com. 11. Cap. 7 Cap. 5

becillitate, & frigore ventriculi. Auic.verò vtrisque partem tribuens, duas huius affectus differentias constituit. Alteram ex calore, vt Alexander. Alteram ex frigore, vt Galenus. Nos A
autem aliàs ostendimus, solam Galen.sententiam sanam, & integram esse. Eum ergo sequamur Cùm igitur fame præcedente quidem, vires ventriculi refrigerati prius vehementer cadunt, vt etiam appetentia cibi destruatur,& fames; tunc bulimos est,atque hoc modo facile est intueri, quomodo bulimus nihil aliud est, quàm quoddam animi deliquium. Quia vel iam fit deliquium vel saltem via, & transitus ad deliquium. Quod duas habet causas: primam refrigerationem, & ferè extinctionem naturalis caloris, ventriculi primum, & cordis per consensum cum eo: deinde verò dissolutionem virium, ex defectu,& penuria alimenti.

Lect. 89. Omnem præterea, quæ ex vtero prouenit, strangulationem defectus animi antecedit,&c.

Qui locum hunc explanarunt,multa dicunt, neque tamen exquisitè Gal.sententiam assequũtur, uno Stephano excepto, qui quanuis breuissimus sit;attamen optimè tenuisse rem uidetur. Ipse enim Gal.secutus sexto de loc.affec.primum docet,quid per vteri strangulationem, quæ *πνιξ* *Cap.* 5 gręcè ab eo dicitur,& per recursum uteri ad superiora, quos *ἀναδρομὰς* ipse uocat,sit intelligendum, & quomodo hæc inter se differant, mox quomodo lipothymia priorem affectum vteri præcedat: alterum verò sequatur. Strangulatio ergo dicitur hic à Gale.affectus ille, qui *ἄπνοια* dicitur, hoc est vacuitas respirationis, uel intercepta respiratio. Qui affectus, seu symptoma maximum,& deterrimum est in mulieribus ex vtero laborantibus.eò enim perueniunt mulieres, vt non modò ab omni sensu,& omni alioquin motu destitutæ,verùm & motus respirationis expertes,aut omnino sint,aut maiori saltem ex parte videantur;quia si aliquis reliquus sit,à nobis percipiatur.ita & pulsus,aut penitus nullus,aut ita languidus est, vt vix sentiatur.vnde quasi mortuæ iacēt. Fit autem affectio ex cordis refrigeratione,ex vapore vitioso,qui ex vtero ad spiritualia mēbra,præsertim verò cor,& pulmones defertur.Id verò plerunque excitatur vel ex retento, & putrefacto semine:quod in viduis continentibus solet contingere:vel etiam ex menstruis suppressis purgationibus;cùm vitiosus sanguis ibi contentus corrumpitur.Veruntamen raro id fit ex sanguine,frequentissimè ex retento semine.Et hanc affectionem præcedit lipothymia: quoniam maius symptoma,& vehementius est,apnœa,q̃ lipothymia. Vnde primum animo deficiunt:(neque enim semper in animi deliquio ab omni sensu,& motu destituuntur)mox vt malum augetur,priuantur omni sensu,& motu;ita vt etiam respiratio,& pulsus tunc strangulati,& in apnœa esse dicantur. B
Recursus verò vteri ad superiora,& eius declinatio ad latera ex interceptis menstruis, & ex eius repletione ob eandem causam fieri solet;estque veluti spasmus, vel conuulsio quędam.Quemadmodum enim cùm nerui, & neruosæ partes valdè replentur humore aliquo,intumescunt,& crassescũt augentur verò in latus,& contrahuntur secundum longitudinem,& plurimum tenduntur.Ita vterus,cùm obstructis venis,per quas fit menstrũ purgatio,declinante tamen sanguine ad ipsum de more naturę in mulieribus,nec excreto ob obstructiones,ibi repletis venis ex eo infarto humore,nec modò venis,sed & ligamentis,& neruis,resudante aliqua illius parte & in illis absorta,intumescit & eius partes,quasi conuulsę,sursum retractæ recurrunt. Et si in vna parte duntaxat sit vterus repletus,contracta ea pars alteram ad se trahit:vnde versus affectam partem declinat vterus vniuersus,vt fit in conuulsionibus: nempe in prostotono,& opistotono. Sed si vtrinque pariter repleatur,vtrinque pariter tenditur,& retrahitur,recurritque ad superiorem partem versus locum,cui appensus est.Recurrens verò sursum impellit,& comprimit intestina:à quibus ventriculus premitur subinde,qui mox sursum impulsus septum transuersum,& reliqua tandem respirationis organa arctans difficultatem respirationi affert, vt quasi strangulari videatur. In hoc autem affectu, nec quæ sensum deperdunt,neque motum. Nam mouent se,& quæ dicuntur,audiunt.quamuis respondere nequeant;quia organa respirationis,& vocis non sunt libera. Vnde non est propriè animi defectus hic;sed si increscat,tandem resolutis ex ea strangulatione spiritibus,& euaporante ad cor ex crementoso eo sanguine,interdum sequitur & animi deliquium.Hic est ergo clarus intellectus horum verborum Gal.Sequitur deinde. C
D

Atque inflammationes eius plerunque consequitur.

Multa conueniunt in inflammatione vteri, quæ possunt ad animi deliquium perducere. Primũ quidem tumor eius Nam, vt alia membra,ita & vterus intumescit,& plurimum etiam intumescere potest,si ingens sit inflammatio.Deinde verò,& dolor vehemens non modò eius,sed & aliarum partium,sicuti capitis,quæ eius consensu laborant.Præterea verò,& ardens febris. Nam,& id Gal. testatus est,q plerunque febris ardens comes est vterinæ inflammationis.Multa insuper & vitiosa exhalatio ex sanguine ibi infarcto, & putrescente.Quæ omnia multi momenti sunt ad dissoluendos spiritus,& robur caloris naturalis.Sequitur autem,non præcedit animi deliquium has in-
Apho. 30. flamationes:quoniam circa principia,& fines omnia (ut dixit Hippo.primo Aph.)sunt imbecilliora: procedente verò ad vigorem morbo,ea magis innalescunt,& fiunt fortiora. Lipothymiam autem inter fortia,ac mala symptomata omnes posuere.Sequitur Gal.

Antece

A Antecedit autem morbum attonitum,& comitialem, cùm malignus existit.

Apoplexia, quam latini plerunque morbum attonitum appellant, affectio est, in qua cerebrum malè afficitur, obstructis eius præcipuis ventribus,& intercepto transitu spiritus animalis, qui facultatem sentiendi,& mouendi reliquis particulis impartitur. Vnde & sensu,& motu illę omnes destitutæ remanent, præter illas, quæ respirationi ministrant, quas natura omni ope defendit, & seruat; vt pote quoniam illę ad vitam alijs sunt magis necessariæ: læduntur tamen & illæ insigni ter, si affectus is sit aliquantò insignior: vnde difficilis fit respiratio,& interdum ea onza adeò progreditur, ut ad apnœam accedat, hoc est ad defectum respirationis, de quo parum antea sermo habitus est. Præfocatur autem in hoc affectu calor naturalis,& spiritus dissoluuntur; ita ut si valida sit apoplexia, statim & in momento hominem possit necare. Cùm ergo uehemens fiat strangulatio, cùm fortis est apoplexia, non est arduum videre, quomodo ipsam soleat sępe præcedere animi deliquium, strangulato calore natiuo. Dico autem sæpe; quia (vt puto) non semper id necessarium est, præsertim verò cùm leuis est. Sed & epilepsiam malignam antecedit animi deliquium, (ait Galen.) non autem omnem. Nam sæpe neque frequentes, neque uehemētes habet accessiones; ita ut quandoque neque cadant, neque omnino motu,& sensu priuentur.

B Aliquando autem adeò vehemens,& maligna est, ut interficiat. Auic. o. dixit, φ cùm frequentes fiunt accessiones, epilepsia interficit. Vnde & Stephanus eam appellari malignam epilepsiam ait, que continentet fit, &, ut surgunt, statim etiam cadunt. In hac ergo solet animi defectus contingere duplici ratione. Primum ex strangulatione. Est enim totius corporis conuulsio. Quare & musculi, qui opifices sunt conuulsionis, & ipsi participes noxę illius strangulantur. Præterea verò ex multa concussione totius ferè corporis,& eius agitatione,& labore vires, & spiritus dissoluuntur. Fit autem is affectus & ipse ex obstructione ventriculorum cerebri, non tamen ita valida,& integra, sicut apoplexia. Vnde secundo Aph. ait Gal. morbum comitialem esse proximum apoplexiæ. Dissolutiones etiam, ἐκλύσεις ait ipse, syncopas quoque, & tabem antecedit. Quòd quidem syncopen præcedat lipothimia, non est difficile creditu; cùm duo symptomata, (vt sępe superius diximus) non differant, nisi maioris, minorisve ratione. Lipothimia enim increscens transit in syncopen. Diaphoresin verò præcedit deliquium animi. Nam cùm omnino dissoluuntur vires prius in deliquium animi cadunt. dissoluuntur autem vel ab immoderato calore externo, aeris videlicet nos continentis: vel ab eximia intemperie calida totius corporis, præsertim verò viscerum præcipuorum, à qua digeritur, non modò spiritus, sed etiam substantia particu Com. 45. Lect. XC.

C larum. Item,& marcor, vel tabes, in qua ferè consumptum est humidum radicale, membrorum etiam solidorum, quod erat sedes,& fundamentum natiui caloris, sæpe habet antecedentem animi defectū. Sed de hoc in lib. de Marasmo agit Gal. vbi marasmum syncoposum appellat secutus Philippi medici sententiam.

Sed & in principijs febrium non admodùm paucarum aduenit,& tunc pręsertim, cùm supra modum aut siccum,& squallidum, &c.

Non sunt referenda hæc verba Gal. vt quidam putarunt, ad eas febrium syncopalium differentias, quas arabes minutas, vel humorosas appellauere: in quibus cōsensu ventriculi suboritur syncope. De quibus & in duodecimo Meth. meminit Gal. Nam de his verba paulò inferius Gale. facturus est. Sed de alijs febrium modis hic sermonem habet, qui in contrarijs corporum habitibus excitantur,& contrarias etiam causas habeot, cur animi deliquio, vel syncope tenentur, neque magis ventriculi, quàm totius corporis communi offensa. Duplices enim interdum contingunt esse habitus, in quibus concitatur febris. Alter quando corpora ex pręcedenti aut calore,& ariditate insigni exaruerunt,& emaciati sunt: aut ex assiduo labore, vt sępe ijs euenit, qui ardentissimis ęstatis temporibus per solem, & puluerem longum iter fecere, qui adeò consumuntur, vt veluti Cap. 5 & 9.

D cuiuscunque humoris facti uideantur expertes,& inaniti, squalidique penitus efficiuntur; vt qua si possimus dicere febres illas, quibus ij corripiuntur, factas esse ex inanitione, aut saltem cum multa inanitione. Alter uerò omnino illi oppositus est, vt quando corpus nimis plenum est, vel etiam boni succi; ut in plethoricis corporum habitibus: quales qui damnantur ab Hippo. primo Apho. In accessionibus autem harum febrium, cùm refrigeretur corpus, & in arescentibus corporibus cōsumptus ferè,& digestus est calor naturalis,& spiritus: quare facile deficit,& quasi extinguitur. In multa autem plenitudine, cùm alioquin etiam ab onere multę illorum humorum molis grauetur,& quasi obruatur, stranguleturque calor natiuus,& spiritus, in initijs accessionum refugienti bus in profundas partes spiritibus,& sanguine, maior fit ibi conculcatio, & maior strangulatio. Quapropter neque mirum uideri debet, si etiam animo facilè deliquant. Aph. 3

Et nonnunquam etiam simul cum febre incedente, atque maligna inuasit &c.

Febris ardens, quæ causus gręcè dicitur, ex eodem (vt alibi diximus) humore putrescente excitatur, ex quo & exquisita tertiana. Nisi quòd extra venas propulsus humor putrescit in exquisita tertiana. In venis autem quæ cordi propinquæ sunt, sicuti pulmonis, ventriculi,& iecinoris in febribus

bus ardentibus. Suor autem diuersi modi harum febrium ardentium. Aliæ enim sunt, quę & A si æstum plurimum, & flammam etiam plurimam habeant, & pręterea ea symptomata, quę naturā istius humoris cōsequi solent, vt est sitis inexhausta, vigilia, inquietudo, dolor capitis, bilis vomitus non tamen alioquin malignæ sunt, quia neque tanta est putredo illius humoris, neque tanta exustio, neque ea symptomata, quæ solent præter ea commonia, accidentia, particulatim prauam naturam humoris putrescentis ostendere. Aliæ verò annexam habent malignitatem, & prauam quandam naturam humoris, ex quo fuit accensa febris, quas concomitantur pessima symptomata, timorem insignem, tùm febricitantibus, tùm medicis mali exitus incutientia: qualia sunt, quæ secundo

Cō.75 lib. Com. in primum Epid. recensuit Gal. exponens, qui sint maligni casus: ait enim quòd rigor si statim à principio febris ardentis inuadat malignam febrem hanc ostendit. Neque enim ea quibus iudicari solent acutæ febres, possunt esse salubria, cùm statim ab initio apparent, & antequam coquatur morbus. Indicant nanque naturam irritari plurimum à mala materia, & adeò, vt illam non possit perferre vsque ad concoctionem. Id verò, quia vel ab eius multitudine nimis premitur vel à praua, & maligna qualitate cogitur. Eodem modo multa angustia, seu angor, vt ne quiescere, vel tantillum quidem possint. Sed & fastidium plurimum, leues quidam sudores collum, & frontem, & clauiculas occupantes, non per vniuersum corpus dispersi: interdum etiam frigidi. hi enim B angustiam plurimam indicant, & ferè mirum dissolutionem. Deliria etiam, quæ cerebrum læsum indicāt. Timores quoque, & mœstitiæ, hæc inquam multam exustionem flauę bilis ostendunt, vt iam ad atræ naturam vergat. Præterea verò, si alijs partibus calescentibus, frigescant extremę, & pleraque alia, quorum meminere Hippo. & Gal. & in Aph. & in Epid. libris, itemque in Progo. & Prorrh. Priores ergo causi, qui citra malignitatem sunt, aut rarò, aut nunquam, quantum ad ipsos pertinet, deliquia animi afferunt. Quamuis enim (vt hic etiam Stepha. ait) vehemens calor possit spiritus, & natiuum calorem digerere: non tamen eò progreditur, vt ad animi defectum deducat, si alioquin rectè tractetur. Quòd si maligna insuper accedat natura, vel ob multam materiā, quæ rectè nequit à natura ministrari: vel ob insignem putredinem: vel multam afflationem: tunc animi deliquium facilè affert. Et ideò addidit Gal. cùm incendente febre, atque maligna nonnunquā inuasit. Sed & eos (ait ipse) interdum inuasit lipothymia, in quibus extremę partes febre inuadente plurimum refrigerantur, & algent. Vbi considerādum, quòd per febrium inuasiones duo possumus intelligere. Vel accessionum principia: vt dicamus, quòd quoties in initijs accessionum, præter modum partes extremæ refrigerantur, solent sæpe excitari animi deliquia. Et si ita rem hāc accipiamus, erit referenda ad intermittētes febres, cùm in febricitātibus multa est cruda, & frigida C pituita, præsertim verò in ventriculo. Tunc enim tùm strangulato à multa materia natiuo calore, tùm verò refrigerato, potest animus deficere. Sed si ad continentes id referre volumus: vt dicamus in inuasionibus febriū, hoc est inter initia febrium, quando febris continens, quantumlibet continua sit; cùm tamen primum corripit hominem, cum multo extremarum partium frigore inuadit: tunc signum id perniciosum admodum est. Nam vel ex suffocatione caloris à copia molis, & frigidi humoris: vel ex inflammatione alicuius visceris, solent ita in febribus continentibus fieri extrema corporis frigida: vel ob inopiam, & imbecillitatem caloris insiti.

Et quicunque ob inflammationis magnitudinem, vel iecoris.

Multa de inflammationibus, præsertim verò partium internarum, dum de vteri strangulationibus sermo haberetur, superius diximus, quæ eadem possunt hic in memoriam reuocari: vbi & de ratione agitur, qua potest in deliquium animi ea inflammatio adducere, & si id potest vteri inflammatio, longè magis poterit iecinoris, & ventriculi, orisque eius. Nam iecur membrum, & ipsum præcipuum est, quod per venam, & arteriam maximas cordi connexum est. Ventriculus autem cū corde consensum habet, & præcipuè os eius, quod propriè stomachum antiqui dixerunt, quodque ea ratione cardiam, hoc est cor, appellabant. & pręterea exquisito sensu omnes alias particulas superabat. Harum autem inflammationum semper comes est febris, & ea continens, quæ quidem aliquas habet periodos, & accessiones; licet non intermittant, quod nos Gal. docuit secundo de diffe.

Cō.11 febr. sed clarius primo Aph. præsertim verò in accessionum principijs. Quia in inflammatum locum si magna fuerit inflammatio, (vt secundo Prognos. exponit Gal.) vniuersa ferè moles sanguinis confluit, & proinde plerunque extrema frigida, & exanguia relinquuntur, qua premitur, & strangulatur natiuus calor. Maior vero influxio, & profundatio fit tempore principij accessionis. Nam in incremento calore iam emergente, & cum calore sanguine, dum videlicet materia quoquomodo uicta, calor expanditur, non fit tanta influxio. Sed si multa crassorum, & crudorum humorum copia fuerit congesta, malum adhuc duplicatur. Quandoquidem maior fit tunc naturæ, & innati caloris oppressio: cùm pręter noxam inflammationis, accedit & aceruus talium humorum. Etenim cùm crudi sint, naturę etiam rebelles, & pertinaces sunt. Vnde quamuis naturales facultates omni ope nitantur eos exturbare, vt calor expandi possit; illi tamen pręcrassitie, & lentore reluctantur. Vnde robur facultatum in eo labore sępe dissoluitur. Et ita succedit deliquium animi

A mi. Itidem etiam accidit, si prætera eo tempore aliqua insignis particula, hoc est, quæ aut inter præcipuas sit, vt iecur, cor, & cerebrum, vel saltem sit alicuius actionis necessariç ad vitam instrumentum, vt ventriculus, pulmones, lien, obsessa sit insigni obstructione. Hę enim particulæ, quæ principes sunt, cùm læduntur insigni læsione, vt est valida obstructio, principijs vitę officiunt, illæ verò in consensum, cùm malę affectę sunt, has etiam trahunt. Neque ergo mirum sit, si additis obstructionibus insignis alicuius particulæ uiscerum inflammationi facilius, & magis accidit lipothymia.

Animo etiam deficiunt, quibus os ventriculi infirmum est, &c.

Si quis febricitat, vel suapte natura ventriculum habuerit imbecillum, vel etiam ex aliqua alia morbosa occasione: (imbecillitas verò eius sequitur intemperiem) is facillimè incidit in defectionem animi. Cùm enim (vt sępe diximus) ventriculus cum corde insignem admodum habeat affinitatem, & consensum. Lipothymia autem symptoma sit, quod ad cor pertinet. Neque mirum videri postea debet, si malè affecto ventriculo, fiat & cor particeps illius affectus. Ventriculus sanè, imbecillus facilè patet iniurijs. Iniuriæ verò, quę illi inferri possunt, hę sunt. Cùm vel eius uitio, hoc est per malam eius concoctionem gi-
B gnuntur, & congeruntur in eo vitiosa excrementa: cruda nimirum, crassa, & frigida: vel, si corrumpatur cibus, per putredinem, calida, & mordacia. Vel etiam si ab alijs particulis excrementa in illis confecta, & collecta recipiat, vt à iecinore, vel à liene, vel à cerebro, uel tandem à toto corporis habitu. Membra enim imbecillia à fortioribus facillimè excrementa suscipiunt. Ea verò excrementa, si acria fuerint, ventriculum mordent, à qua molestia, resolutis spiritibus, efficiunt animi defectus. Sin autem cruda, crassaque, & frigida, aggrauant, & premunt uentriculum, præsertim verò eius os, & subinde cor factum particeps in animi defectionem facilè concidit. Sequitur autem.

Quidam etiam in vehementibus animi affectibus animo defecerunt.

Animi perturbationes motus quidam sunt, qui concitari non possunt, nisi cum motione valida, & ferè repentina (quando uehementes fuerint, caloris, & spiritus uitalis, qui aut intro, & in profundum ruit, ut in timore & mœstitia: aut confertim extra effertur, vt in gaudio & lætitia. Vnde priores plerunque pallent. hi verò rubicundi euadunt. in ira autem sanguis, & spiritus circa pręcordia efferuescit. Motus autem omnis
C primum dissoluit spiritus, & calorem, cùm est uiolentior. Prętereà verò spiritus in timore, ac mœrore confertim cum sanguine refugiens, ad inferiora, ibi constipatus, & densatus quasi strangulatur. In lętitia vero, extra delatus cor deserit, & digeritur, euaporatque; vt interdum aliqui ex lętitia perierint. Feruor autem, quòd spiritum, & calorem dissoluat, nemo est ferè, qui nesciat. Non ergo mirum est, si ex animi his perturbationibus, cùm vehementius concitantur, lipothymia homines inuadat. Et sicut alias motiones, & labores facilè ferunt, qui vires habent robustas: ęgrè autem, & non sine noxa, & molestia, qui infirmiores sunt: Ita & hos animi motus. Vnde & senes, & qui sunt longo confecti morbo, vt. conualescentes, mulierculę etiam facilius animo deficiunt consternatę ex his perturbationibus. Vbi nanque modici sunt spiritus, ibi facilè dissoluuntur. Monet autem hic. Stephan. non contemnendam quęstionem. Nam non videtur consentire sibi ipse Galen. hic, & alibi; vtpote qui secundo de Sympto. caus. dixerit, nunquam ex ira aliquem interijsse. Quod si ita est, qua ergo ratione in animi deliquium potest incidere, quod est ueluti uia in mortem? Nam si increscat, & in syncopen tandem, & in mortem terminantur. Quòd verò ira mortem non
D afferat, probari potest ratione: Quia facultas, à qua ira concitatur, eo tempore; quo ira accenditur, potius colligit se, & uires suas omnes, ut ulciscatur iniuriam. unde & robustior redditur, & ui ad exteriora tandem prorumpit calor. Dupliciter autem respondet, Primum, quòd in irascentibus cùm calor, & spiritus efferuescens extra, confertim profert se, si robusta sit facultas, facilè resistit, ut neque animo deficiat. At si imbecillę sint uires, cùm ex motione dissoluantur, adeò languescunt, vt neque robur seruare possint, neque defendere, quò minus accidat animi defectus. Quod ijs facilius solet euenire, qui rariore constant corporis habitu; in illis siquidem facilius, & promptius digeruntur, & euaporant. Vnde in ira alij rubicundiores fiunt, in quibus non ita dissoluitur uis caloris natiui: alij verò, & pallent, & tremunt: quod & imbecillem indicat facultatem, & mixtum aliquem timorem cum iracundia. Vel etiam id dici potest. quod ira potest ad defectum animi deducere febricitantem; non tamen, quantum ad ipsam pertinet, ad interitum: quia si sit moderata; neque ad lipothymiam perducit: si uerò sit uehemens illa, ad animi deliquium accedet, neque tamen adeò uehemens, vt morte finiatur ob feruorem sci-

licet , & motum caloris natiui . Nos tamen credimus , & tertiò reſponderi poſſe , A
& fortaſſe etiam melius , quòd ira, quantum ad ipſam attinet , neque ad animi deliquium,
aut ſyncopen deducere poteſt , neque etiam ad ipſam mortem . Quòd ſi quiſpiam fortaſſe
dicat,id non rarò in febricitantibus ipſis accidere, vt animo delinquant . Hoc inquam potius in
corporis aptitudinem,ſeu diſpoſitionẽ referendum eſt,quàm in iram.Nam ſi corpus iam alia occa
ſione ſit factum viribus imbecillum, infirmumque, vt vel ex morbo,quo confectum eſt, vel ex ine-
dia longa, vel ex immodico labore, vel ex ętate,vel alia alioquin de cauſa,poteſt quidem tunc ira-
cundia , & hoc , & illud conferre incommodum.Vnde ſæpiſſimè viſum eſt aliquos repente,cùm
alioquin integro eſſent corpore,& benè valerent;ex repentino tamen, atque inopinato aut gau-
dio , aut mæſtitia, aut timore,& animo defeciſſe,& in ſyncopen,ac in ipſam tandem mortem con
cidiſſe ; non autem ex ira.Quare præſertim ad iratos referendum eſt,quòd præcipue huic ſympto
mati ſunt obnoxij, primùm febricitantes: deinde verò qui ſunt viribus infirmioribus, nec non etiã
qui ſunt ſeniores.Sed & quod ſubiungit Gale.non parum huic noſtræ reſponſioni videtur fauere.
Nam rorida quædam humiditas, quæ in febricitantibus interdum excerni ſolet, quæ eſt veluti ini
tium quoddam,& præludium, vel nuntius futuri ſudoris, aliquando potuit animi deliquium affer
re, non quidem illud per ſe,& quatenus ad leuem eam,modicamque inanitionem pertinet;ſed po B
tius ratione corporis,in quo adeò ſint diſſolutæ vires, vt neque tantillum illud incommodum ci-
tra inſignem noxam perferre poſſint.Id autem præſertim contingit,quando mador is non oppor
tunè apparet,ſed quando potius obeſſe ſolet.ſolet enim prodeſſe, tùm inclinante acceſſione : tùm
verò apparente prius concoctione. tunc enim veluti cuiuſdam indicationis rationem ſubeuntes
congruo tempore fieri dici poſſunt.non eiuſmodi autem ſunt madores , qui perducunt ad defe-
ctum animi , ſed omnino vim habent ſymptomatis præſertim , cùm hos affectus animi , quorum
nuper meminimus, ſequuntur. Vnde ſi vires imbecilles repererint, eas diſſoluunt,& in animi de-
liquium hominem conijciunt. Neque enim fieri poteſt, vt aliquam, aut ars, aut natura vacuationẽ
moliatur, quin & ſpiritus in ea vacuatione diſſoluãtur ex aliqua parte: quamuis vacuatio illa ſit ex
excrementorum, vel alioquin vitioſorum humorum. Omnis autem, quatulacunque ſit ſpirituum diſ
ſolutio, vires languidas inſigniter lędit.& ideò illis , qui imbecilliores ſunt , vel etiam leues ma-
dores lipothymiam poſſunt afferre. cum valentiores & qui adhuc vires integras habent, non con-
ſternantur, niſi à copioſa,& confertim facta vacuatione, & à multis,& immodicis ſudoribus. Vt tã
dem & hanc rem in vnã ſummam colligamus, quod quæcũque vacuatio, quę confertim,& ſimul v
niuerſa fit, ſi copioſa fuerit, quomodocunque fiat, ſiue naturę ope, ſiue medicis inſtrumentis , vi- C
res exoluere poteſt , inanitis nimirum ſpiritibus , ſiue ſanguinis fuerit, ſiue puris , ſiue aliorum
humorum . Vnde ſi hydropicus ſecetur , & multa ſimul educatur aqua : ſi ętiam aperiatur ab
ſceſſus , vel ſi ſponte erumpat , poſt maturationem , vel in pectoris ſpatium , vel ventris in
ferioris , vel in ventriculum , vel in quemcunque alium locum fiat eruptio , facilè inde po-
teſt animus deficere . Confertim autem factæ vacuationes vim maiorem habent . Quia quæ
paulatim , & per vices fiunt non ita vires diſſoluunt . Nam interim, dum ſpiritus inaniuntur ,
poſſunt alij regenerari , quibus vires inſtaurantur , & reficiuntur. Quæ verò confertim fiunt
multis ſimul ſpiritibus euaneſcentibus, vires deijciunt; cùm non adſit tantum temporis, vt no-
nis aggeneratis , interim illæ foueri poſſint . Quare vt rectè , ac feliciter ſuccedat vacuatio,
non modò reſpicere oportet , ſi qualia vacuati oportebat, vacuentur; ſed etiam ſi tanta ſit, quan-
tam vires ſufferre poſſunt,

At verò ex vehementia dolorum veniunt diſſolutiones,&c.

Poſtremò , & dolores ſi immodici fuerint , magnam vim habent ad vires animantis di-
ſoluendas . Mouentur enim confertim ſpiritus & ſanguis , atque adeò etiam natiuus calor
ad dolentem locum , ibique conſtipatur , & denſatur . & id in cauſa eſt , cur dolor inflam- D
mationes , & eryſipelata concitet . Duplici ergo nomine diſſoluit vires . Primùm repenti-
na , & inordinata ſpirituum , & caloris innati motione : Deinde verò conſtipatione,& ſtran
gulatione. Quo fit, vt cùm mordentur viſcera, aut aliæ particulę ab acri,& mordaci humore. Cùm
etiam tormina concitantur in inferiori ventre. Item in colico dolore,& in iliaco, qui acutiſſimi,
& vehementiſſimi dolores ſunt vires proſternantur. In colico quidem; quia à cruda,& vitrea pitui
ta, quę in flatum craſſiorem digeritur, tùm refrigerantur, tùm diſtenduntur,& quaſi dilacerantur
tunicæ inteſtinorum. In ileo , quam affectionem iuniores , miſerere mei , appellauere, ma-
ximus concitatur dolor in gracilioribus : ſicuti in colica in craſſioribus . Qui dolor inflam
mationem ipſorum concomitatur : quę obſidens viam , & tranſitum fæcum , cogit eas re-
latas in ventriculum vomitum reijci . Neruis etiam illata vulnera , vtpote quæ , & ingentes
afferant dolores , & conuulſiones , poſſunt uires diſſoluere , & animi concitare defectus. Itidem-
que capitum muſculorum vulnera; quippe quæ multa parte neruea conſtent,& proinde & dolori
bus,& conuulſionibus obnoxia plurimum ſunt. Capita autem in præſentia non propriè puto acci

pienda,

A pienda, pro ea duntaxat parte, vnde originem musculus habet, & ad quam trahuntur fibræ, cùm mouentur. Sed pro vtroque musculi extremo, hoc est tàm proprio capite, quàm etiam pro chorda, in quam desinit. Duæ enim hę partes imprimis, & maximè neruosæ sunt. Vnde ipse in libro de Euchymia, & Cacochymia dixit, extremæ musculorum partes vtrinque neruosiores sunt. Præterea verò vlcera in articulis, cùm maligna sunt, dolores, & animi defectum sæpe inferunt. Quod vt intelligatis, audite Galen. cur hæc articulorum vulnera alijs magis afferunt lipothymiam, ita quarto Metho. dicentem. Quin etiam cacoethe statim fieri, quæcunque in articulis accipiuntur vulnera, id omnes ferè sciunt. Vbi enim tendones, & nerui, & carne vacua, atque, ossea loca sunt, hic doloris, vigiliarum, conuulsionis, & delirij periculum instat. Prętérea, & gangrænosa, & depascentia omnia. Gangræna quòd sit affectio genita in aliqua particula cum extincto eius ferè natiuo calore, ac strangulato à magnitudine inflammationis pars ea in interitum tendit, vt septimo Aphoris. & in libro de Tumor. prer. nat. & tertio de Artic. ait Galen. Cùm enim inflammatione adeò inculcatur humor: vt intercepta omni transpiratione, quæ per cutis meatus fieri solet, ob eorum repletionem & ob- Cap.4 Cap.6 Apho. 50. co.17.

B structionem natiuus calor ab euentatione destitutus extinguitur. Vnde & liuidus illius partis calor efficitur, & veluti morticinus, & sensu priuatur. Cui malo nisi obsistatur inter initia; ad vicinas partes serpens eas depascit. Quare neque mirum deinde est, si calore extincto, cùm insignis aliqua fit gangręna, præterea verò eius vapore putrido per venas, & arterias, si aliquæ maiores ibi vicinæ sint, ad cor delato, & illud lædente, interdum accidat lipothymia: atque adeò etiam in alijs vlceribus malis, quæ corrosiua sunt, & serpentia depascuntur viciniores partes: eiusmodi enim dolorosa admodum sunt, sicuti & gangrænosa, dum fit, neque adhuc facta gangræna est. Postremò verò intemperaturæ immodicę, præsertim calida, resoluendo, & digerendo calorem naturalem, & spiritum, frigida extinguendo, & tandem vitalis vigoris vel roboris dissolutio à quacunque causa fiat, affert animi deliquium.

Hæ itaque, tandem omnia ait resumens, sunt causæ, cur ęgrotantes animo deficere possint. Et quamuis particulatim propria vnaquæque earum requirat curationis rationem: in præsentia tamen neque ad institutum nostrum pertinet, eas omnes singillatim persequi, neque etiam opportunum est, ait Galen. Nam si quis uelit rectè, & ex ratione curare omnes

C hos animi defectus, qui has omnes tam diuersas causas sequuntur, oporteret causas has imprimis curare. Vnde & oporteret agere de curatione omnium eorum affectuum, quos sequitur syncope. Non est autem institutus sermo de curatione affectuum aliorum, nisi febris. De syncopa verò, vel lipothymia, non est introducta consideratio; nisi quatenus ipsa per se trahit aliquam curationem, destituta, aut omnino, aut magna ex parte, tùm febre, tùm alijs affectibus, quibus assidet. Quare satis erit nobis de hoc solum agere: quonam pacto possimus, aut iam præsenti syncopi, vel lipothymię occurrere, ac vires in ea collabantes, animumque reuocare, & reficere; vel illam imminentem arcere, & illi, antequam inuadat, obuiam ire.

Veluti quòd eos ex choleris, & ventris profluuijs, & multis alijs confertim factis euacuationibus.

Expositis omnibus differentijs, & causis deliquiorum animi, iam tempus opportunum adesse videtur, vt curationem aggrediamur explanandam, & rationem, vel potius rationes, quibus opus est medicum illis occurrere. Sed hic considerandum est, quòd duplex in his febribus exigitur medici opera. Nempe primùm, vt imminenti lipothymię occur-

D ramus, & obsistamus; quò minus accidat. Vt enim duodecimo Metho. refert Galen. turpe est medico, qui artis istius peritiam profitetur, non pręnosse futuri defectus animi periculum, illique occurrere; sed expectare, quòd hominem corripiat, ac deinde illi opem ferre. Sed quia interdum contingit, vt tunc accersamur, quando iam animo deliquere: Ideò & de hoc oportet, vt agant medici: quanam ratione resumere hominem, & ab animi defectu oporteat reuocare. De priori autem prius agamus, & quod & tutius, & pręstantius est: mox verò & ad alterum accedemus. Cùm autem mederi ab imminenti lipothymia alia alioquin ratione nequeamus, nisi causam, vnde ea excitetur, remoueamus, aut saltem refrenemus. Causa verò in vniuersum duobus summis capitibus continetur: videlicet inanitione, & repletione. Per inanitionem enim vacuatis, vel digestis spiritibus, facultates labefactatæ concidunt. Per repletionem verò grauata facultate, strangulatisque spiritibus, & calore natiuo eorum fit extinctio. Primum igitur de ijs, quę ad inanitio-

nem pertinent, agamus. Et cum uacuatio duplex sit generatim. Nam aut fit per uias latas, A
& sensibus manifestas, vt quæ per aluum, per vomitum, per nares, per vterum, per hemorrhoidas, per inflicta vulnera: Aut per inconspicuos cutis, & habitus corporis meatus: omnes verò hæ inanitiones fiunt ob immoderatum fluxum humorum in morbo concitatum. Ideo obsistimus futuræ lipothymiæ, cùm immoderatam humorum fluxionem ad locum exitus, aut intercipimus, aut refrenamus. Proprium autem remedium fluxionum, & maximum, maximéque præsentaneum, præsertim verò inter initia, est reuulsio, & deriuatio. Vnde quarto Meth. & quinto etiã ait, cùm fluxio procedit, & valenter irruit, reuulsio præcipuum remedium est.
Cap. 6 Sed vt quæ à Gal. ad curationem, seu ad cauendum futurum in profluuio alui deliquium, ani-
Cap. 3 mi proponuntur, facilius intelligatis (neque enim facilia, & omnibus in promptu sunt; immò non modicam habent obscuritatem, cum nullam eorum rationem referat) considerandum est, quòd his remedijs nititur occurrere huic symptomati: primum aspersione frigidæ aquę: deinde narium apprehensione: tertiò frictione oris ventriculi: quartò vomitum ciendo: postea vinculis pluribus, & illis vehementibus, brachia, & crura astringendo. Sed singillatim horum quodcunque perpendamus, & posteaquàm rationalem methodum profitemur, eorum causas, rationesq́ue inuestigemus. Dicunt itaque nonnulli aliàs celeberrimi viri: primùm B
aquam inspergi, vt coërceantur spiritus, ne per angustos, & inconspicuos meatus digerantur, & diffluentur. Frigida enim aqua inspersa eos constipans, in causa est, cur spiritus contineantur, nec dissoluantur. Vnde, vt hoc vim habeat maiorem, illis magis probaretur, si ex aceto, & rosacea aqua fieret hæc aspersio. Acetum enim ad penetrationem maiorem facit. Aqua rosacea ad astrictionem. Mihi tamen non modò non probatur hęc sententia, verùm & Gale. aduersari videtur. Non probatur quidem; quia in huiusmodi symptomatibus, siue tollendis, siue arcendis, causa semper prę oculis habenda est. Et licet curationem primùm conuertant ad se, & priusquàm ad causam; pro ratione tamen causæ eorum curatio euariat. In alui autem profluuijs cutis constipatio, & angustorum meatuum profluuium auget, conuertendo humores, & vapores omnes ad interna viscera. Præterea dissolutio spirituum, quę ad syncopen perducit, non fit in profluuijs, per cutis angustos meatus, sed vacuatione, quæ fit per aluum. Nã in immoderata vacuatione, quæcunque illa sit, spiritus simul cum alijs humoribus excernuntur, & dissoluuntur; non autem per cutem digeruntur. Quòd vero Galen. aduersetur, declarat sententia eius expressa paulò post, vbi ait, constipare cutem commodum esse in immodico sudore: aduersarium autem in alui profluuiis. Sicuti contra balneę in immodico sudore, & sanguinis profluuio plurimùm no- C
cere: iuuare verò possunt in alui profluuio. quarum vires sunt rarefacere, & digerere, non autem constipare, neque coercere. Ego itaque ab ipsa re, & ex longa obseruatione edoctus, alia ratione
Lect. xciii. quam inspergi puto: & habere rationem & ipsam reuulsorij remedij; si modo eo aspergatur, quo aspergi solet in deficientibus animo. In omni enim animi defectu, cùm ille non fiat, nisi corde affecto, aut primariò, aut per consensum: spiritus, & sanguis recurrunt confertim ad interiora, & ad originem suam, ut illi opem ferant, relictis externis partibus. unde & pallidi fiunt, & refrigescunt. atque in eo recursu additur malum malo: quia ibi constipati periculum strangulationis, & suffocationis afferunt. Consueuere aũt non modò medici, verũ, & vulgares, immò & mulieres aquam frigidam caua manu apprehensam repente, & vi quadam in faciem conijcere, & ex repentina illa molestia à frigida aqua tùm ex frigore, tùm verò ex ea percussione, concitata, excitantur, & quasi expergefiunt spiritus, & sanguis; atque ita coguntur expandi ad exteriores partes, & cum eis etiam humores reliqui, & hac ratione, aut intercipi, aut refrenari potest fluxio. Vnde neque hoc intelligendum est, quod inspergenda sit aqua per vniuersum corpus; sed illa inspergitur in faciem, & uiolenta aspersione. Nares verò apprehensæ eandem nim habent, quam reliquæ extremę partes arctè deligatæ, & doloroso vinculo: D
Nam ita fieri solet; nares aprehendunt digitis, & stringunt, atque concutiunt. Dolor namque ibi excitatus ruentem humorem ad inferiorem aluum sursum trahit; Vim enim habet attrahendi dolor repente concitatus. Prosunt etiam frictiones ventriculi. Quidam illas eò referunt; quoniam in animi defectu plerunque solet pręcedere ventriculi æstuatio, confluentibus multis humoribus ad ipsum. Ego verò puto id quidem uerum posse esse in cholera, in qua simul & ad ventriculum, & ad aluum inferiorem corrupti, & vitiosi succi feruntur, & simul ad uomitum, & ad profluuium alui incitant. In diarrhœa uerò nequaquam, quia totus impetus humorum inferius est ad intestina. Vnde puto hęc quidem, & in alui profluuio, & diarrhœa conferre, diuersis tamen rationibus. Nã, & uomitus & frictio oris uentriculi, quę superior est eius pars, reuulsoria sunt remedia; quia retrahunt succos ad inferiora pro
Apho, 14. pensos ad superiora. Vnde sexto Aphoris. dixit Hippocra. quod uomitus sponte excitatus

soluit

A soluit longum alui profluuium. Quem Aph. explanans Gal. hoc esse ex emplum expositum nobis ait, ut naturam imitemur in operibus nostris, quando ea rectè, & utiliter agit. In cholera autem non solum multam uacuationem sequitur lipothymia, verùm & molestiam vitiosorum, & acrium humorum, qui feruntur ad os ventriculi. Ideò verò fricamus in cholera os ventriculi, & ciemus vomitum, vt vel vomitu vacuentur mali illi succi, vel saltem fricando deorsum ad fundum depellantur, cùm sursum feruntur. Nam habemus vulgatam sententiam, quòd fluxus fluxu curatur, & vomitus vomitu & vomitus fluxu, & fluxus vomitu. Cauet tamen Galen. ne vomitorijs in hoc vtamur medicamentis. tantum enim reuulsionem requirit, non copiosam vacuationem. Vbi etiam debetis animaduertere verum, quòd Galen. videtur sibi contrarius, qui superius dixit, quòd vbi febrem fluxus sequitur, non debemus aliter euacuare; neque per medicamenta, neque sanguinis detractione. hic tamen præcipit, in diarrhœa vomitum esse ciendum: quod quidem vacuare est. Nos verò dicimus, ita esse respondendum, quamuis neque viderimus aliquem hoc animaduertisse, quòd aliud spectans hic, & ibi, diuersas protulit sententias. Aliquando enim instituimus moliendam esse vacuationem aliquam primariò, vt multitudinem ex ubertantis humo-

B ris vacuemus. Sicuti quando Hippocra. dixit, quòd morbos ex plenitudine factos vacuatio sanat. Et hac ratione inhibet omnem aliam vacuationem; cùm in febre accidit alui profluuium, vel diarrhœa: præsertim verò inter initia, cùm crudus est morbus. Interdum autem molimur vacuationem, non vt vacuemus, sed potius, vt vacuationem, quam irruens fluxio ad aliquam particulam concitauit, reprimamus. Sicuti verbi gratia in sanguinis profluuio immodico, aut per nares, aut per menses muliebres, aut per venas sedis, aut per sputum, aut ex vulnere; venam aliquam in alia parte remota, & opposita secamus, & sanguinem detrahimus; non tamen vt vacuemus. satis enim, superque & vacuatus est, & continenter vacuatur. sed potius, vt vacuationi occurramus, ac eam intercipiamus, vt paulò post Galen. monebit. Ita in alui profluuio, cùm immodicum fuerit, citamus vomitum, ut aliò humorum impetum auertentes, profluuium sistamus, interciptamusque. Ita etiam fluente aluo, vomitum tentamus. Contra verò, vomitui importuno occurrere volentes, clysteres inferius inijcimus. Est autem & hoc considerandum, vt rectè ea, quæ hic referuntur, percipiatis, atque vt aliquam ex eis vtilitatem consequi possitis, quòd reuulsio est motus in contrarium, & in oppositam partem illi, in quam sponte ferebatur humor. Vnde quæcun-

C que molitur medicus circa corpus humanum, quæ eam vim habent, vt possint aliquorsum humores mouere: ea etiam reuulsoria, remedia dici possunt. Nam si sponte humor in aliquam ferat partem: & tu remedium aliquod inuenias, quod eum mouendo in aliam conuertat, præsertim vero contrariam, id reuellet. Qua propter omnia, quæ possunt alicunde uacuare, per quancunque efficiant regionem, possunt etiam reuellere. quia nequit fieri aliqua humorum vacuatio, nisi moueantur humores vacuandi. Ergo, & purgatio per inferiorem aluum, & vomitus, & sanguinis detractio, siue per venam sectam, siue per cucurbitulas scalpello incisas, siue per hirudines: item & sudoris prouocatio, & vrinæ, & alia, si qua sunt istius generis, reuellendi vim habent. Etenim si humor in unam partem feratur, ut cunque, modo fiat, siue per illam excernatur, vt in uenteris profluuijs, aut uomitibus, aut sanguinis fluoribus. si aliam uacuationem per aliam partem ex arte aggrediaris, humorem ad illam retrahes: siue feratur quidem, neque tamen excernatur, sed potius ibi conuentus molestiam afferat, ut in inflammationibus, & reliquis præter naturam appellatis humoribus: in quibus itidem fit reulsio, si ex alia parte moliaris uacuationem. Item & reuellendi uim habent alia omnia, quæ citra uacuationem humores attrahere possunt.

D Attrahere autem ad se humores possunt tria: uidelicet dolor: calor: & uacuum. Dolor enim attrahit (dixit Galen.) perinde, ut cucurbitula. Calor etiam attrahit. Cucurbitula autem ui uacui attrahit. Horum ergo omnium modorum meminit hic Galen. Nam frictiones calefaciendo: uincula dolorem excitando. Hęc ergo, quæ humores mouendi uim habent, in parte remotiore, & opposita illi, à qua reuellere erat nobis institutum, administranda sunt. Si enim intercipere noluerimus fluxionem humorum, qui in superiorem aliquam partem feruntur, eis uti erit opus, quę deorsum trahere possint, cruribus scilicet cucurbitulæ sunt affigendę, eadem etiam fricanda, & liganda, & ex interioribus uenis sanguis detrahendus, clysteribus aluum cientibus utendum, uel purgantibus per aluum medicamentis. Contra autem, si ad crura, pedesve, uel ad uterum, aut testes, aut uesicam feratur, brachia uincienda ac fricanda, humeris cucurbitulæ apponendæ, vomitus ciendus, uenæ superiores, utpote in cubito secandæ, ac de reliquis in eundem modum. Hoc itaque primum est pręceptum in reuulsionibus, quod nobis tradit Galen. Alterum uerò est, quòd cùm reuulsio (vt paulò ante diximus) sit remedium, & instrumentum accommodatissimum ad sistendas morbificas flu-

 xiones:

xiones:(Fluxiones verò ad vnam certam particulam feruntur,& ab alia impelluntur, vel à plurib. A
interdum etiam à toto) vt rectè,& expeditè reuellere possimus, duo primum consideranda sunt.
Primùm, vt cognoscamus, quæ nam sit pars, quæ impellendo humores fuit illius fluxionis causa.
Deinde vero agendum est, vt exquisitè teneamus naturam particulæ, ad quam fluxio fertur: nimi-
rum situm eius, colligantiam, vel connexionem, quam habet, cum particulis alijs: semperque quæ-
rendum est, vt reuulsoria remedia illis particulis adhibeamus, quæ vel in causa sunt fluxionis, vt
pote à quibus illi fluant: vel si hoc timeamus, saltem ad eas retrahamus, quę cum illa, in quam in-
fluunt humores, connexionem, vel cõionem aliquam habent. quod accommodatis exẽplis exponit.
Si itaque menses immodicè mulieri fluant, quos reprimere velis, & noueris mammas plurimum
habere cum vtero communionem, quæ & experientia comperta est, & anatomica ratione, mãmis
ipsis cucurbitulas aliquantò maiores, vt valentius attrahant, affigens, facilius retrahes, quàm si alteri a
licui parti; puta si scapulis affixeris, & id rõne affinitatis & cõsensus. Sępe ẽt in sanguinis profluuio,
cùm è naribus erumpit, obseruamus, è qua nare profluat. Quia si è dextra, putamus, cùm fluxio-
nes plerunque fiant per directum particulæ, vnde fit fluxio, à iecinore originem habuisse fluxio-
nem. Quare cùm reprimere, vel intercipere effluentem sanguinem voluerimus, cucurbitulã ma-
gnam dextro præcordio, sub quo situm est iecur, affigemus, ac ita ad ipsum retrahemus, ac coge- B
mus retrocedere. Cùm verò è liene occasionem habet fluxio, è sinistra nare sanguis frequentius ef-
funditur. Quapropter pari ratione facilius retrahetur per cucurbitulam pręcordio sinistro affixã.
Vtrisque verò pręcordijs erunt affigendę, vbi ex vtraque nare profluat. Neque istius rei rationem
alioquin ex anatome depromere poterit quispiam, nisi hanc, quę satis remota est, quòd iecur sedem ha
bere in dextris, lienem in sinistris ex anatome didicimus. Cur autem naris dextra maiorem habeat
communionem cum iecinore: sinistra verò cum liene, ex anatomica disciplina nihil assequi pote-
rimus. Quoniam æquali tractu venę tàm dextrę, quàm sinistrę naris à iecinore ortum suum, vel de
riuationem habent. Immò & lienis venæ à iecinoris portis deductę sunt, vt, si per venas sit futura
fluxio è liene, nequeat alia progredi via, nisi per iecur. Vnde hoc compertum longa experientia
est, quòd corpus animantis vtrinque geminum est, & partes, quæ in dextris sunt, inter se naturę quan-
dam affinitatem & communionem, & eam magnam habent, vt mutuò afficiantur, & magis quàm
Lect. cum alijs alterius partis. Rem verò hanc Athen. Steph. latius quomodo fiat, exposuit, quam om
xciiij nes legere potestis. vulgatus enim est is libellus. Sed & aliquam habet retinendi, & sistendi flu-
xionem, præsertim verò sanguinis, qui è vulnere profluat. Modus collocandi particulam in situ,
& figura accõmodata: nempe si ea moderatè fuerit accliuis. Nam sanguis, & reliqui humores deor- C
sum facilius fluunt, & ad decliuia loca sponte. & quò magis decliuis fuerit locus, eò vehemen-
tius, & celerius fluunt. in acclinem autem, non item. Vnde pars vulnerata collocanda ita est, vt de-
orsum minimè vergat, sed potius sursum, dummodò id modestè fiat, & citra eius dolorem, & in-
commodum, quia si adeò accliuis sit situs, vt ex incommodo dolorem afferat, magis concitabuntur
fluxiones. Et cum duo sint fluxionum occasiones. Altera ab ea parte, à qua fit fluxio, & ex fluxio-
ne uacuatio. Altera uerò ab ea ad quam fit fluxio, & uacuatio. Et tertiò ẽt considerandum postea
est damnum, quod intulit uacuatio. Per reuulsionem resistamus impetui humoris, quem concitauit
pars impellens. Partem autem, ad quam fluunt humores, nitimur ab eo incommodo liberare, eam
roborando. robustæ enim partes repellunt valenter delatos succos noxios, & inutiles. Damnum
verò resarcimus, quod attulit inanitio, nimirum resolutionem virium, & natiui caloris, alimento.
Expeditis itaque ijs, quę ad reuulsionis rationem attinebant, alia duo exponens ait.

Vinum etiam aqua frigida temperatum curat eas, quę ex magnis fiunt euacuationibus &c.

Vinum & facilè, & citò concoquitur, & distribuitur: Ideò facilè, & citò instaurat dissolutos ex
multa uacuatione spiritus. Præterea verò languentem ventriculum roborat; vt pote quem ex ina-
nitione redditum frigidiorem calefaciat, & laxiorem colligat. Quale autem vinum oporteat es- D
se inferius exponet. Sed & aqua frigida temperandum esse ait. Frigida ad colligendum uen-
triculum, & densandum non parum facit, vt non ita facilè deinde fluxiones recipiat. Hic
vero multa consideratione dignum est, quòd quamuis multi præterea sint cibi, qui pluri-
mum alere possunt, (vt hic monet Stephan.) & solidius præstare alimentum, quodque
resolutioni magis resistere possit, vt est caro suilla: vinum tamen accommodatius est. Quia
carnes, vt coquuntur, requirunt calorem natiuum integrum, & fortem, qualis non est in ijs, qui-
bus instat animi deliquium: qui enim languet, exposcit facilem, & citam refectionem. Citissimè ve-
Apho. rò & facilè concoquitur vinum. & distribuitur: & ideò citissimè alit, & reficit, (quemadmodum
11. Hippo. & Gal. secundo Aph. docuere) præsertim verò spiritus. Addit autem Steph. quòd eiusmodi
vinum plurimum facit ad reprimendas fluxiones ad ventriculum. Nam cùm citissimè distribuatur
occurrens humoribus, qui versus ventriculum feruntur, eos secum ferè rapiens, in contrarium a-
uertit. Vnde paulò post in materierum, quę fluunt ad ventriculum, vacuatione vinũ eligit, quod
tenue sit, & calidum, (quale habebatur in gręcia Lesbium) vt citiorem, & magis confertim distribu

A tionem habeat,& dum celerius distributum fertur, maiorem vim habeat auertendi humores ad vẽ-
triculum fluentes. Contra quàm oporteat in eruptione sanguinis, vndecunque fiat. Nã si vino inter
dum opus sit, nempè vt animo delinquenti succurramus, vinum id non tenue, neque calidum sit;
quia attenuatus sanguis,& fusus à vino fluidior euadet,& ita magis confertim erumpet. Sed vinũ
consistentia crassum, colore nigrum sapore austerum, quia cùm sanguinem crassiorem reddat, ine-
ptiorem quoque ad fluxum efficit. Nigrum autem vinum crassius est. Acerbum verò, cùm vim ha-
beat astringendi, vias astringendo,& meatus constipando obsistere fluxioni sanguinis poterit.
Deinde verò,& hoc considerandum, ꝙ in his fluxionibus ad ventriculum frigida aqua esse tempe
randum ait: quoniam (vt item Steph. ait) frigus colligit: dissolutos ergo spiritus, & quasi dispersas
facultates colligens, illis tenorem,& robur addit. Sed hoc est animaduertendum, ꝙ secus est, quã
do vna,& simplex est indicatio, de qua sermo habetur, nulla alicuius alterius ratione habita: secus
verò quando plures nos circunstant indicationes,& aliquando repugnantes. Etenim cùm vnicam
tantum indicationem,& vnum scopum spectamus, vno tantum modo, & absolutè pronuntiare
possumus: sed cùm plures respicimus indicationes, quandoque plures adhibere limitationes o-
pus est. Quatenus ergo ad rationem succurrendi lipothymię pertinet, tale vinum, quale exposui
B mus, tùm in sanguinis ruptione, tùm in fluxione ad ventriculum optimum est. Verùm nec hoc
satis est prudenti medico: sed respiciendum præterea, an alia adsit etiam in eo corpore affectio,
quæ contrariam habeat indicationem; quia tunc oportet, mutuò collatis indicationibus, illi attẽ-
dere, quæ magis vrget: neque tamen & altera negligenda. Sicuti si instaret quidem animi defe-
ctus, uerùm adesset vehemens capitis dolor: primum quidem deberemus succurrere deficienti a-
nimo, sed alijs instrumentis, quàm vino: quoniam id dolenti capiti maximè aduersarium est;
vt pote quod facilè tenuitate, & calore suo ad caput feratur, & secum alios humores ducens,
ipsum plurimum repleat, & ita augeat dolorem, & possit ad inflammationem perducere, quod
esset non curare, sed addere malum non minus priori malo. Item si adesset iam aliqua alicuius
interni visceris inflammatio, quàm maximè vinum esset aduersarium: inflammationem enim,
siquid aliud, auget & irritat. Præterea si delirium assideat, fugere oportet vini potum, ea-
dem ratione, qua & in caput dolentibus. Sed & si ardens sit febris, & crudus sit morbus,
omnino à vino erit abstinendum: calefaciens enim febrem magis accendit: præsertim verò cru-
do morbo. Nam si iam esset concoctus, cùm vinum omnes iuuet, & moueat excretiones, fa-
cile autem mouetur materia, cùm cocta est: ęgre verò cruda: ideò vinum aliquod non potens,
C & frigida aqua dilutum, citato sudore, aut vrina, non calefaceret insigniter,& vacuando pro-
desset febri, & reficiendo animi deliquio. Cùm ergo timenda est ex potu vini noxa aliqua
ingens, & quæ mòx sanari non possit, à vino temperandum. Ita, & in profluuio sangui-
nis non esse temere vinum dandum, consulit Stephan. immò alijs esse occurrendum, si fieri pos
sit, lipothymiæ. Et ideò superius dicebat Galen. in omnibus his symptomatibus causam etiam
respiciendam esse. Vinum verò quantum ad ipsum pertinet, maius concitat profluuium. Et
ita agendum est in eo, quod dixit vinum aqua frigida temperandum: sicut consulimus in vino
dando. respiciendum videlicet semper est, & considerandum, an aliud sit in corpore, quod
ex ratione possit vetare: vt si esset aliquis affectus, cui inimicum esset frigus. Semper etiam in
in his omnibus ad naturam corporis ęgrotantis respiciendum. Vnde abstemio non esset vinum
dandum. Qui etiam uentriculum suapte natura crudum haberet, & frigidum, temperamen-
tum ex aqua frigida non toleraret. Aetatis etiam habenda consideratio. Nam iuuenibus, ac
pueris vinum iniquius est; senioribus autem aqua frigida. Pręterea & aeris circunflui status.
hyeme enim molestior est potus frigidæ aquæ: ęstate verò, vini. Postremò & consuetudo
spectanda est, quę veluti ascititia natura. ea enim, quibus assueuimus, facilius ferimus: ab
D insuetis verò magis lædimur. Omnia ergo & hæc, & alia istius artis præcepta horum conside
ratione sunt moderanda.

Ipsis verò locis imponere oportet, veluti uentriculo, & vtero, & stomacho, & thoraci, quę
corroborandi uim habent: &c.

Cùm fluxio omnis, (ut diximus) partim à parte, à qua fluit humor, pendeat: partim uerò
ab ea, ad quam fluunt humores: ac utriusque particulatim fit sua ratio habenda. Reuellendo
aũt impetum fluentis humoris auertimus: Roborando aũt partẽ, ad quam fit fluxio, illam neque
ita facilem, neque ita promptam ad fluxionem admittendam reddimus, valentemque & robu-
stiorem ad eam repellendam. Id autem præstare possunt, quæ meatus particulę constipant, eiusque
substantiam densant: qualia sunt, quę astrictoria facultate prędita sunt, & quę refrigerant.
Vt enim calidum laxat, & dilatat: ita frigidum densat, & constipat. Igitur non modo re-
uulsione occurrendum est fluxioni, cùm illam immoderata sequitur inanitio, vnde fit
lipothimia; sed etiam muniendo, ac roborando particulam illam, ad quam confluunt, & ir-
ruunt fluentes succi, & per quam fit vacuatio. Localia ergo remedia apponenda, quæ id præ-

sta

stare possint. Sed, & hic in horum remediorum vsu cautum esse medicum oportet, & naturam A
particulæ diligenter perpendere. Nam & si omnes quidem in hac necessitate astringentem facul
tatem facilè ferant; vt pote quę sua natura soleat omnes partes roborare: aliquæ tamen non
facilè, neque sine noxa illa ferre possunt, quæ actu refrigerant. Quæ enim neruosa substantia
constant, ab administratione frigidorum, quæ actu frigida sunt, quàm maximè læduntur. Cum
enim exanguia sint, facilè calor eorum à frigore superatus, aut extinguitur, aut languescit. Sed
quæ etiam insignem aliquam, & necessariam habent operationem, ut iecur; ab insigni calore plu
rimùm læduntur: sicuti thorax, qui inspirationi inseruit, cùm insigniter refrigeratur, & tussim
affert. per inter costales partes facilè ad pulmones penetrante frigore: ac præterea refrigeratis
neruis, qui musculis facultatem motricem afferunt, & septo transuerso. Vnde semper ad respi-
randi difficultatem, & angustiam sępissimè perueniunt. Non tamen ita frigus actu etiam capiti
noxium est exterius: immò sępissimè remedia actu etiam frigida, tùm repellendi gratia, tùm si-
stendi sanguinis profluuia, & conferunt, & facilè feruntur. Cuius ea ratio est, quia os caluarię
crassum est, & densum, quod non facilè pertransit frigus vsque ad internas partes, retunditur n.
frigoris vehementia in transitu. Vnde cùm caluaria frangitur, aut terebello aperitur. In media
etiam æstate cauemus à frigidiori aere. Ad compescendum ergo sanguinis profluuium è na- B
ribus, capiti, & fronti frigida, & refrigerantia, præter ea, quæ astringunt, apponimus. Non est
autem omnium idem modus, quo remedia, quæ localia dicuntur, & refrigerando, vel astringen
do, uel emplastica ratione sanguinem fluentem reprimunt; sed aliquando diuersus, pro ratione
partis, in qua vena est, ex qua uel rupta, uel aperta fluit sanguis. Nam si ex pectoris internis ve-
nis, aut exterius ea thoraci, quæ astringunt, adhibemus, vel delingenda interius offerimus. Ita si
ex ventriculo, illi imponimus. Si ex capite, fronti & capiti, si ex aliqua vena profundiori: verùm
si ex vena, quæ in summis, uel externis partibus sedem habeat, imponimus medicamenta ea, quę
φ vim sanguinem supprimendi habeant [illegible] dicuntur. Sicuti si in naribus sit, aut erosa, aut fra-
cta vena, paratam veluti glandem, siue tentam confectam ex his; vel cui, hæc sint illita, quæ san-
guinem supprimunt, imponimus. Ita si ex vulnere profluat, vulnerato loco. Medicamenta
verò eiusmodi (vt hic exponit Stephan. & quinto Metho. docuit Gal.) nempe quæ sanguinem
cohibent, triplicia sunt. Aliqua quidem densando, & astringendo, vt aqua frigida. Ita n. vide-
tis lauari nares, & frontem, atque per nares attrahi frigidam aquam ab ijs, è quorum naribus
sanguis eruperit. Item & oxycratum, hoc est aqua ex aceto mixta. Alia sunt, quæ emplasticam
naturam habent, & oblinendo obsident, & obstruunt meatus, per quos exit sanguis: sicuti me- C
dicamentum, quod fit ex albumine oui, aloe, thure, pilis leporis, & istiusmodi reliquis. Alia ve
rò, quæ inusta parte, vnde effluit sanguis, crustam inducunt, quæ veluti operculum quoddam
est uasi, prohibens exitum: id autem fit, aut ignito ferro, aut medicamentis, quę caustica appellan
tur; quia exurendi facultatem habent. Sed ad rationem curandi vulnera hæc magis pertinent,
quæ tractata copiosè, & lucidè habentur quinto Method.

Lect. Balneæ verò in fluxionibus quidē ad ventrem aptissimæ sunt, sanguinis verò fluxu acriter &c.
XCV. Vt sæpius dictum est, futurę lipothimię reluctamur, quę ex immodica vacuatione excitatur, si va
cuationi obsistamus, vt eam reprimamus. Reprimimus autem dupliciter: nimirum si aliò conuer
tamus succorum impetum ruentium ad locum, per quem fit vacuatio: præterea si obstruamus
exitum, & ita locum roboremus, ut possit repellere irruentem humorem. Aliò verò succos auer-
timus, si eos mouere nitamur, motione opposita illi, qua mouentur. Vnde si vacuatio per ven-
trem fiat, intro confluunt humores, dum eò feruntur. Sistemus ergo hanc fluxionem, si ad ex-
teriores, immò ad extimas corporis partes reuocauerimus. Quòd si uacuatio fiat per cutim & exti
mas partes, sicuti quando ex sudore nimio imminet animi deliquium, nos à cute repellimus mo-
tum humorum ad interna. Quòd si contrà fecerimus, & eodem motu mouerimus, sicut spon- D
te ipsi mouebantur prius, non resistemus immoderatę vacuationi; sed ipsam potius iuuabimus, &
irritabimus. Attrahunt autem ad exteriores partes, quę materias fundunt, & cutim, subiectas φ
particulas calefaciendo rarefaciunt: sicuti quę densando, ut refrigerantia, uel astringendo con-
stipant, exterius adhibita ab extimis ad intima retrudunt humores. Quare cùm omnia, quæ
calefaciunt, item & rarefaciant, & fundant: calefacit autem motus, & dolor, & balneę calidę.
Non est ergo mirum, si balneę & sudores concitent, & si sanguinis profluuia augeant. fundunt
enim sanguinem. & rarefaciunt. vnde, & in maiorem tumorem attollunt, vt quasi efferuescens
facilè effluat. Omnia hęc ergo, nempe balneæ, artuum dolorosa uincula, ad vomitum irrita-
tio, motio corporea laboriosa noxia sunt deliquenti animo, aut ex sudore, aut ex sanguinis pro-
fluuio. Non tamen puteris, quòd ego negem, quin ligaturæ remotis, & contrarijs partibus
adhibitę non sistant sanguinem fluentem; cùm in contrariam partem illum reuellant. Sed dico,
si illę parti, vnde fluit, applicentur. Immò etiam si immodicus per uincula concitetur dolor,
vel etiam in parte remota, violenterque motis spiritibus, & sanguine, augetur, & irritatur fluxio.

Vnde

A Vnde nimis sudanti corpori succurrendum est ijs, quę refrigerant. Et si ad reuocandum animi
deliquium vinum dandum, illud frigidum dandum; contra verò, si sudor esset prouocandus, ca-
lidum daremus. Vinū.n. instaurans spiritus à lipothymia reuocat, & tuetur frigus verò actuale eius,
& meatus constipat, & humores incrassans, & cogens ineptiores reddit ad fluxum. Prętérea verò
aer frigidior, & ita paratus, vt vim astringendi habeat. Paratur autem, si locus insternatur illis,
quæ vim habeant, tùm astringendi, tùm refrigerandi: ut essent, myrti folia, rosarum, vitium ca-
preoli, rubi folia, pyrorum, malorum, & id genus alia. Vt autem hęc ad coercendum sudorem
vtilia sunt: ita noxia sunt, quando ad ventrem inferius succi confluunt. Constipata enim extima
cute, omnia interius repelluntur. Contra verò balneę sudanti noxię, & profluuij sanguinis; vt
pote, quæ ea augeant. Exemplum enim ab Hippo. & Gal. habemus tertio lib. Com. in primum Com. 27.
Epid. vbi Metonis casus exponitur, cui cùm parcè sanguis efflueret, neque quantum satis futurus
esset, loto capite, liberaliter effusus est, ut integrè deinde fuerit iudicatus. Satis autem hęc sunt
ad eam tractationem, qua symptomatibus, quę ex inanitione excitantur, & virium exolutione,
occurrendum ait Gal. nūc ad illa, quę contrariam affectionem, hoc est, plenitudinem, vel multitu
dinem humorū sequuntur, transeundum est, quæ quidem vt contrariam sequuntur affectionem;
B ita & contrariam curationis rationem requirunt.

At qui ex multitudine, non ita: verum in illis artus quàm plurimùm fricare oportet, calefacere, atque alligare, &c.

Tritissima est philosophi sententia, quòd opposita iuxta se posita magis elucescunt. Et quanuis
deliquium animi proximè, & in vniuersum vnam, (ut superius exposuimus) & eandem habeat ra
tionem: quia tamen si ad causas, vnde excitatur, respiciamus, quę uariæ sunt; immò etiam mu-
tuò oppositę, & pro causarum uarietate, uariam etiam sortitur curandi rationem: Ideò tantum
hunc modum exolutionem, uel defectum animi, qui sequitur inanitionem, de quo hactenus ser-
monem habuimus, & illum, qui repletionem, de quo in præsentia sumus habituri, dicemus esse
oppositos. Vnde expleta tractatione prioris illi subiungit rationem curandi hunc posteriorem.
Fit ergo is lipothymię modus ex multitudine. Quare si ad hanc rationem spectes, statim ua-
cuationis indicatio exurgit. Vnde iunior, qui nondum consumatus sit in hac arte, accederet for
tasse statim ad euacuandum, vel per purgationem, vel per sectionem venæ. Sed (vt duodecimo
Metho. exponit idem Gal.) ij, qui vel nulla tentata vacuatione spontè ferè in lipothyimiam in-
cidunt, longe magis incident, si repentè vacuētur. Nam, & plurimos uidemus, qui dum uacuan-
C tur, aut secta vena, aut medicamento, animo deficiunt. Quia causa quæ mouetur, (vt secundo, Ca. 5
de Sympt. caus. docet Gal.) magis molesta est; pręsertim verò, si confertim, & celeriter moueatur.
Et proinde vacuationes, quæ validæ sunt, & materias confertim commouent, periculosæ plu-
rimum sunt. Sed hic est considerandum, quòd huic sententiæ uidetur aduersari tàm Hippo.
quàm Gal. primo Apho. qui præcipiunt pleniores habitus, & in extremo bonos, quales sunt Aph. 3
athletarum, statim soluendos esse. Item in lib. de Cur. rat. per sang. missi, hanc plenitudinem cele-
riter vacuandam esse ait, prius quàm ingens aliquod malum efficiat. Iuniores quidem dicunt, Cap. 5
quòd multitudinis quod πλῆθος dicitur nomen, est duplex, & ambiguum. Quod nisi exponatur,
vel distinguatur, confusionem, & errorem facilè poterit parere. Nam aliquando pręsertim cùm
ita absolutè profertur, solet accipi pro ea plenitudine, uel multitudine, quæ ad vasa dicitur, & ea
significatur venarum, & vasorum omnium plenitudo, sanguinis, uel omnium humorum simul,
quæ etiam collectio sanguis dicitur, (vt sæpe monuit Gal.) præsertim verò cùm certam, & natu-
ralem inter se seruant proportionem. Et secundum hunc modum non est is locus intelligēdus;
quia falsa esset Gal. sententia, & contraria Hipp. in primo Apho. talis.n. est athletarum habitus, Aph. 2
qui ad summam bonitatis peruenit, quiq; nisi statim soluatur, suffocationem natiui caloris af-
D ferre potest, uel multa alia incommoda. Vnde statim illi secanda est vena, & sanguis copiosus mit-
tendus: neque timenda est lipothymia; cùm vires cum hoc habitu, & hac plenitudine validę
sunt, nisi tandiu moremur, ut iam ferè sit strangulatus calor, & iam superuenerit syncope, vel
lipothymia. Alia verò est multitudo, quæ non ad uasa refertur, sed potius ad uires, vel faculta-
tem, cùm uidelicet moles humorum superat rationem virium, & hæc omnia est legere in Gal.
libro de Mult. uel plenit. Et quia in hac non est multitudo sanguinis, vel bonorum humorum,
sed potius malorum & uitiosorum: quoniam si boni essent humores, & sanguis, vires omnino in-
tegræ, & validæ essent, neque timenda esset uacuatio, neque animi deliquium ex ea. De hac er-
go multitudine aiunt iuniores quidam, hic Gal. loqui, in qua minimè vacuationes insignes sunt
tentandæ, quia infirmæ uires eas non possent perferre. Mihi tamen nequaquàm horum pro-
batur sententia, & id multis rationibus, neque enim cum Gal. videor consentire. Nam cùm
superius simul coniūxerit duos corporis habitus ferè oppositos, videlicet alterum, cum nimis
siccum, & squalidum corpus fuerit; qui quidem proculdubio ex proportione respondet affectio
ni factæ exinanitione, ut diximus: alterum verò, cùm nimis plenum fuerit; & is affectioni ex mul-
titudine

ʃitudine excitatæ respondet. Ac de priori quidem sit factus sermo: iure merito de altero erat in A
præsentia agendum. Præterea verò, & hic, & ibi sine vlla præterea alicuius humoris appositione,
cuius humoris ea sit plenitudo. Gal. autem ipse met secundo de Comp. med. sec. loc. ferè inter ini-
tia ait, cùm sine vlla alia additione vsurpamus nomen multitudinis, vel plenitudinis, intelligen-
da est redundantia, aut sanguinis, aut quatuor humorum æqualiter. cùm autem aliorum seorsum
copiam sanguificare volumus, dicimus plenitudinem, vel multitudinem pituitæ, vel bilis flauæ,
vel atræ. Ad hoc etiam facit; quia plenitudo ad vires, vt & ipsi fatentur, comprehendit cacho-
chymiã, & copiã aliorum à sanguine secretorum humorum. Hæc verò curatio, quæ hic insti-
tuitur, huic plenitudini vniuersæ nequaq̃ potest accommodari. Cùm.n. duplex sit natura vitio-
sorum humorum pertinentium ad hanc plenitudinem. Nam aut frigidi illi, crassiq;, crudiue
sunt, aut tenues, calidi, & acres. & vt hæc curatio possit quidem prioribus aptari: alteris adeò
non est commoda, vt potius illis sit noxia. Quandoquidem vtitur calefacientibus, atte-
nuantibus, secantibusq;. Et hæc, vt possunt prodesse crassis, ac crudis humoribus: ita illis obe-
runt, qui referti sunt calidis tenuibus, & acribus. Sicutiq; illi possunt inediam perferre facilè,
qui crudis scatent humoribus: sic isti ab ea quàm maximè lædi possunt. Nisi fortasse volueris
dicere Gal. non de omni in vniuersum plenitudine referenda ad vires in præsentia sermonem ha- B
bere, sed de ea duntaxat, quæ constat crudis, & frigidis succis. At non animaduertis deinde,
ꝙ manca, & mutila erit Gal. ars, & doctrina; vt potè in qua sit curatio alterius partis prætermis-
sa, quæ non minoris est momenti, & periculi. Quare necesse mihi est ire in aliam sententiam, &
putare Gal. hic accepisse, sicut superius, multitudinẽ pro ea, quæ & plethora græcè dicitur.

Ad rationes autem superius adductas, quamuis apparentes videntur, non est difficile respon-
dere. Sed prius quædam sunt consideranda: nimirum ꝙ in primo Apho. & in lib. de Rat. cur.
per sec. ven. Gal. sermo est de pleno corporis habitu soluendo in sanis corporibus; dum integrà
adhuc fruuntur valetudine, & integris viribus. Hic autem cùm iam morbo, & difficile febre
correpti sunt: in quo timemus, ne in initijs accessionum animo deficiant, vt cùm de his verba
faceret Gal. dixit superius, Quia calor natiuus à multitudine iam strangulari cœpit, & ex parte
inde extingui. Nam cũ in principijs accessionũ, in ꝗbus, in profundũ confugiẽtibus sanguine, &
spiritibus, maior adhuc fit caloris oppressio: & ideò maior strãgulatio, & extinctio. Et cũ euacuatio-
nes copiosè, & confertim factæ sæpe ad animi deliquiũ, fortia etiã corpora deducant; magis illæ
timendæ erunt in ijs, qui iam propensi spontè sunt in animi deliquium. Dico ergo, ꝙ sicut ignis,
cùm opprimitur, & in extinctionem vergit, ob multam molem lignorum etiam aridorum, fa- C
cilius extinguitur, si repentè, & confertim ligna commota detrahantur, quàm si paulatim: no-
xia enim causa agitata magis nocet. Ita etiam copiosè, & confertim factæ vacuationes magis no-
cent. Quare prudenter monet Gal. ad succurrendum, & occurrendum futuræ, & imminenti
lipothymiæ, illis utendum esse remediis, quæ simul, & reuellunt, & euacuant: frictionibus nem-
pè, & vinculis, quæ ad extimas, & extremas partes multitudinem, quæ viscerum natiuum ca-
lore suffocando extinguit, eam digerendo, attenuandoq; vacuant, non confertim agitando, sed
modestè, & paulatim; ne vis repentè naturæ fiat. Præterea verò abstinentia vini, & cibi. Nam
absurdum est, (ait Steph.) vbi multitudine laborant, multitudinem addere multitudini.

Quòd si item dicas, cætera non congruere. neq;.n. videntur medicamenta, quæ sequuntur,
videlicet decoctũ thymi, origani, pulegij, hyssopi, quæ calefaciunt, attenuant, & incidunt, vt oxy-
mel etiam conuenire. Ad hoc respondemus, ꝙ attenuentia etiam vacuant, dum vim digerendi,
& discutiendi habent, & rarefaciendi: præterea attenuando faciliores ad discussionem humores
reddunt. A balneis quoq; abstinendum esse ait, cùm febricitant; quia iam superius fuit exposi-
tum, balneas febricitantibus obesse, cùm morbus crudus est.

Lect. Et quę etiam ex vtero laborante exoluuntur, non aliter curandę sunt excepto oxymelite &c. D
xcvi. Si ratio curationis prima ab ipsa curandi affectus natura petenda est: necesse etiam erit, vt si-
miles affectus similem habeant curationem. Quòd autem strangulatio, & exolutio, quę vitio vte-
ri fit, similem habeat rationem cum ea, quę ex multitudine fit, ex ijs, quę superius exposita sunt,
dum de causa istius exolutionis sermonem haberemus, facilè percipi potest: cùm diximus vterũ;
dum menses intercipiuntur, impleri, eiusq; vincula; ut ea de causa quasi sursum retracta superio-
ra viscera repellant. Erit igitur & hic affectus ex plenitudine. Similibus ergo remedijs eget.
Et si aliqua intercidit differentia, ea non à natura affectus erit petenda, sed potius à natura par-
ticulę affectę. Nam quantum ad materiam ipsam, & multitudinem, oxymel accõmodatum esset:
sed vteri natura illud non potest ferre; vt potè quoniam acetum illis omnibus partibus, quę ner-
uea substantia constant, sicut, & neruis aduersarium est, (frigidum enim & siccum est,) & utraq;
ratione lædit: longè etiam magis, quia tenuissimarũ partium est. Vnde eius nocumentum per-
tingit ad intimas vsque partes. Et proinde oxymel ὑστεραλγὲς, quasi utero dolorem afferens ipsum
Cô.39 appellauit Hippo. tertio de Rat. vic. in acu. mor. Item in superiori affectu, æquè fricandę erant

partes

A partes omnes, vt materia in habitum totius attraheretur, digereretnrq́;. In hoc autem ex vtero, cùm ex retractione ad superiora fiat hæc exolutio, vacuanda sanè ea materia est, quæ replet, sed eo modo, vt vterus ad inferiora reuulsus non comprimat superiora viscera. Vnde fricanda imprimis crura docuit situs vteri, potius q̃ brachia. Cucurbitulasq́; itidem non sub mammis affigendas, vt cùm eius immoderatum profluuium compescere uolebamus, sed inguinibus, & coxis, vt vel deorsum, si ascendit: uel in latus diuersum, si fuerit in latus retractus, retrahatur. Præterea verò & ex natura imprimis affectæ particulę, ratio vsus odorum, vel grauiorum, vel gratiosorum: vt videlicet mulieri, quę strangulationi sit obnoxia, odoranda fætida offerantur: benè olentia verò inferius vtero adhibeantur. Nam à fętidis quasi refugiens, deorsum conuertitur: sequitur autem benè olentium odorẽ gratum. Vnde quæ vterinis affectibus obnoxiæ sunt, ferre nequeunt odorem, aut mosci, aut ambræ, aut rerum aliarum gratum aliquem odorẽ redolentium. statim.n. aut dolore capitis vteri consensu tentantur; aut etiam ex eodem vtero strangulantur. Sed hic parumper consistendum. Et primum consideremus, ꝙ etsi oxymel vtero non admodum commodum est, ratione (vt diximus) aceti. Non tamen omne oxymel, sicut nec omne acetum, est vtero aduersarium. Nam nono de Comp. med. per loc. consulit in strangulatione vterina ad ex- Cap.
B citandum strangulatam mulierem dandum esse acetum scilliticum absorbendum. Siquidem ex vlt.
scilla acetum deponit frigus, quo lędit vterum. Pręterea verò neque propter hanc Gal. auctoritatem, & illam etiam Hipp. primo de Rat. vic in acu. mor. ꝙ acetum, & oxymel magis noxium sit mulieribus, quàm uiris propter uterum, debetis putare, ita interdicendum esse vsum aceti in vteri affectibus, vt eo nunq̃ vtamur. Nam si esset impacta multa materia lenta, & crassa, obstruẽs venas vteri, nullum putarem errorem committi à medico, qui oxymelite vteretur, tanq̃ medicamento, & illo cum aliis syrupis, uel decoctis ad attenuandum, & incidendum accommodatis. Et quanuis natura istius particulę uideatur secus indicare, illi tamen, & partem suam dabimus, si oxymel paremus, ut Hippo. & Gal. parari docuere tertio de Rat. vict. in acu. morb. Qua parte consi- Cõ.36
derandum est, ꝙ alia ratio oxymelitis est, cùm eo solo vtimur, loco alimenti, & potus, vt consue- & 37.
uerant antiqui medici in peracutis morbis, in quibus solo potu alebant ęgrotantes. Potus autem erat, aut oxymel, aut mulsa, aut apomeli. Alia verò est cùm usus eius est in morbis minus acutis. vbi præter potum vtebantur, & sorbitione ut aut hordei cremore, aut ptissana. Alia etiam ratio cùm eo duntaxat tanquàm medicamento vtimur, vt cum eo, vel cum aliis medicinalibus decoctis, uel syrupis vtimur. Nam cùm eo solo sine alia sorbitione utimur, magis acetum imprimit,
C & in intestina, & in alias neruosas partes, cùm nudas eas, at nullo munimento defensas inueniat. At si alius præcesserit cibus, vel sorbitio, illinuntur interim illo partes, per quas est illi transitus; vt neq; deinde illis infigi, & eas abradere ita facilè possit: & quoquomodo obtunditur eius acrimonia, & quò longior est via, eò magis obtunditur. Hoc autem loco, si rem rectè perpendas, de eius usu est sermo, quando eo solo, tàm cibi, quàm potus vice vtimur: neque tamen tollitur, quò minus possimus, tanquàm medicamento vti, & cum alijs mixto, vt illis addat vim maiorem secandi, & detergendi. Cui etiam accedit, ꝙ si oxymel parum acre fecerit, nempe ex modico aceto, parum admodum habet, (vt ibidem ambo docuere) quod possit nocere: plurimùm verò, quod prodesse. Sed maius videtur negotium nobis facescere particula alia: quæ & si, vel mulierculis sit nota; vt pote quæ quotidie id experiantur: difficile tamen est rationem inuenire, cur ita fiat. Porrò ꝙ benè olentia naribus allata, & odorata, quàm maximè mulieres, quę vterinis strangulationibus obnoxiæ sunt, lædant: inferius autem coxis appensa, vel iniecta in partes genitales, eas ab eo symptomate leuent: malè olentia verò contra: nemini non notum est, cùm id quotidie doceat experientia. Qua tamen de causa id accidat, pauci sunt, qui norint. Nam quòd, vel animal seorsum sit uterus, purum est delirium. Quòd etiam odores possit discernere, & percipere ineptũ
D est credere, cùm organum ad percipiendos odores sint nares, vel pars aliqua intra nares. neque eius sensus, vel organum sit particeps uterus. Steph. autem istius rei rationem subtilem refert. Sed meo iuditio nimis subtilem; et ideò quę neque mihi admodum satisfaciat. Ait enim, ꝙ cerebrum percepta molestia, qua à graue olentibus officitur, in se reuocato spiritu odoratorio, contrahitur: tùm vt molestiam fugiat: tùm vt inimicum vaporem extrudat. quod deinde naturæ affinitate, & cognatione aliæ sequuntur partes, quę & ipsę contrahuntur, atque contractæ facilè uterum deorsum depellunt. Equidem, si ingenuè velim loqui, primum non intelligo, quo nam pacto cerebro contracto, contrahantur, & reliquæ partes. Nisi dicas, id ea fieri ratione, ꝙ cùm sit initium neruorum eo contracto, contrahuntur itidem & nerui; quos necesse sit, & eas partes sequi, quibus affixi sunt, vel per venas, uel per arterias necesse est attractionem fieri, vel ratione uacui. Quę omnia mihi præter omnem rationem uidentur. Nam is esset quasi epilepsia quædam, aut alioquin conuulsio. Præterea nullam rationem affert, cur odorata coxæ, uel membris genitalibus apposita deorsum detrahant uterum: naribus verò oblata, sursum attrahant. Vnde multas uidimus, quę odore mosci percepto præfocatæ sunt: sicuti ex graui odore apposito infernis partibus.

partibus. Quare licet ipse omni ope utatur ostendere responsionem congruam esse. Mihi tamē A
videtur potius absurda. quia cùm ad vterum plurimi feratur nerui, & cum capite vterus non paruum habeat consensum,& naturalem cognationem:(vnde sæpissimè male affecto vtero caput dolet) sicuti aliæ particulæ sursum sequentes contractum præ molestia cerebrum: ita & vterus potius ascenderet, quàm descenderet. Alij verò sunt,qui aiunt, ꝙ ex graui odore sensu olfactus percepto refugiunt spiritus ad vterum,qui ex retentis mensibus, vel semine refrigeratus, & frigidis vaporibus ad cor elatis illi molestiam affert;. Vnde ex spirituum copia uterus calefactus malam eorum frigidorum excrementorum naturam superat. Cùm verò spiritus præsertim odoribus bonis, & gratis refocillentur, & quasi alantur, augeanturq;. Ideò odorem earum supposi ris inferius bene olentibus, & odoratis rebus genitalibus partibus arteriæ attrahentes, & intemperiem frigidam emendant, & spiritus instaurant: vt deinde nihil mirum sit;, ꝙ ab his symptomatibus liberentur. Sed neq; mihi satisfacit hæc responsio: primū,quia cū totum corpus traspirabile sit,arteriæ odorē benè olentium rerū poterunt vndequaq;, attrahere,ita si naribus,vt si vtero apponantur, quæ gratum odorem spirant.& ita vel paulò maius ex naribus,quàm ex genitalibus
A:h. membris refocillari poterunt spiritus. Vnde Hippo. tanq̄ signo efficaci cognoscendum propo
59. nit,an mulier fęcunda sit quinto Apho.si mulier panis cōtecta suffiatur inferius ex vtero,ac si in B
totum corpus vsque ad nates, & os permeet odor rei suffiræ, mulier illa fœcunda erit;alioquin
Cō.28 infęcunda. Sed eodem etiam quinto in eo Aph. Suffitus aromatum menstrua ducit, Gal. ait, ꝙ nisi capitis dolores,quos huiusmodi suffitus calefaciendo,&implendo solet excitare,dum per totum corpus permeat, timeremus ad remouendas frigidas,& humidas affectiones corporis, utiles imprimis essent. Siue ergo per inferius, siue superius odores offerantur, hac ratione attractus poterit spiritus refocillari per vniuersum corpus, & instaurari, & remoueri intemperies, si qua frigidior sit. Præterea verò non quocunque odore grato alitur corpus,uel spiritus: sed odore eorum,quę vim alendi habent. Vnde in curando deliquio animi in bulimo,non quoscunq; ,uel etiam grates odores offerimus; sed esculentiorum, sicut tostarum carnium, quæ benè olent, & istiusmodi aliorum:ita vini aromatici, & id genus aliorum. Non autem odorem mosci, aut appellatæ ambræ. Quia quæ ipsa non alunt, quanuis odore delectent, & quoquomodo spiritus, confortent delectando: attamen non alunt, neque spiritus, neque corpus. Gratus tamen odor, cibi,& odoratum vinum & spiritus,& corpus delectant,& instaurant. Nam & Democritum per dies aliquos odore panis recenter cocti vixisse memoriæ proditum est: non autem odore piperis,
Cō.11 aut styracis,aut id genus aliorum. Quemadmodum enim de potu exponit eo Cōmentario secundo Aph. Citius refici potu,de potu, qui vim alendi habet: ita etiam de odore earum rerum, quę alere possint intelligendum est, ꝙ citissimè alant. Difficile est hanc dissoluere quęstionem, nisi confugerimus ad quandam naturæ proprietatem istius particulę, quę potius experientia no- C
Lect. bis innotuit: q̄ quòd ratione possit à rei natura deprompta probari. Si tamen uelimus, & nos,
xcvij. aliqua comminisci ad dissolutionem nodi istius difficilis: dicere possumus,ꝙ in omni sensu (vt &
Cap.6 Arist. secundo de Anima, & Gal. primo de Symp. cau. exposuere) sua reperitur delectatio,seu uoluptas,& suus dolor,& tristitia. Non fit autem insignis voluptas,uel dolor sine multa, & confertim facta (ut ibidem docet Gal.) organi trasmutatione. Nam quę sensim fiunt transmutationes in sensorijs latent ferè sensus. Nec modò, non fiunt hęc sine transmutatione organorum;, verùm neq; etiam sine motu spirituum,& subinde sanguinis. Vnde eos, qui in delitiis, & uoluptate versantur, benè colorатos uidemus, & quasi de facie cognoscimus: contrà verò illos, qui in dolore, & tristitia. In uoluptate enim spiritus,& sanguis expanduntur, & quasi gestientes efferuntur concitato motu ad locum uoluptatis, ut quasi iuuent facultatem ad percipiendam voluptatem maiorem: nec modò spiritus,& sanguis, verum & cor expanditur, aut mouetur in his affectionibus. Nam,& Arist. tertio de Anima in delectatione, & tristitia cor commoueri ait. Contra verò in do D
lore, uel tristitia refugiunt spiritus,& sanguis in intima viscera. Vnde in olfactu grauium odorum à molestia eorum odorum afflicta facultas sentiendi interius refugit, & spiritus etiam interius in profundum versus cor refugiunt, ut ibi collecti redeat postea valentiores ad propellendam molestiam, & cum eis sanguis quoque mouetur, & eo impetu primum repellunt deorsum vterum,qui ascēderat: deinde quia ibi locus interior calescit magis, collecto sanguine, & spiritu facilius discutiuntur frigidi, & vitiosi illi uapores ex menstruo sanguine, uel semine corrupto elati, atque intemperies frigidior impressa emendatur. In bono verò odore naribus percepto, dum efferuntur spiritus ad superiora,& expanduntur cum sanguine prę uoluptate, loca illa frigidiora relinquuntur, vaporesq; illi mali facilius ad superiora elati per arterias ad cor feruntur,& ita animo deficiunt strangulatę. Cùm autem inferius apponuntur ea, quę benè olent, trahitur quidem uterus deorsum,& à lipothymia imminente liberantur: non ob aliquam delectationē, quā ex odore per se possit vterus percipere; quia sensus istiusmodi expers est, sed potius (ut nunc exponemus per accidens. Vnde & Gal. non absolutè protulit odorata esse supponenda; verùm addit,

& quæ

A & quę laxare, & calefacere possint. quę enim benè olent, & uehementem habent odorem. (Nàm hæc huic rei sunt accommodata, ut aromata omnia, styrax, mirrha, thus, & id genus alia, vt tradidit Gal. quarto de Simpl. med. fac.) tùm tenui sunt substantia, tùm calida, & hac de causa opitulantur, & iuuant. Quapropter de his ita ait ipse quinto Aph. de suffitu aromatum habito sermone, sua ui, ait, aperit uasorum extrema obserata: extenuat humorum crassitudinem, obstructiones verò incidendo exobstruit. Tùm calefaciendo ergo, & laxando: tùm aperiendo & digerendo iuuant. Hæc sunt, quæ mihi in præsentia occurrere: quę forsitan ad plenum uobis non satisfacient. sed ea donec meliora inueniamus, sint satis. Co.18

Si verò os ventriculi fuerit imbecillum, atque ideò animi sequatur defectus, ea, quæ roborandi vim habent, &c.

Vitio etiam ventriculi interdum fit animi deliquium: quod tribus modis fieri solet. Interdum quidem, quia ipse, uel potius eius os, quòd stomachum propriè appellauere antiqui, adeò languidum est, & vires adeò imbecilles habet, ut uel minimo quocunque incommodo ex multa sensus acrimonia lædatur. Potest autem hæc imbecillitas, uel ad vnam, uel ad plures facultates pertinere: nempe, uel ad contentricem, uel ad concoctricem, vel ad utranq;: sæpe.n. in continendo laborat uentriculus concoquẽdo. Interdũ etiã, quia non appetit; immò abominatur cibus, & cùm offertur, non modò respuit, uerũ & eum fastidit, & quia animo deficit, dum is, qui laborat, vult ipse seipsum, uel aliorum consilio, ad comedendum cogere. Eiusmodi verò imbecillitas ad aliqua intemperie efficitur, quæ aut laxitatem substantię eius attulit, sicuti aut humiditas, aut calor. Calor.n. rarefacit, & ita laxiorem reddit. Humiditas aũt emollit, & enetuat eius vires. Frigiditas verò quanuis denset; deicit tamen vim caloris natiui, & proinde concoctioni officit. B

Vbi ergo sola sit imbecillitas, neq; ullus contineatur uitiosus humor calidus, & acris, uel frigidus, & grauis, oportet imbecillitatem tollere, & roborare ventriculum, remota intemperatura, plerũq; astringentibus, & illis, quæ robur addunt ventriculo, vt per ea laxitas tollatur, & mollities. Quòd si adsit etiam præterea tantus calor, ut æstuare, & quasi exuri uideatur, addenda sunt, & quæ refrigerent, ut calor temitattur. Sin verò potius conquerantur ꝙ frigeat os ventriculi cã lefacientibus erit occurrendũ. Sed particulatim ad remedia exponenda accedamus, quorum Gal. meminit, & ad modum usus, & administrationis eorum, ut in nulla re nostra a uobis diligentia desideretur. Aduertatis ergo medicamenta hæc, quæ exterius uentriculo adhibentur, confici varijs modis, & formis, ex eisdemq; omnino simplicibus. & id pro uaria ratione affectus, uel naturæ laborãtis corporis. Nam interdũ cõponimus cerata: aliquãdo emplastra: nonnũquã (ut aiunt) vnguẽta: quandoq; illitiones, uel linimenta. Vnde ex his simplicibus, quæ hic cõmemorat, octauo de Comp. med. per loc. docet cerata componere: hic verò emplastra, & perfusiones, quas embrochas gręci, & iuniores eos imitati appellant. Ex his autem oleis, quorũ hic meminit Gal. tanq̃ aptis ad perfundendum, possunt illis commixtis, & modica cera addita parari linimenta. Nullum autem horum modorum est, quod magis imprimat, quàm emplastrum: conseruat enim diutius vim medicamen torũ, & crassius apponitur. Sæpe tamen (ut inferius exponemus) grauat, & pondere molestum est; ut quandoq; ventriculus, uel eius os, molestiam diutius ferre nequeat. Ceratã verò minus aggrauat, tenacius, & diutius hæret. reliquimus.n. id plerunq;, donec consumpto omni eius humore pingui, & uiscido, cuius ratione hærebat, sponte cadat. Interdum tamen, quia maiorem duritiem habet, & ipsum molestum est. Perfusiones verò, & illimenta, quia citò defluunt, non ita possunt potenter efficere, quod desideramus. Ceratum ex his componit, ut diximus, octauo de Comp. med. per loc. statim à primo capite. Sed hic aduertendum, ꝙ Gulen. ait in eiusmodi affectu, cùm animi defectus ex imbecillitate uentriculi, vel oris eius timendus est, illi occurrendum esse usu eorum emplastorum, quæ hanc particulam possunt roborare: qualia sunt ea, quæ ex palmulis fiunt, & vino, & polentis, & croco, & aloe, & mastiche. Neq; tamen putare debetis, ꝙ semper hæc omnia vni sunt emplastro indenda: sed ꝙ ex his componamus emplastra; ut pote quę omnia eodem spectent; quia vim omnia habent roborandi ventriculum: aliquando aũt pluribus: aliquando paucioribus, & nunc his, nunc illis, pro ratione occasionis utamur: quoniã uel hæc, uel illa sint magis in promptu: uel quoniam hæc, uel illa sint magis nostro scopo accommodata, ut docuit, & octauo Meth. & in libro de Comp. med. per loc. In octauo enim Meth. docet ex his componere emplastrum satis paratu facile, & simplex: Sicut (ait ipse) si accipiamus oleum nardinum ver. gra. ad vncias duas, & iniecta mastiche tenuissimè trita, & optimè mixta, quanta possit oleum ad crassitudinem sordium perducere, hoc est ad formam, & consistentiam deducere mollis (vt nunc aiunt) vnguenti: quo imbui voluit panniculum purpura marina infectum, ac calidum apponi. Hac nostra tempestate panniculo coccineo vterentur. Sed si non ita calido medicamento velimus vti, & magis astringenti: (quia, vel febris maior id moneret: uel ventriculi calidior intemperies, vel alui fluor, qui esset sistendus) pro nardino oleo, melinam, hoc est, id, quod ex malis C D Lect. xcviij Ca. 5.

 cotoneis

totoneis conficitur, acciperemus. Hoc idem in modum cerati ibidem componere docet, quo A utamur in ijs, qui molestiam noluut emplastri ferre: quod loco non hæret; immò statim ferè decidit, nisi cingulo ligetur. parat autem hoc modo, vt in oleo liquetur tantundem ceræ, quantum est oleum: nempè vt ceratum fiat: vt si acceperis ceræ, & olei singulorum vnciam vnam, cui postquam fuerit refrigeratum, addas mastiches, & aloes in pollinem reductorum drachmam circiter vnam. His verò addebat (ait ipse) & œnanthem, hoc est florem labruscæ tritum, eadem portione: interdum & omphacium, hoc est, succum vuę acerbę inspissatum: cùm videlicet erat opus plus refrigerare, & astringere: vt si quando eò debilitatis peruenisset, ut cibum continere non posset: uel si aluus copiosè flueret. Interdum verò absinthij succum. Quòd si vellemus hæc omnia in emplastrum redigere, quæ hic referuntur: ita esset agendum, ut accipiamus palmularum carnis vnciam vnam, quæ vino astringente maceretur, & mollescat. deinde teratur in mortario: postea accipe farinæ hordei benè mundatę, & cribatę vncias duas, & ex vino, cui infusę fuere palmulę, coquatur ad mellis spissitudinem, ac additis contusis palmulis, misce diligenter: quo aliquanto refrigerato, illi adde mastiches, aloes, croci singulorum tritorum drachmam vnam. Sed hic aduerte, quòd polenta, cuius meminit, conficiebatur ex hordeo primum torrefacto, deinde mundato, & confracto. Vnde & magis polenta hæc siccabat, & B aliquantò etiam magis, quàm farina astringebat. Semper autem oportet ad scopos, & indicationes respicere, quos nobis ostendit ratio affectus, & symptomatis ac benè examinata natura simplicium; ita & ea eligere, & miscere, quæ magis ad negotium visa sunt pertinere. Nam si videatur res id exigere, magis refrigerantia erunt emplastro addenda. Exigeret autem, quando perciperet febricitans æstum, & ueluti ardorem multum in ventriculo. Refrigerantia verò sunt cucurbita, lactuca, portulaca, solanum, seris, & reliqua istius generis, ut endiuia, cichoreum, oxalis, semperuiuum, & eorum etiam succi. Vnde, vel ea trita, uel eorum succus indenda sunt. Aliquando verò dimissis emplastris, utimur, aut illitionibus, aut perfusionibus, aut fomentis. Perfundi autem, & illiniri potest veotriculus, oleis, ut absinthino, mastichino, nardino, item eo, quod ex menta paratur. Perfundere autem ἐμβρέχω, dicunt greci, cùm ex alto cadens liquor corpus afficit. ita enim fortius imprimit uires suas, & magis ad interna penetrat. Sed ex eisdem herbis fieri possunt decocta, uel ex aqua, uel ex vino. Vinum verò, aut album sit, aut nigrum, & minus astringens, vel magis, ut ipse affectus requiret. Quòd si potius erit refrigerandum, rosæ aridæ, œnanthę, hoc est flos labruscæ, & eiusdem germina, item malum cotoneum, mala item alia, quæ uim astringendi habent, & pyra itidem, vuaque acerba. Interdum autem (ait Galen.) æstus adeò, & feruor magnus est, vt frigida aqua vtiliter bi- C batur, si tamen opportunè detur. Opportunum autem est illam dare, cùm morbus æstuosus, plurimùm dandam esse indicat, nec aliud etiam adest, quod repugnet per contrariam indicationem. Porrò repugnare, & aduersari possunt (ut Stepban. hic monet.) naturalis imbecillitas, & magna alicuius particulæ, quæ non facilè queat frigus illud ferre, vt uentriculus, iecur, lien: præterea verò si inflammatio occupauerit uiscus aliquod insigne: item si crudorum humorum multa sit congesta copia, hæc omnia maximè suadent cauendum esse ab aquę frigidę potu: sed præsertim languidus, & plurimum imbecillis ventriculus, aut os eius lęditur aqua frigida. Immò & vinum etiam calidum his bibendum utilius datur, quàm aqua; nisi hic etiam aliquid sit, quod aduersetur. Aduersari autem, & hic possunt, & inflammationes uiscerum capitis dolor, vel delirium: multa præterea cruditas. quia etiam in imbecilliori uentriculo congeruntur multa excrementa. Nam si calidior fuerit, ui caloris attrahuntur uinosi succi ad ventriculum. si frigidior, crudior erit, & multa cruda congeretur materia. Quare plurimum in his confert frictio partium extremarum, ut ea ratione attractis excrementis à ventriculo leuior ille reddatur, & tutior à timore defectus animi. Quod si neque hac ratione leuior fiat, ad balneas ducendus est quàmprimum, vbi est sensus caloris. In- D temperies enim calidior balneis aquæ dulcis calidæ, tùm per rarefactionem, & euaporationem caloris: tùm verò per humectionem facillimè leditur: tùm præterea, quia excrementa calidiora, & sicciora facilè digesta, in habitum totius corporis discutiuntur. Qui verò refrigeratum uentriculum percipiunt, ij vsu medicamenti diarrhopipereon, uel ipsius etiam piperis plurimū iuuari poterunt. Quamuis. n. piper calidum insigniter sit, qua ratione videtur esse febricitantibus noxium. est tamen adeò tenuis substantiæ, ot ea facilè dissoluatur, anteq̄ ultra uentriculum progrediatur, & in venas, ac in iecur digeri possit, mirificè verò tollit frigidā intēperiē, & flatus discutit.

Qui verò ex vitiosis humoribus os veotriculi mordicantibus dissoluuntur, hos post aquę calidę, aut hydrelæi, &c.

Quòd si non tm̄ imbecillitate ex intēperatura contracta in ore vētriculi, aut accidat, aut timeamus, ne supueniat exolutio, & ai defectus; sed potius ex vitiosis succis os vētriculi occupātibus, alia rōne illi occurrēdū ē. Quę & ipsa diuersa ē ꝑ diuersa natura eorū humorū, à q̄bus malè afficiūtur ventri-

A vẽtriculus. Duæ enim ſunt horum differentiæ. Nam aut ſunt acres, & mordaces, qui mordendo,
& vellicando eum laceſſunt. Aut pituitoſi, & frigidi, qui tùm refrigerantes, tùm grauan-
tes obſunt. De prioribus & acribus primùm agemus: mox verò de alijs. Quoniam autem ſem-
per medendi ratio initium habet ab ipſa rei natura. In hoc verò affectu duo ſunt, quæ lędunt, &
quocunque eorum remoto, tollitur omnis moleſtia. Primum humor ipſe, qui cùm vitioſus ſit,
& ibi pręter particulæ naturam contineatur, indicat medico, quòd vacuandus ſit. Præterea
vitioſi humoris qualitas, nempe acrimonia, per quam moleſtus eſt humor, quę indicat opus
eſſe, vt obtundatur acrimonia vitioſi illius ſucci, vt obtuſa miteſcat. Vtrunque autem facį
lè vno, & eodem ferè inſtrumento fieri poteſt. Nam quæ excrementa ventriculum obſident,
pręſertim verò os eius facilius, ſi purganda ſunt, per vomitum purgantur. Vomitus autem
facilius excitatur, ſi aliquo epoto liquore cieatur, qui vim habeat laxandi, & molliendi
os ventriculi. Prouocetur ergo vomitus, exhibita aqua calida bibenda, vel hydrœleo. Vtrun-
que enim mollit, & laxat, lenitque os ventriculi: atque ita facilius in uomitum procum-
bit. Sed & dum humoribus illis commiſcetur, mitigat, & obtundit eorum acrimoniam,
Hydrœleon autem, quod fit oleo immixto aquę, ex pingui, & oleaginea ipſius olei natura, vim
B habet ſubuertendi ventriculum, & ad uomitum incitandi, pręter id, quòd omnem acrimoniam
demulcet. Hac ergo ratione concitato uomitu utique ſcopo facilè ſatisfaciemus. Poterit ta-
men aliquis pręterea nos interrogare. & quid ſi ille ad vomitum non ſit facilis? Reſpondet Gal.
procurandum erit, ut facilis fiat. Fiet autem facilis, ſi & vacuandus humor ita paretur, vt facilè
fluere poſſit: ſi etiam ventriculus, vnaque & os eius, pronus in vomitum reddatur. Fomenta
verò calefaciendi vim habentia fundunt humores, & fluidiores reddunt: præterea laxant, & mol-
liunt os ventriculi, & ipſum inſuper ventriculum; & hac ratione procliuiorem in vomitum red-
dunt. Nec modò ventriculus fouendus eſt; ſed & artus: manus nimirum, & pedes calefacere
oportet. Cum ventriculo enim extremę hę partes affinitatem, & conſenſum multum habent
per neruos multos ad eas peruenientes. Vnde cùm contra retinere vomitum volumus, iube-
mus, ut demergantur manus in aqua frigida. Quibus peractis, niſi ſpontè prodeat vomitus,
aliquo irritante os ventriculi excitandus: ſicuti digito in fauces, vel propè radicem linguę im-
miſſo: vel penna, ac motu, & ueluti titillatione quadam concitata prouocandus eſt. Quòd ſi
neque per hæc procedat, dabimus oleum quàm optimum bibendum. Quod nobis duplex
poterit pręſtare beneficium. Nam cùm plurimam vim molliendi, & laxandi habeat, facilè ad
vomitum promouet ventriculum, ſicuti pinguia omnia: vnde ſimul cum oleo, & vitioſus hu-
mor eijcitur. Pręterea cùm leniat, & lubrica loca, per quę tranſit, efficiat, mollita aluo, illam
ad deiectionem promouet. quod maximo eſt commodo, cùm ea ratione deriuentur praui hu-
mores, & conuertantur ad inferiorem aluum, & ita facilè delerant os ventriculi. & morſus ex-
pertem hoc modo reddunt, & anguſtia liberant. Atque adeò res hæc vtilis eſt, vt non ſolum
oleo ſit prouitanda aluus; verum & glandibus impoſitis procurandum, vt deijciat. Hic tamen,
priuſquam vlterius progrediamur, quędam ſunt conſideranda. Primum, quod oleum opti-
mum appellet, quod calidum offerri iubet. Optimum autem appellat quod dulce eſt, & ple-
nè maturum, & ſimplex. id enim lenit, & mollit. Nam quod immaturum eſt, aſtringit po-
tius, & vomitum retinet. Similiter id, quod eſt ſalis particeps, vel quod eſſet expreſſum ſi-
mul cum germinibus, uel ramulis oliuarum. In his omnibus vis aſtringens aliqua, & exic-
cans reperitur. Quòd ſi aliquis medicinam faceret, vbi oleum non benè maturum exprime-
retur; ſicuti in aliquibus Iſtriæ partibus fieri ſolet: & oleo careremus, quale laudat Gal. quid
eſſet agendum? Poſſemus vtiliter vti oleo amygdalarum dulcium. Deinde verò conſideran-
D dum, quòd Galen. hic ad prouitandam aluum, non facit mentionem clyſteris; ſed tantum
glandis, quam ſuppoſitorium appellant iuniores. Græcè [illegible] dicit Galen. propterea, quia
primum inſtitutum illi eſt occurrere futuro animi defectus. Clyſteres verò magis mouent, &
agitant commotos humores, Immò videmus aliquos, qui iniectis clyſteribus delinquunt ani-
mo: non ita autem ſuppoſitis glandibus. Glandes ergo potius eligit. Poſteremò verò, quia ex
his mollientibus, & laxantibus relinquitur, & imbecillior ventriculus, & laxior, magiſq; para-
tus ad recipiendos iterum uitioſos ſuccos ex alijs partibus confluentibus: Ideò ad medicum
pertinet huic etiam, incommodo conſulere roborato nempè ventriculo: qui & per ea, quæ
exterius adminiſtrantur, & per ea, quę interius aſſumuntur, opportunè poteſt roborari.
Vnde interius, ſi coma abſinthij decocta ex melicrato bibenda detur: moxque aliquid etiam vi-
ni, quod ventriculo ſit cõmodum, roborabitur uentriculus. Exterius verò ijs medicamentis, quę
aut perfuſa, aut illita, aut in cataplaſmatis modum adminiſtrata poſſunt ventriculo robur adde-
re. De quibus, quia ſatis abundè paulò antea mentio habita eſt, in pręſentia nõ agemus. Et quia
fortaſſe poſſet aliquis putare Galen. non ex arte huic rei conſulere. Cur enim non ſtatim a princi-
pio hæc non ſunt adminiſtranda, quæ robur ventriculo imponunt? Sed prius ciet vo-

mitum: mox & aluum ad excretionem prouitar: postremò roborat. Cùm tamen solum robur A possit ventriculum tueri ab omnibus incommodis. Particulæ enim robustiores, non modò recipiunt ad ipsas fluentes vitiosos succos; verùm & si qua in ipsis sunt excrementa, à se reijciunt & expellunt. Ideò malam hanc opinionem tollere nititur, atque, quòd immò hunc ordinem medendi ratio requirit, vt prius mundæ reddantur ab excrementis particulę: postea verò roborentur. Quia cùm ea, quæ roborare possunt, astringant etiam, si excrementosam reperiant particulam, astringendo impingent magis, & inculcabunt excrementa, & maioré molestiam inferent. Quare prius expurgare oportet, & ante purgationem ad faciliorem eductionem fouere: mox postremò roborare. Hæc ergo ratio est succurrendi afflictioni ventriculi excitatę ab acrioribus succis.

Lect. xcix. Vbi verò multa pituita, & frigida in ore ventriculi fuerit aceruata, fouere quidem plurimùm oleo; in quo absinthium, &c.

Contraria est hæc affectio priori. Sicuti enim priorem excitabat calidus, & acris humor mordendo, & lacessendo os ventriculi periculum afferens lipothimię: Ita hęc, quę à multa, & frigida pituita pendet, refrigerando, & quasi strangulando suâ multitudine, & crassitie calorem natiuum quasi extinguit. Hic verò, vt eorum, quæ dicuntur, rõnem accuratius possitis percipere, considerandum est, quòd materia hæc molliorem sua humiditate efficit substantiam, & tunicas uentriculi, frigidioremq́; , & proinde ex facultatis concoctricis infirmitate quotidie magis apta est crescere: præterea verò cruda, & crassa est: quæ tamen (vt alibi fuit expositum) si superari ab innato ventriculi calore potest, in sanguinem, & corporis alimentum conuerti potest. Non facilè autem id fieri potest, tùm propter crassitiem, tùm propter frigus. Vnde iam satis patet, qui sint spectandi scopi: nempè, vt roboretur ventriculus, tùm calefaciendo, tùm leuiter astringendo: & hoc quatenus pertinet ad naturam membri, quod concoctionis est instrumentum. Deinde verò quantum ad materiam pertinet, vt illa facilior sit, & promptior ad admittendam concoctionem, & si qua pars eius fit, quæ nequeat coqui, illa facilior fiat ad expulsionem. Id verò fieri potest remedijs, tùm exterius, tùm interius adhibitis. Corroborabitur ergo ventriculus, & iuuabimus eius concoctricem facultatem fomentis, quæ modestè calefaciant. Mitis enim, & temperatus est natiuus calor concoctionis opifex. Vnde oleum maturum, quod temperatè calidum est, cum aliqua humiditate maximè esset huic negotio accommodatum: nisi quòd nimis mollit, & relaxat substantiam particulę. Quare si in eo incoquatur coma absinthij, aliquam vim astringendi contraher, qua consultum satis probè erit huic incommodo: vt præterea aliquanto magis calefaciat. Materia verò illa C crassior, & lenta paratur, vt facilius concoqui, aut expelli possit incidentibus, attenuantibus, & detergentibus. Quocirca aptum medicamentum huic rei erit mulsa, in qua fuerint incocta ea, quæ vim extenuandi habent, vt hyssopum pulegium, calamenthum, origanum, & id genus reliqua: item, & oxymel, & piper, & diatrionpipereon, diaspoliticon & reliqua, quæcunque ad hoc genus pertinent. Sed in vniuersum vniuersa victus ratio vim habeat incidendi. Sed hîc Galen. videtur sui immemor esse, qui cùm refertus est ventriculus cruda materia, velit eum foueri oleo ex incocto absinthio; quod tamen superius fuit ab eo damnatum: nempe roborantibus, & astringentibus vti, anteqnam purgata, & vacuata sit materia. Dicebamus enim, quòd ui astringentium magis impingitur. Dicimus, quòd in pręsenti affectione fomenta quidem (vt exposuimus) ad iuuandam concoctricem facultatem necessaria sunt. Hanc antem in vniuersum interna viscera habent rationem peculiarem, quòd dum fouentur ç lefacientibus, & relaxantibus, exoluuntur eorum vires, prę sertim autem ventriculus, & iecur. Ideò semper in eis additur aliquid astringentis: nempe quantum sit satis ad custodiendum robur visceris. Et si rectè rationem inire uelimus, cùm absinthium oleo inco- D quitur, illi quidem aliquam vim astringendi attribuit, eam tamen non multam, quę possit compingere, sed quanta possit seruare robur visceris: cùm alioquin oleum per se laxet, & hac ratione infirmior fit vis astringendi; præsertim verò cùm exterius tanquam fomentum administratur. Nam partes laxantes, & calefacientes, & quę tenuiores sunt præcedunt, & suum opus perficiunt. Sequuntur verò astringentes, quæ substantiam particulæ colligentes, illi robur addunt. Interius autem ab astringentibus abstinet; sed tantum detergentibus, & dissecantibus vtitur: quia statim occurrunt vitiosis humoribus.

Quæ verò ex nimia frigiditate veniunt exolutiones, eodem modo curandæ sunt, &c.

Dixit superius Gal. bulimon nihil aliud esse, q̃ animi defectũ. Quẽ locũ explanãtes exposuimus bulimum ex Galen. sententia, (quanuis aliud Alexander Trallianus senserit, & pariter Auic.) esse affectum frigidum ex vehementi frigore externo excitatum: in quo præcedit quidem fames insignis: verùm postea superata, & demcta appetitrice facultate ab externo, & immodico frigore, & fames cadit, vt neque comedere deinde possint. Vnde neque mirum deinde est, si iuxta sint curandæ

A curandæ exolutiones ex frigore concitatę, ac bulimos, cùm (vt iam audiuistis) bulimos sit ueluti exolutio, uel animi defectus ex nimio frigore concitatus, & ex penuria, & defectu alimenti. Calefaciendi ergo sunt, & fricandi, fouendiq; ad ignem: (Contraria siquidè contrarijs semper curanda sunt) cibus etiam calidioribus reficiendi sunt, non modò facultate, sed etiam actu. Vnde & vinum aqua calida diluendum: (dilutum enim magis attenuatur, & facilius penetrat ad intimas partes) cibi etiam offerendi, qui facilè, & citò alant, calefaciant, & gratum odorem habeant. Vinum ergo odoratum detur: oua sorbilia: contusę carnes. Reficiuntur autem mirificè (vt octauo de Comp. med. ex Archigenis sententia tradidit Gal.) odoribus, qui gratum nidorem spirent: sicuti odore carnium, presertim verò tostarum, & quàm maximè porcellorum. Quantam enim vim ad refocillandas uires odor habeat, docuit Gal. ex Hippo. sententia secundo Apho. Contrariam verò exigunt curationem illi, qui ex nimio externi aeris calore exoluuntur: sicuti interdum in balneis solet euenire illis, qui non sunt assueti; presertim verò si aer balnei aliquantò sit iusto calidior. suffocari enim quasi videntur: Ita etiam in locis conclusis, in quibus multa sit hominum turba collecta, qui uel anhelitu possunt calefacere. vt in nuptijs, & in locis vbi celebrantur, vel ludi, vel istiusmodi reliqua. Aer enim calidior, quàm par sit, redditus, ad re- Cap. 8 Cõ. 11

B frigerationem corporis, & seruandam temperiem natiui caloris ineptior factus suffocat, & strangulat. Vnde facilè sequitur lipothymia, & aliquid interdum deterius. Immò vidi egrotantes, qui dum sudare nimis importunè desiderant, & stragulis se, cooperiunt, ita ut, & caput cõtegant aliquando animo defecere; His itaque succurrendum est per remidia refrigerantia. Vnde insper gendaest aqua frigida: aperiendæ sunt fenestræ, vt frigidiori aurę pateat introitus: cui etiam sunt esponendi: sed & flabellis iuuandi, vt facilius aer refrigeretur. Pręterea os ventriculi fricandum, & exagitandum, irritandumque vt spiritus, qui ad intimas partes refugere, reuocentur, & excitentur. Deinde verò, postquàm ab exolutione resumere vires uisi sunt: quia ex calore nimio intus, & extra dissoluuntur, & exhalant spiritus, & substantia natiui caloris: Ideò vt instaurentur, iterum opus est. Instaurantur autem presertim cibo, ac potu: præ alijs autem vino. Quare etiam vinum illis dandum est, & alendi cibis, qui benè, & facilè nutriant.

At qui ob inflammationis magnitudinem, aut vehementis febris malignitatem animi defectum patiuntur, & in principijs accessionum, &c.

Eos, qui in animi deliquiũ ex inflãmationis magitudine, & eos, qui ob uehementem, malignãq; febrem procliues sunt, in vnum caput redigit in præsentia. q̃ diuersas vtrisq; superius tribue- Lect. C.

C rit rationes; ut pote quoniam similem habent modum, & rationem curationis. Quia verò copiosè de ijs sermonem superius habuimus: declarauimusq;, cur inflãmationes internorũ viscerum ad animi deliquium perducant, & cur uehementes, & malignę febres. Proinde ea in præsentia non repetemus. Nisi q nõ est prætermittendum, quod notandum putauit Stephanus, qui phlegmones magnitudinẽ duplici modo extimandã esse ait. Vel ratione particulæ inflãmatæ. Vnde superius de inflãmatione ventriculi sermonẽ habuit, & oris eius, ita & iecinoris, & pulmonum. Vel ratione sua propria; quia ipsa magna fit, & in magnum tumorẽ elata, & ob id uehementẽ conciter dolorem, qui possit vires dissoluere. Nos tamen credimus, q in quacunq; sit particula, nõ affer ret deliquium animi, nisi insignis sit inflãmatio Quãdoq;.n. uidimus viscerum inflãmationes mediocres nullum attulisse animi defectum. Cùm ergo cõmunis sit modus, quo in deliquium incidant, tàm qui inflammatione tentantur, quàm qui à febre maligna inuaduntur. statim enim à prima inuasione solent, & pulsus languescere, & procliues esse in lipothymiam: hoc inde est, quia succi omnes cum sanguine, & spiritu confugiunt, & confluunt in intimas partes, vbi natiuum calorem strangulant, ac vires dissoluunt. Aliquis tamen fortasse dicet, quòd confluant ad inflammationem succi, hoc iam satis constat; ut pote quòd sępius iam superius ostensum sit. At verò, q

D in febre maligna fiat hæc conuersio sanguinis, & spiritus, vel aliorum humorum ad interiora, nullam causam, vel rationẽ percipio. Porrò si eorum, quę in superioribus exposita sunt, memores fumus, neq; hoc alicui mirum videbitur. Nam diximus malignas febres ingentem sequi, & malam putredinem, quę accensa est, uel in corde, uel in locis, & venis cordi uicinis. Putredo verò magna, & spiritus uitiat, dissoluitque, & cordi, quod natiui caloris initium, & focus est, plurimùm officit. & hac de causa omnis sanguis, ac spiritus interius, tanquàm ad arcem inuandam, & succurrendam refugit. Vnde in id genus febribus solent externa frigere, interna uri.

Quibus expositis, satis patet, qualem oporteat esse rationem his opem ferendi: (eam.n. rei ipsius natura ostendit) nimirum omni studio conandum, ut succi ad interiora cum sanguine & spiritu recurrentes reuocentur ad exteriora, attrahanturque. Attrahere autem possunt frictiones validę brachijs, & cruribus administratę, artubus nempè: præterea verò, & ligaturæ: item si foueantur, & calfiant extremę partes. Quia verò in somno calor, & sanguis interius trahuntur in uigilia exterius ad instrumenta sensuum, & motus efferuntur, & expanduntur. Ideò somnus nocet: vigilia prodest. Seruandi itaque uigiles sunt, & arcendus est somnus. Pręterea & cibi,

putusq; abstinentia iniungenda est. Nam magnæ inflammationes, & vehementissimæ febres non A accenderentur; nisi adesset multitudo congestorum humorum, in quibus absurdissimum est nutrire, vt ait Steph. Ad hæc acutissimi morbi sunt hi, in quibus dixit Hippo. statim esse vtendum victu exquisitissimè tenui: hac enim ratione, & inflammationi, & febri fomenta subtrahimus. Vnde idem Hippo. dixit, impura corpora, quò magis aluntur, eò magis lædi. Hoc tamen aduertendum est, (ait Gal.) quòd hæc remedia, quæ hactenus exposita sunt, accommodata sunt ad reuocandum hominem ab animi deliquio, cùm iam in id decidit. Quæ tamen si prius adhibeamus, antequàm superueniat, possunt eum tueri, & defendere: & longè maius erit operæ pretium, si medicus futuræ lipothimiæ occurrat, antequàm superueniat: quàm si præsenti subueniat. nimis. n. sæuum est hoc symptoma, vt aliquando etiam non ita facilè illi subueniri possit, cũ plurimum inualescit. Quæ nos mouet, vt uitamur prænosse imminentem animi defectum, ut illi contra eamus, antequàm inuadat. Cognoscet autem facilius, qui ordinem febrium, & periodorum, vel accessionum diligenter obseruauerit: quia aut semper, aut plerunque in accessionibus, immò circa initia accessionum contingit: quæ si præ nouerit medicus, & anticipauerit opportunis remedijs, facilius illi occurret, & ægrotantem tuebitur. Dubitabit autem aliquis hoc loco, quomodo velit hic Gal. abstinendos a somno, & à cibo, putuque eos, qui corripiun- B tur à malignis febribus: cùm tamen in eis virium præ omnibus alijs sit ratio habenda, quæ facillimè concidere in his febribus soleant. neque tantum earum, quæ præsentes sunt, curam habere oporteat; sed earum etiam, quę futurę sunt. Vnde Auicen. dixit, cogendos esse, vt comedant. Aetius quoque de febribus pestilentibus instituto sermone, ex Herodoti sententia ait, non esse admodum tenui victu in eis vtendum. Ad hoc respondemus, quòd rectè intelligendus est Gal. neque enim putandum, quòd omnino interdicendus sit somnus, inediaque iniungenda. Nam cùm in his febribus vniuersa salutis spes, vt etiam in internorum viscerum inflammationibus, sita sit in virium robore, (vt alibi testatur Gal.) necesse est, vt earum curam quàm maximam habeamus, ne concidant, & fatiscant. Vnde tantum tùm somni, tùm verò cibi indulgendum est, quantum possit vires fouere, ne cadant. Sed eo tempore concedenda sunt, quo minus obesse possit. Maximè verò, & somnus, & cibus (vt superius expositum est) nocent in ipsis accessionibus. Quapropter instante accessione, & præsertim in eius principio, hęc seruanda sunt, quæ hic instituuntur à Gal. Semper enim vnicuique indicationi id tribuendum est, quod illa requirit; modò tempore congruo id fiat. Et præceptum hic nobis traditum commune est omnibus affectionibus, in quibus deliquium animi fore suspicamur: nem- C pè, ut anteaquam super veniat, illi consulamus. Quod quidem possumus sequenti sententia, tanquàm accommodato exemplo demonstrare, qua ait Gal.

Eos etiam, qui ex siccitate in principijs accessionum syncopen sunt incursuri, optimum est præuidere, &c.

Sunt quidã, qui putant hic à Gal. sermonẽ haberi de ijs qui cũ calidiori, & sicciori sint temperatura, acribus, & tenuibus humoribus abundant, ventriculumque habent imbecillum, & ob id in syncopen incidunt; quia in accessionum initijs ad ventriculum eiusmodi humores confluentes illum erodunt, ac pungunt. Et ideò eos curari ijs cibis, qui tùm roborare vẽtriculum possunt; tùm verò acrimoniam obtundere voluisse Gal. Mihi verò non uidentur hi assequi mentem, vel intellectum Gal. hoc in loco; quia de ijs qui vitio acrium, & mordacium humorum animo deficiunt, iam sermo est institutus paulò superius. Putandum ergo est, hic Gal. agere de alijs, qui ex sicca intemperie deficiunt sine etiam materia. Nam iam probauit ipse duodecimo Meth. quòd omnis intemperies membrorum, ex quibus constitutum est corpus, præsertim verò solidorum, maximè verò pręcipuorum, in quibus sedes est trium principum facultatum, & eorum, quorum consensu ista afficiuntur, in quibus ventriculus pręcipuum ferè locum obtinet, ad animi deli- D quium põt deducere. Et tandẽ mea quidẽ sententia referẽdus est hic locus ad id, quod superius dicebat, Sed & in principijs febriũ non admodũ paucarũ aduenit, & tunc pſertim, cũ supra modum, aut siccũ, & squalidũ, aut plenum imoderatè corpus extiterit. Quo loco duas proponit corporũ differẽtias, & eas extremas, quæ in febribus pręcipuè verò in accessionũ initijs, solent syncope, vel animi defectione corripi. Altera quidẽ est, qñ humorũ plenitudine graue, & refertum corpus est, & (ut ipse ait) nimis plethoricũ; atq; in his si aliquando timendus sit animi defectus, qũo sit illi occurrẽdũ, docuit superius, vbi dicebat, Atqui ex multitudine nõ ita &c. Altera verò dña est eorum corporũ, quæ nimis inanita, & exiccata, vt ferè squalida sint; & de his superius etiam locuti sumus: quo etiam loco exposuimus, quo modo illi non assequantur sententiam Gal. Hic igitur, quo pacto succurrendũ est febricitãtibus, quos quidem, cũ nimis exiccati, & aridi facti sint prius, vel ex nimijs laboribus, vel ex multa penuria, vel ex id genus alijs, timemus, ne hac ratione syncopes inuadat. Vnde cùm aduersariæ inter se sint eiusmodi differentię corporum nuper expositæ, atque à natura rei semper sint indicationes depromendæ; necessariè est, vt indica-

Cap. vlt.

tiones

A tiones etiam ab illis acceptæ sint contrariæ. Et sicut priori succurrebat cibi abstinentia, & vacuationibus, non quidem illis, quæ confertim vacuant, sed frictionibus multis extremarum partium: non modò in accessionibus, verùm & anticipari per alias horas voluit. Ita hic per duas, vel tres horas cibum dandum esse monet, qui facilè possit concoqui, & ventriculo sit commodus: (plerunque enim in his consensus arefacti nimis ventriculi momentum maximum habet) atque pedes, manusque stringendas, & ligandas esse voluit. Hioc autem facilè percipi potest, quanta sit nis indicationis, quæ ab hoc symptomate prodit. Potest enim aliarum ferè omniū obscurare. Nam & theorema illud, quod maximam vim habet in curandis putridis febribus ab Hippo. primo Apho. pronuntiatum: nempe in accessionibus subtrahere oportet. addere enim malum est: instante suspicione futuræ lipothymiæ, ita conninentibus oculis pertransire necesse est, & paulò ante accessionem cibum febricitanti offerre, eum verò, qui concoctu sit facilis, vt facilè & citò coctum opportunè remedio sit squalori, & siccitati, vnde timemus animi deliquium. Cibus enim talis, si probè coquatur, præcipuum est remedium squalenti corpori. humectat enim corpus, & eius habitū, atque spiritus absumptos instaurat. Sed si sit ventriculo aptus, facilius eum amplectetur vetriculus, faciliusque, & citius coocoquet. Cur autem astringi pedes, & manus uoluerit Gal. varij vario modo exB ponunt. Latini enim expositores aiunt, quòd ἀφορᾶν dixit Gal. hoc est, vt ipsi interpretantur, continere: quasi uoluerit, pedes contiuendos esse, hoc est non agitandos, neque dimouendos; ne motione dispergantur, & dissipentur spiritus. Sed procul dubio alind est verbi κατασφίγγειν significatū: significat enim continere, & astringere, vt præter id, q pedes, & manus immotæ seruentur, aliud etiam voluisse videtur Gal. Vnde Steph. ait, q ideò astringi noluit manus, & pedes, vt calescant. Nam partes hæ plurimam cum ventriculo habent communionem, vt plerunque his calescētibus, incalescat & ventriculus, ac melius ita concoquat acceptum cibum. Sicuti sæpe videmus, q ex pedum frigore & ipse refrigescit, & læditur. Mihi tamen neque hoc satisfacit. Vnde crederem, q quia in lipothymia, & syncope spiritus, & sanguis ad interiora, relictis externis partibus refugiūt. Acsicuti cùm eos, qui in animi defectum lapsi sunt, reuocare, & excitare volumus, extremas partes ligamus, digitos constringimus, & sæpe distorquemus. Ita cùm illam imminentem timemus, ligamus, astringimusque, vt spiritus prohibeamus intro ferri. Quoniam verò pro ratione roboris rerum, quę indicant, ita remedia valentia sunt administranda: uinum autem in febribus inter initia, dum cruda materia est, (vt sæpe superius diximus) incōgruum est; vt pote quod non parum possit obesse. Quapropter illud non est dandum, nisi magna urgeat necessitas. Necessitas verò *Lect. CI.*
C eadem est, quæ & dandi cibi; vt vires instaurent, & possint resistere accessioni, quæ non sufficerent alioquin, cùm dissolutę sint. Quare si timeamus accessionem magnam futuram, quam sit magna cō secutura syncope, vinum etiam dandum est ante accessionem; quippe quod celerius, & facilius, & magis possit vires reficere, & spiritus instaurare. Sed quia alimentum ex uino genitum, vt citò instauratur, ita in febribus citò dissipari potest. Nam tenuis sanguis itidem, & spiritus inde generatur. Ideo aut halica immixtū vinum dare oportet, aut simul cum pane. Cibi enim hi cùm magis dissolutioni resistant; ob id, quia aliquantò sunt crassioris alimenti, & alicuius lentoris participes: non parum, & ipsi ad nostrum negotium faciunt: præter id, q cibi hi neque facilè bilescunt, neque acescunt in uentriculo. quod tamē alijs sorbitionibus facilè (ut decimo Meth. ait Gal.) accidere solet. Sed hoc tantum seruandum est, ubi magnæ accessionis, & vehementis deliquij uideamus instare periculum. Quia si res eo modo se habeat, ut timeamus quidem futurum defectum animi, non tamen illum uehementem, & magnum, sed moderatum, à vino abstinere oportet: & admiscere melius est his cibis aliquid malorum punicorum, vel cotoneorum, uel pyrorum, uel aliorum astringentium. Nō propterea quia ratione febris, uel etiam sicci istius affectus sit multa astrictione opus. Quia arido, & squalido corpori astrictio potius obest exiccando. Sed ob id, quia uis astringens
D modica spiritus colligens, eos continet, ne ita facilè dissipentur. Quæ & ipsa dimittenda, quando iam incipit facilius ferre accessionem. non quidem, quia ille non sit alendus ante accessionem, sed & hæc astringentia perinde tunc dimittenda sunt, vt & uinum. Cibus enim in istiusmodi descripto affectu, ubi corpus squalore confectum est, quàm maximè necessarium. Cuius rei si exemplum clarum, & apertum desideratis, (posteaquàm exempla mouent) quod uobis ostendat, quomodo is habitus squalidus facilè contrahatur, & quomodo in animi deliquium perducat, & quā tum periculum afferat, nisi illi prudenter sit consultum, & qua ratione illi sit consulendum, & qua ratione motus Gale. inierit primus hoc consilium, legatis duodecimum lib. Meth. quæ omnia, quia plenè, & planè ibi Gal. exposita sunt: ideò non proferam in longius de his sermonem. Nemo enim uestrum est, qui si legerit, non sit facilè ea, quæ ibi exponuntur, percepturus. Hęc quæ hactenus descripta sunt, (ait Gal.) eò spectant, ut occurramus futuræ syncopi, anteaquàm superueniat. Sed si interdum, dum accersitur medicus, anteaquàm consuluisse potuerit, superueniat syncope ex inopinato: tunc citissimè vinum calidum dandum, quo uires defectæ reuocari possint. Nam ita citius, & facilius concoquetur à languenti ventriculo, & distribuetur: ac cum uino panis *Cap. 3*

aliquod

aliquid, & halicæ etiam quid modicum. Cur autem ea, quæ & facilè coquuntur dare expediat, A neque ea multa, sed modicè, ipse causam refert. quia si aut multus fuerit cibus, aut coctu difficilis, ab infirmo ventriculi calore non modò confici non poterit; uerùm potius illum superabit, & strãgulatum extinguet. Porrò duodecimo Metho. loco nuper citato, poteritis videre, quomodo in prioribus accessionibus, cibo ante accessiones exhibito, futuram prohibuit syncopen. Sed tãdem vt eorum medicorum, qui detestabantur cibum dari ante accessionem, ignorantiam omnibus pate faceret, permisit sine cibo expectare accessionem, in qua ille animo defecit à quo deliquio illum postea reuocauit. Vnde vniuersam istius curationis rationem, tanquam in tabella depictam ibi habetis. Quare de his non amplius loquemur. Sequitur Gal.

At qui animo deficiunt ex membri principalis obstructione, his oxymel dare oportet: atque ex hyssopo &c.

Principes partes, si aliquando obstruantur, & ipsę in causa sunt, cur febricitantes deficiunt animo. Per principes aut partes, non modò hoc loco intelligenda sunt tria illa principia, cor, iecur, & cerebrum, verum & particulas illas, quæ proximè his necessariò ministrant: vt pulmones, ventriculus, venæ, & arterię maiores. Nam, & tria illa inter se, & hæc cum illis tantã naturalem connexionem habent, consensumque, vt vno laborante reliqua ēt male habeant. Quare quæcunque illarũ fuerit obstructa insigniter, (neque. n. quancunq;, uel leuē ēt obstructionē id sequitur) põt animi deliquiũ sequi, cõsentiēte cum ea corde. Vnde & pulsus præ alijs oĩbus signis, certius hanc obstructionem significat: qui inæqualis efficitur, aliasque subit differentias, ac illas præsertim, quæ, in B magnitudine, & paruitate, quæque in vehementia, & debilitate consistunt, nempe vt alter altero pulsus maior sit, atque alter altero vehementius pulset. Hæ si quidē inæqualitates obstructionem insignis alicuius particulę certissimè demonstrãt. Quæ quidē solet excitari, vel à multa, vel à crassa, & lenta materia. Istius autem rei exemplum habemus à Gale. quarto de Loc. affect. referente casum Antipatri medici. Cùm enim istiusmodi inæqualitates proueniant (vt hic monet Steph.) ex eo, quod natura, & eius facultas contendit superare, & exturbare noxias causas: in ea ueluti pugna, interdum superior est: interdum verò superatur. ita & pulsus modò maior fit: modò minor: & aliquando fortior, aut celerior: aliquando imbecillior, aut tardior. Quòd si valida, & magna fuerit obstructio, fiunt etiam intermittentes: vt Antipatro accidit. Verùm neque etiã huic signo adeò fidere debemus; quin etiam non putemus ipsum fallere posse. Quoniam, & alia quoque de causa potest hæc pulsuum inęqualitas contingere. Insignis enim multitudo sanguinis, aliorumque humorum, quam plethoram medici græci uocant, potest istiusmodi concitare pulsuum inæqualitates. Et ideò anteaquàm hoc pronuntiemus, nempe obstructam esse aliquam insignem particulam, considerandum est, an corpus opprimatur multitudine, uel plethorico laboret C affectu: & cùm nulla conspiciuntur signa istius plethorę, percepto inæquali pulsu, iudicandum obstructione laborare aliquam præcipuam particulam: atque tunc contendendum est omni ope, ut obstructionem tollamus, antequam id accidat, quod Antipatro accidisse narrauit Gal. Quia verò obstructiones plerunque fiunt à lenta, & crassa materia: ideò statim, ut eas tollamus, nobis oportet hos scopos proponi: nimirum ut attenuemus, detergamus, & incidamus. Vnde, & pro potu, & pro medicamento oxymel optimum erit remedium. Præterea verò vtilia erunt decocta ex ijs parata, quæ attenuandi, incidendi, aperiendique facultatem habent: qualia sunt hyssopum, origanũ, pulegium, & id genus reliqua: sicut calamenthum, & multa alia, quæ descripta sunt in lib. de Simpli. med. fac. addito melle. Quo loco potestis facilè percipere, quod usus syruporum non fuit arabũ inuentum. Præter oxymel enim, quid aliud est potio confecta ex decocto harum rerum, quarum hic meminit Gal. & ex melle parata, quàm syrupus? Immò & nomen arabicum syrob, nihil aliud significat, nisi potionem. Preterea verò ait Gal. uictus ratio vniuersa incliner in eam, quæ vim habeat dissecandi, & attenuandi. Vnde & cappares cõditi aceto, & saccharo, vel (vt parabant antiqui) D oxymelite: item etiam salita aliqua in prima mensa: panis probè fermentatus, & sale confectus: aliqua præterea aromata immixta, quantum febris ratio potest admittere, præsertim uerò piper, conueniunt. Sed & ubi aliqua apparuerit manifesta concoctio, vtilia erunt decocta, uel syrupi, qui urinam ciendi vim habeant. Eiusmodi autem sunt, quę ex anetho, fœniculo, apio, petroselino, dauco, amispica nardi confecta sunt. Quæ ubi coortulisse, aliqua ex parte uisa fuerint, tunc, & uinum, quod album tenueque sit, dandum erit. Nam & ipsum iuuabit ad ciendas urinas. Sed cur non etiam à principio dandum; sed solùm cùm materia, & tenuior reddita sit, & aliquantisper concocta, superius à nobis expositum est. Porrò in his non parum prodesse poterit, si fricętur, & ligentur artus, ait ipse: nempe, ut materia, unde excitantur obstructiones, ab internis, & insignibus particulis ad extremas, & minus nobiles attrahatur.

Nunc uerò transgrediamur ad eum sermonem, qui superest de reliquis exolutionibus &c.

Sæpe animi deliquium confertim factas uacuationes consequitur, quanuis id uacuetur, quod alioquin esset uacuandum. Sicuti quando rupto, aut secto ingenti aliquo abscessu, uniuersum pus effluat

A effluat: aut si iis, qui empyici dicuntur, inosto loco inter costas huic rei idoneo, pus extrahatur:
vel si hydropicis aqua, quæ in inferioris ventris spatio congesta est, secto abdomine uniuersa exire
permittatur. Qoia semper cùm copiosa uacuatione, quæcunqne illa, & vndecunque fuerit, multa
copia spirituum confertim exinanitur: vt ipse sexto Aph. exposuit. Has ergo vacuationes conse cõ.27.
quentia animi deliquia curare docet in præsentia. Imprimis autem in illis corandis instaurationi e-
uacuatorum spiritoum incumbit. Spiritus autem duplici ratione instaurantur, reficiunturque, vt
ex Hippo. & Gal. sententia docti estis. Primùm, & citissimè gratis odoribus: Deinde verò optimis,
& ad id accommodatis cibis. Citauimus enim Gal. primo Aph. Hipp. sententiam referentis, quòd cõ.11
homidum remedium ad vires recuperandas optimum est, quicunque citissima egent adiectione.
Vbi adhuc cirios, per odoratum. Cuius rationem referens Stephanus, ait, quod spiritus, qui substan
tia vaporosa, & aerea constant, aere, & vaporibus facilius, citiusq; aluntor. Nã & Gal. sensit aerẽ
esse alimentum, uel fomentum spiritibus, aerem inquàm, quem attrahimos, tùm per inspirationẽ,
tùm per pulsom. Vaporosa ergo, (ait ipse) substantia, quę effluit ab odoratis rebus, vapore, quæ
tenuiorum partium sit, attracta per anhelitum, ac spiritibus permixta, in eorum naturam facilè ce
dit. atque ita eos instaurat. Sed nunc etiam illa occurrit non contemnenda dubitatio, quinam
B odores grati sint offerendi. an uidelicet omnis gratus odor sit huic rei accommodatus: uel aliqui
tantum. Nam Gal. eo commentario, quod nuper citauimus, vim plurimam facit in illis verbis, vbi
Hippo. ait, Vbi citissima refectione sit opus, humido remedio opus esse. dicitque non ita id abso-
lutè intelligendum esse, & in vniuersum, quod substantia humida, qoęcunque illa sit, citissimè alat: sed
ea tantum, quæ alere apta est: sicuti vina crassiora. Ita forsitan dixerit quispiam, non quicunque o-
dor idoneus est ad uires, & spiritus instaurandos: sed odor gratus qoidem: at rei aptæ ad nutrien-
dum. Vnde longè magis excitabit, & reuocabit ab animi deliqoio odor vini alicuius aromatici
gratus, quàm odor mosci, aut ambrę: itemque odor caponum, quàm cupressi. Quare in cura buli-
mi eiusmodi odores esse offerendos diximus: qui & ipse animi defectus quidam est, ex inanitione,
ut diximus soperius. Vbi verò resumptæ sunt aliquantisper vires per hos odores, agendum e-
rit etiam cibo; sed eo etiam, qui facilè instaurare possit. Facile verò instaurabit, qui facilis erit con-
coctu. Vires enim imbecilliores reditę, si cibus sit concoctu difficilis, non modò non instaurabun
tur; cùm cibum illum nequeant conficere: verùm potius opprimentur, & strangulabuntur. Prę-
terea verò sorbitiones aptiores erunt, quàm cibus solidior ad resumendas vires. Facilius nanque
est potu repleri, qoàm cibis dixit Hippo. Sorbitiones aotem vtiles sunt, quales dictę fuere: vt ptis
C sana, vel halica ex modico uino: sed & bona iura: oua sorbilia: panis ex iure coctus, & id
genus alia.

Si verò ob tristitiam, aut gaudiom, aut timorem, aut iram, aut terrorem exoluantur, &c.

Quamuis in varijs animi perturbationibus, vario modo spiritus, sanguis, & calor natiuus afficia
tur, moueaturque. Nam aut in profundum confertim refugit: aut exterios effertur, aot effervescit.
Hoc tamen in omnibus commune est, qoi in animi deliqoium incidunt, quod calor & spiritus, (vt su
perius fuit expositom) ad cor, vel præcordia confugiunt, tanquam ad principem partem, & arcẽ.
Vnde alię partes ferè destitutæ ab administratione naturę non amplius continere, & administrare
humores possunt. Quare sępissimè fit, vt multa excrementa ad ventriculum confluant. atque ita
lædunt, & fouent lipothymiam. Quocirca his omnibus occurrere oportet: nempe & spiritus re-
creandi sunt odoribus gratis; & apprehensione narium euigilandi, excitandique: pręterea vomi-
tus ciendus. Sed & illis, qui ex vehementi dolore concitato ex vulnere accepto in articulis, vel ner
uis, vel tendonibus, consulendum est eadem fere ratione. Nam prius ab animi deliquio reuocandi
sunt: mox vbi reuocati fuerint, curandi sunt affectus illi, quos secuta est animi defectio, cõgrua, &
apta curatione, qoa pręsertim dolores sedentur, & vulnera in meliorem statum reducantur. De
D quibus non pertinet ad præsens institutum agere. Ita etiam alijs, qui colicis, vel iliacis cruciantur
doloribus, vel alijs istiusmodi, succurrendom est, si in animi deliquium iam conciderint, vt excitẽ
tur, & reuocentur; mox vt fomentis moderatis moderatè calefacientibus dolor sedetur, vt digera-
tur, & discotiatur materia extendens, & veluti dilacerans dolentes partes: Præterea verò vt à loco
dolente auertatur, extrema fricanda sont, ac reliquis auxilijs, quibus docuere medici succurrendũ
esse his affectibus, agendũ est. Ita etiam, si contigerit, ut exoluatur, & animò deficiat aliqois ex in-
firmitate earum facultatum, quę animantis corpus dispensant. Quæ medicis quidem sunt tres.
Quarom prima, & veluti aliarum fundamentum vitalis est: cuius sedes sedes est cor, & qua pręser
tim uiuit animal. Altera uero est naturalis, qua alimor & crescimus: cuius officina est iecur. Tertiã
medici animalem appellant, quæ initiom est sensus omnis & motus, qui imperium animi sequit
& eios propriom, ac primum instrumentum cerebrum est. Quanuis aotem exolotio oel animi
deliquium ad oitalem facultatem, cuius cor sedes est, pertineat (est enim propiè cordis affectio, &
rationem spirituum sequens) tanta tamen est connexio mutua harum facultatum, ot si una earum
laboret insigni aliquo affectu, alias qooque facillimè secum trahat in consensum. Vnde ex cuiuscũ

 que

que earum infirmitate potest animus deficere. Et sicut vniuersa vis, & robur in earum partium tē- A
peratura consistit, in quibus hæ sitæ sunt: Ita & earundem imbecillitas in eorundem membrorum
intemperaturam erit referenda, tanquam in causam propriam. Quare cum uoluerimus defecti-
bus animi ex infirmitatibus harum facultatum ortum habentibus succurrere; oportebit prius in
uestigare, quænam sit in eo membro intemperatura, atque studere, vt ea curata particula, redeat ad
naturalem temperiem. De ratione autem curandi has temperaturas particulatim agere ad præ-
sens negotium non pertinet. Aliàs verò (quia longum sermonem requirit) maiori otio ad te scribā
ò Glauco, ait Gal. In præsentia autem satis sit commune præceptum; nempe φ per contraria secun
dum qualitates corriguntur intemperaturæ omnium particularum: videlicet calida frigidis, & fri
gida calidis, sicca humidis, & humida siccis. Quia verò multa à prioribus medicis perperam literis
tradita sunt: De his etiam in posterum alio ad hoc dicato libro agemus. Nunc autem de his sit
satis dictum.

Curatio Capitis à varijs causis molestati. Cap. XV. B

QVONIAM verò sermonē de accidentibus hucusque fecimus, rursus ad primū insti
tutū redeamus, vnà in oībus &c. Duo sunt symptomata, quæ præsertim grauia sunt
& febricitantibus molesta: defectus videlicet animi: & dolor capitis. De priori in
capite præcedenti habitus est sermo: In p̄senti de altero habēdus est. Sed antequam
vlterius progrediamur, hoc imprimis cōsiderandū est, φ si quis aliorū medicorū li
bros legerit, videbit Gal. doctrina manca, & mutila; vt pote quia ab alijs multa p̄te
rea alia symptomata febricitantibus molesta describuntur, atque exponitur ratio eis succurrendi,
quarum ne mentionem quidem fecit hic Gal. cùm tamen non exigui, sed plurimi momenti sint. Si
cuti vigiliæ nimiæ, somni immodici, sitis vehemens, appetitus destructio, & id genus alia: quæ in
terdum maius ægrotantibus negotium facessunt, q̄ febris ipsa. Ad hanc dubitationem respon-
demus, (sicut & aliàs diximus,) φ immò Gal. rationem integram vndequaque, & ex omni parte do
ctrinæ, & methodi exposuit, quam in hoc libro instituerat: nimirum breuem, & compendiariam.
In qua proposita generali methodo, satis est deinde eam (vt ipse dicere solitus est) vno, aut altero e-
xemplo lectores exercendo, explanare. Vnde cùm id fecerit, omnes ferè modos persequēs, quibus C
solet, animi deliquium, ac docuerit, φ rationem illi occurrendi, reperta causa, à qua excitatur, atq;
eam respiciendo, facilè inire poterimus. Iterum hoc eodem præcepto in memoriam reuocato: nē
pe in omnibus symptomatibus curandis, cùm illa propriam indicationem iam habere incipiunt,
qua possunt rationem curationis à morbo ad se conuertere, habendam esse semper præ oculis; tam
quàm communem scopum, causam illius symptomatis; vtpote quæ, si rectè cōsideretur, curationē
nobis indicabit: idem in dolore capitis ostendit: (quod quidem solet esse molestissimum sympto-
ma aliquando febricitantibus) nempe φ non semper vno, & eodem modo sit curandus, cùm non
semper ab eadem causa excitetur; sed uarijs rationibus, pro diuersitate, & varietate causarū ipsum
excitantium. Reliqua autem symptomata, accepto ab his exemplo, reliquit nobis eadem regula
tractanda, & moderanda, ostensa diligenter nobis prius via. Verùm vt rem etiam exquisitius tenea
tis, expositis curationibus doloris capitis, eandem methodum accommodare alijs symptomatibus
docebimus. Sed ad institutum reuertamur. Propositum nobis est, de curatione doloris capitis,
in febricitantibus agere: quam variam esse diximus pro diuersitate causarum, ex quibus ortum ha
bet. Vnde necesse est, vt omnes modos, & differentias dolorum inuestigemus, & assequamur, qui-
bus potest caput affici, atque etiam causarum, vnde suam dolor habet originem. Et quia, (vt dixi- D
mus) dolor symptoma est, quod tanquam causam affectum sequitur, necesse est, vt is affectus, quē
sequitur dolor, aut primariò fit in capite, aut in alio membro. doleat verò caput cum eo membro
consentiens. Sicuti sæpe caput dolet propter affectum, aliquando uentriculi, cum quo plurimum
consensum habet, & affinitatem, tùm propter nernos, tùm etiam propter viam amplam, per quam
possunt à ventriculo uapores in caput ferri. Interdum etiam consentiens cum vtero, aut cum toto.
Siquidem cum ventriculo consentiat, considerandum est, qualis sit ventriculi affectus, & quis mo
dus consensus. Et quoniam quotiescunque particula aliqua alterius consensu laborat aliquo affe-
ctu, nunquam poterit illius affectus curatio perfici, neque eo incommodo liberari ea particula; ni
si prius illi succurramus, quæ per se, & primario affectu laborat. Nam sicuti docuit Gal. primo lib.
de Loc. affect. propriè quæ consensu laborat non suo, sed alieno morbo laborat. Ideò curatio etiam
Lect. illi parti adhibenda, in qua primū morbus est. Itaque dolente capite in febribus consensu uentri-
ciij. culi: ab affectu ventriculi petenda est curatio, & considerandum, quis sit affectus in ventriculo,
& ille tollendus est. Sed dices necessaria quidem sunt, & vera hæc omnia, at quonam pacto fieri

A certior potero, caput non proprio, sed alieno affici incommodo? Poteris id facilè cognoscere, si respexeris ad partes illas corporis, quarum consensu caput potest malè affici, ac diligenter consideraueris, an illæ benè se habeant, an verò malè affectæ sint. Et si illas perceperis nullo proprio tentari affectu, sed potius integras esse, iam certior eris factus, caput primariò laborare, illique succurrendum esse. Vbi autem videris aliquam aliam particulam, cum qua sępe consentire solet caput, aliqua affectione tentari: tunc suspicandum est, eius consensu caput fuisse affectum. atque primùm erit tollenda illius particulæ affectio. Præ omnibus autem particulis magis, & frequentius, præsertim verò in febribus, ex affectu ventriculi lęditur caput. Ideò maximè, & imprimis ad ventriculum in eis respiciendum est. Cùm enim in febrium accessionibus sæpissimè vitiosi aliqui, tùm pituitosi, tùm biliosi humores congesti, vel ibi geniti, vel aliunde propulsi reperiantur; ab his calefactis à febrili calore vapores attolluntur ad caput, atque in eo recepti, aut calefaciendo, aut mordendo, aut distendendo, cerebri & capitis membranas, concitant dolorē. Vnde remotis humoribus, à quibus fomentum vapores habent, vel nullo vel modico negotio tollitur dolor. Cognoscitur autem horum humorum redundantia in ventriculo signis proprijs indicantibus malam contineri in eo: materiam nempe ex molestia. Nam si materiæ pituitosæ sint, aggrauant ventriculum, & os
B eius, & fastidiosus erit vir, ita vt quiescere non possit præ angustia. At si bilis mordens, & pungēs os ventriculi, concitabit, (vt græci aiunt,) cardialgiam, hoc est cordis dolorem: (Nam & mulierculæ laborante ore ventriculi, si cordis dolore affligi dicunt) si procurqueris, ut ea vitiosa materia vomitu excernatur, simul & caput, & ventriculum ab ea vindicabis molestia. Vnde vomitus ciendus erit, introducto vel digito, vel peona in fauces, & irritatis illis horum agitatione. Quòd si difficilior videatur vomitus, si bilis mordax fuerit iam superius docuit Gal. hydrelæo concitandum. Sin autem pituita, quæ tenax est, oxymelite ex aqua tepida. Ita curatur dolor capitis cum ventriculo consentientis. Quòd si cum alio consenserit, vt pote cum toto, cognoscetur ex signis indicantibus totius corporis plenitudinem, aut cacochymiam. Quare toti primùm consulere oportebit. Si cum iecinore, dolor potius occupabit dextram, q̄ sinistram capitis partem, & ita iecinoris ratio erit habenda. Plerunque tamen in febribus, vt diximus, ex ventriculo caput dolet. Vbi autem nihil apparet, quod suspicionem possit afferre alterius particulæ laborantis, cuius affectione caput doleat; capiti soli erit attendendum. Et cùm non vna duntaxat possit esse causa, cur primario affectu doleat caput, sed multiplex, & varia, & pro ratione causarum, ratio etiam curandi sit varia. Ideò prius inuestigandæ, & distinguendæ sunt causæ. Nam, & si omnis dolor primum, aut in intemperiem, aut in vnitatis solutionem referendus sit: non tamen in his tantum consistendum est; sed
C & istorum causæ sunt inuestigandæ. Quæ omnes, quantum ad præsens negotium pertinet, in tria capita reducenda sunt: in obstructionem: in multitudinem: atque in phlegmonem, hoc est, inflammationem aliquarum partium capitis. Multitudo autem, quæ ingens sit, potest, si crassiori humore constat, replendo, prætereà verò aggrauando dolorem concitare. Sin autem non tanta sit dum in vaporem, & spiritum flatuosum resoluitur, qui distendat particulas, in quibus continetur, potest dolorem ciere. Sed si tenuis, & acris sit ea materia, mordendo, & erodendo. At obstructio excrementis exitum præcludens, in causa dolendi est, & varios concitandi dolores, pro ratione diuersæ naturę excrementorum: quæ postea, vel acrimonia, vel flatuoso spiritu extendente, occasionem dolendi afferunt. Inflammatio verò tùm immodico calore, tùm verò plenitudine, & distentione dolorem excitat: vt sæpius fuit à nobis expositum. Signa verò, quibus hæc discernenda sunt, huiusmodi sunt. Quia vbi multitudo replens, & distendens in causa est: dolor quidem est cum grauitate, & distensione: nempe quia grauans, & distendens dolor percipitur. Si verò per spiritum flatuosum, in quem conuertitur materia alioquin corpulenta, sed non multa: tunc percipitur tensio, citra grauitatem. In inflammatione verò, sicuti duæ sunt dolendi rationes: ita etiam mul
D tiplex est dolor. Primum enim cùm particula non modò repleta sit, sed infarta crassiori humore, ibi grauitas adest, tensioque. Præterea cùm humor, & suapte natura calidus sit, ibi constipatus, iterum, dum euentari nequit, magis accenditur, & calefaciendo auget dolorem. Particulatim autem inflammatio, si occupet membrum sensu prēditum, propè quod sint arteriæ, dolor cum pulsatione percipitur. Vnde pulsatorius dolor, aut ex inflammatione est, aut ex spiritu flatuoso, concluso in aliqua particula. Sed in inflammatione grauitas est, quę nulla percipitur in flatuoso dolore. At his & illud addendum est, q̄ cùm primæ partes, quibus caput coagmentatum est, sint cutis, mēbranę, ossa, & cerebri substantia, è quibus solæ mēbranę sunt insigni sensu p̄ditæ: Ideò cū uehemēs excitatur dolor in membranis, has causas doloris perquirere oportet, & in earum venis, vel arterijs, non in alijs particulis. Sed neque si hic constiteris, absoluta, & integra erit resolutio: sed ulterius progrediendum ad inuestigationem usque primę causæ. Nam cùm dolor incepit primum esse molestus, qui prius non molestabat: necesse est, causam doloris, siue ea sit vapor, & spiritus, siue humor, qui aut acri qualitate, aut multitudine, aut excitata inflammatione dolorem efficit: tunc primum occupasse caput. Est ergo & alia quærenda causa, cur delatus sit sursum, & caput impleuerit

rit. Etenim ad curationem,& hoc cognitu necessarium: quia ad rationem illius causæ erit curatio A
dirigenda. Causa verò istius triplex esse potest. Primum magnitudo febris,& eius caloris,qui fun-
dendo humores in corpore contentos,& ipsos veluti efferuescere faciens, in causa fuerit,cur illi
in caput elati fuerint. Deinde verò & capitis infirmitas. Iam enim sæpius à nobis dictum est,quòd
facillimè replentur imbecilles partes; vt pote ad quas illæ,quæ robustiores sunt,quicquid superua
canei in eis est,impellant. Tertiò etiam totius corporis plenitudo in causa est, cur caput repleatur.
Vnde cùm hæc medico fuerint perspecta,facile illi erit inire curandi rationem, tanquam scopum
sibi præponenti remouendam esse hanc causam. Quia si totius plenitudo fuerit, facilis erit doloris
curatio, si multitudinem detraxerimus. Sed neque in præsentia res hæc, nempe quomodo eam de
trahere oportet, tractanda est: quoniam vbi de curatione febrium sermonem faciebamus, satis de
hoc egimus,& quantum poterat ad nostrũ negotium pertinere. Nam & tenui victus ratione, & fri
ctionibus,& balneis,& exercitatione,& sanguinis missione,& alijs instrumentis agendum est,qui
bus solet corpus inaniri: quorum opportunitatem,& rationem,& nimis lõgum, & superuacaneũ
esset, si particulatim nunc exponere vellemus. Sed si imbecillitas capitis fuerit in causa, cur do-
luerit caput: tunc quia ea sola non potest in causa esse, nisi etiam fortiora membra eò impellant no
xios succos: Ideò vtrisque oportet occurrere. Prioribus quidẽ reuulsione, quæ pro temporis oppor B
tunitate,& ratione corporis erit molienda, aut acri clysteri, aut legatis extremis partibus, aut illis
etiam perfrictis, aut secta vena; pro vt magis visum fuerit expedire. Interim verò, dum reuulsioni
danda est opera, neque otiari permittendum est caput imbecillum aut natura, aut ex aliquo erro-
re: sed repellendi sunt humores, qui in ipsum irruunt: & si qui iam fluxerint, & recepti sint, illi
quoque uacuandi. Demum verò robur illi, ne amplius eos admittat, addẽdum. Repellendi vim
habent, (vt sæpius dictum est) quę refrigerant,& astringunt capiti perfusa: qualia sunt oleum im-
maturum, quod tùm omphacinum, tùm omotrides græci appellant: oleaque alia astringentia: præ-
terea rosaceum,& per se solum,& si paretur germinibus tenellis oliuę, vel hederæ corymbis, uel
papaueris capitibus, vel istiusmodi alijs: itẽ & oxyrsodinũ. His aũt perfusionibus nõ semper eodẽ
modo expedit uti, sed diuersimodè, pro rõne diuersitatis naturæ illius materię, vnde fuit, cõcitatus
dolor. Quia si acris,& calida fuerit, biliosaque materia, frigidis actu vtemur, immo aliqñ ex niue ẽt
refrigeratis, ut secundo de Comp. med. per loc. docuit Gal. Sin autem cruda,& frigida, tepidis, ne
Lect. magis ex frigore recrudescat: vt semper rei natura dirigat curationẽ nr̃am. Hic aũt exurgit magna
ciiij. dubitatio, cuius mentionẽ etiam fecimus, dum explanaremus secundũ de Comp. med. per loc. quia
hic mentã viridem,& sisymbrium inter ea recenset, quibus paranda sunt ea, quæ vim repellendi C
habent in capitis dolore: quę quidem insigniter calefaciunt. Cùm tamen refrigerantia, non quæ ca
lefaciant, huic negotio potius accommodata sint. Et quod maius est, ipse etiam Gal. secundo lib.
Cap. 1 de Comp. med. sec. loc. miratur, q̃ Apollonius conizam in his medicamentis recensuerit, quę nim
refrigerandi habent: cùm non modò refrigeret; immò potius moderatè calefaciat,& tamen sisym
brium,& menta viridis calefaciant in secundo. Immò eodem loco (quod maiorem affert difficulta
tem) mentam & sisymbrium oleo incoquenda ait, cùm discutere,& digerere volumus. Hęc enim
vt pote quę calida sint,& tenuis substantię, vim maiorem attenuandi,& discutiendi, uacuandiq́;
habent, quàm repellendi,& refrigerandi. Vnde mihi admodum res hęc difficilis videtur. Ne-
que tamen sum ignarus reperiendos forsitan aliquos, qui dicant mentam posse repellere, propte-
rea quia sit alicuius acerbitatis particeps. Quid tamen dicturi deinde sint de sisymbrio, non pos-
sum percipere. Nisi quis velit dicere, q̃ hęc simplicia, quę cõstant tenuibus partibus, (vt de men
ta dixit proprio capite in lib. de Simp. med. facul. Gal.) non apponuntur in his medicamentis, tan
quam repellentia; sed vt sua tenuitate facilius penetrantia secum repellentium & refrigerantium
vim deducãt. Sed mihi, neq; hoc satisfacit. Primũ quia his calidis in affectibus frigidis vtimur ad
perducendã uiã repellentiũ ad internas partes: sed in calidis, ut in febribus,& capitis dolore in ip D
sis febribus, oẽs acetũ immiscent, ut Gale. ẽt hic meminit. Pręterea confusus admodũ fuisset Gal.
& obscurus, qui nõ distinxisset, an cũ alijs, an solis esset utẽdũ, cũ aliis,& per se solis uti liceat: uide
licet rosaceo,& ijs, quę cum capitibus papaueris, uel germinibus oliuę,& corymbis hederę paran
tur: menta verò,& sisymbrio nequaquam ad repellendum. Vnde re uera non habeo, quod in hac
re exponam, quod mihi satisfaciat. Multa sanè comminisci possumus; verùm illis animus non ac-
quiescit: nisi velimus dicere mendum inoleuisse exemplari gręco. Nam & sisymbrij,& mentæ bis
meminit in gręco codice, hic quidem,& paulòpost ubi ait, Sed si spondilium, uel serpyllum inco
xeris, uel calamenthum, uel mentam, uel sisymbrium. Vt uidelicet hoc loco sit ab aliquo librario
per errorem hæc uerba apposita: ibi verò rectè. Noui equidem, quòd Steph. istius dubitationis me-
minit,& ait ipse, quòd his uiridibus his herbis utitur, inferius siccis. Viridiores enim
hę herbę propter multam humiditatem (vt docuit Galen.) minus calefaciunt. (Nam
quę aridę in tertio ordine sunt calefacientium, virides sunt in secundo.) Et cum uim
aliquam astringentem habeant, roborant etiam membrum. Sed mihi responsio non uidetur
quadra-

A quadrare. Etenim calida in secundo ordine, non video, quomodo repellant: vt saltem in initijs vtamur. Sed de his satis. Repulsa autem materia, procurandum deinde est, vt si aliquid in capite receptum est, quod vi repellentium non potuerit extrudi, illud uacuetur, & subinde ita roboretur caput: ne uidelicet amplius eos à subiectis partibus vapores recipiat. Vacuabitur autem per ea, quę attenuant, & digerunt; ita tamen, ut prius leuioribus: deinde verò, si materia crassior facta difficiliorem ad digestionem se pręstiterit, etiam fortioribus, & calidioribus. Leuiora erunt oleum simplex, non amplius immaturum, sed exquisitè maturum, & calefactum. magis autem oleum antiquum: calidius enim est: sicuti, & sycionium: item & anethinum. Hæc enim omnia modestè calefaciunt, & eam uim habent, vt materias modestè crassas digerere possint. Crassiores autem, quæ relinquuntur, quasi fæx, vacuatis nempe tenuioribus partibus, valentioribus egent discutientibus: sicut sunt spondylion, serpyllum, pulegium, calamenthum, menta, sisymbrium, & istiusmodi reliqua. quæ cùm non etiam alicuius astri-

B ctionis sint experstia, possunt quoque caput roborare, & eius particulas imbecilliores. Vnde his erit usque ad finem utendum. Quòd si interdum adeò plenum fuisset caput ex eius multa imbecillitate, vt existimaremus maiori etiam ui opus esse ad illud expurgandum, & iuaniendum: tunc essent ea administranda, quæ & per vacuationem sensu conspicuam purgant, ut per ea, quæ à græcis ... caputpurgia à recentioribus dicuntur: Item per sternutatoria, & gargarismata, de quibus & alibi multus sermo habitus est, & annuente Deo, suo loco habebitur. Hic enim non est locus propius hæc exponendi, ne nimis in longum nostra protrahatur oratio. Vnde hoc tantum exposito: nempe quod per hæc caput imprimis inanitur: ad aliam rationem caput inaniendi, & quasi euellendi crassos humores, & impactos particulis transeundum est. Ea uerò est, vt hominem dolentem ad balneas ducamus, vt lauetur, præsertim caput, ;idque siccis sindonibus fricemus. Nam balneæ fundunt humores. Siccæ autem ex sindone frictiones insignem attrahendi ex profundo uim habent: præterea & calefacta cute, digerendi. Postea verò caput sale, nitro, & sinapi aspergamus. Quandoquidem & hæc attrahendi, attenuandi, & desiccandi vim habent. Vnde ne-

C que oleo iuungendi: quia id humectat, & mollit. exiccate autem in præsentia nolumus, non mollire, & humectare. Verùm hoc animaduertere oportet, id genus remediorum non posse accommodari; nisi ubi non multa sit in toto plenitudo: alioquin magis à toto attrahendo oberit, quàm esiccando possit prodesse. Tertia autem differentia doloris capitis à causa accepti est, cùm is pendet à febris magnitudine: nimirum quia humores in toto corpore à calore uehementi febris funduntur, & quasi effeруescentes attolluntur, ac caput replent, doloremque concitant. Hanc autem, quantùs eius primum meminerit, postremum curare docet: accepta, & hic curandi ratione à rei curandæ natura. refrigerantibus siquidem utitur: ut perfusionibus capiti administratis, quæ & potestate, & actu refrigerent, quales sunt, quę conficiuntur es hydrelęo, hoc est aqua oleo immixto, oxyrhodino, decoctoque ex capitibus papaueris, & id genus reliquis, quæ omnia refrigerata, & actu frigida sunt administranda. Nam (ut docet Steph.) pręter id, quòd intemperiem calidiorem. quam capiti calidi attulere uapores, remouent, caput etiam roborant, & subinde repelluut eos, qui ad caput alioquin ferrentur, excrementitios humores.

D In dolore autem capitis, qui sanguinis fluxum, aut uomitum decretorium significat, non sunt remedia quęrenda: neque enim accidens quoddam &c.

Si uerba Galen. rectè perpendamus, hic uoluisse videtur hanc partitionem. Dolorum capitis, quidam symptomatis rationem habent. Quidam verò minimè: quia potius tanquam signa à medico considerantur, & obseruantur. Qui symptomatis habent rationem illi à medico curandi sunt: curandi autem, vt hactenus exposuimus. Qui verò rationem symptomatis minimè habent, hi nullam alioquin curationem requirunt: sed ita dimittendi sunt, atque omne negotium naturæ relinquendum; vt pote quæ pauló post superato morbo, & omnibus morbificis causis, per iudicationem liberatura sit ægrotantem à dolore, ac reliquis incommodis. Solent enim iudicationes hæc pręcedere, dolores, præsertim capitis, inquietudines, allucinationes, deliria, & reliqua istiusmodi, de quibus copiosè à Galeno in libro de Crisibus actum est. Dum enim natura ipsa concoctioni, & sequestrationi noxiorum humorum incumbit, febres uehementiores fiunt: perinde ut in abscessibus, dum pus conficitur: item & do-

lores maiores concitantur, quàm cùm iam pus factum est: vt Hippocra. quoque A secundo Aphoris. ait. Et quemadmodum confecto pure, & magis etiam excreto, dolores, & febres remittunt; ita dum natura concoctionem in febribus molitur febres augentur, & dolores. Cocto verò morbo, remittunt: ac sequente iudicatione tandem omnia tolluntur incommoda. Eiusmodi ergo dolores & si & vulgaribus, imperitisque medicis interdum timorem incutiant: peritis tamen spem, & lætitiam maiorem afferunt, cùm percipiant futuram indicationem, & integram tandem salutem. Atque

Apho. 27. ad hoc referendus est Aphoris. ille secundo libro Aphoris. Non esse timenda maiora etiam mala in morbis, cùm præter rationem fiunt. Colligendo ergo omnia, cùm dolor capitis is fuerit, qui indicet futuram paulò post morbi iudicationem, neque curandus est, neque de eo oportet alioquin esse solicitum medicum; ne, dum se profuturum credit, alioqnin obsit: facilè enim poterit esse impedimento naturæ. Vnde hoc tantum procurandum est, vt cognoscat eum dolorem istius esse naturæ. Quod vt facilius cognoscatur, quædam summatim ex libris de Crisibus desumit. Sed hic aliquantisper sistendum, & quædam necessaria cognitu considerandа. Primùm quia Galen. ait, huuc dolorem, qui ouutius est futuræ iudicationis febris per eruptionem sanguinis è naribus, vel per vomitum, B non esse symptoma censendum, sed potius tanquam signum, & illud quidem optimum habendum. Quod quidem non parum est dubium. Quandoquidem videtur Galen. sui ipsius esse oblitus. Quia dolor per se quidem, & secundum propriam rationem symptoma est: pertinet enim ad læsam sensus tactus actionem. Quomodo ergo nobis suadere nititur, non esse censendum symptoma? Deinde verò, cùm ait, non tanquam symptoma esse habendum eiusmodi dolorem, sed potius in signis bonis ponendum, videtur quasi symptomata à signis separare: cùm tamen præter ea, quæ ab his accipiuntur, quæ substantialiter rei inhærent, reliqua omnia signa à symptomatibus sint accipienda, vt secundo libro Art. medic. docuit ipsemet Galen. Ad hanc dubitationem facilis erit responsio, si eorum memores simus, quæ superius fuere exposita: nimirum quòd hic symptomatum consideratio aliquantisper diuersa sit ab ea, quæ ab ipso Galen. in libro de Differ. & Caus. symptom. exposita est. Ibi enim de symptomatibus agit secundum communem eorum rationem, quatenus morbum sequuntur, tanquam propriam causam. Hic autem non ita in vniuersum, sed magis particulatim. Nam hic tanquam symptomata in febribus habentur. Quæ quoniam insigne aliquod periculum minitantia sunt, & maius interdum, quàm ipsa febris, aliquam & ipsam iudicandi rationem assumunt, & causæ iam magis subinduunt rationem, tanque istiusmodi symptomata habita sunt, vt eo loco fuit expositum: quæ tamen minimè symptomata propriè esse possunt: & quasi symptomata à Galen. sunt appellata. Alia etiam, quæ alioquin sunt propriè symptomata, cùm nullam vim habeant propriam rationem curationis febris aliqua ex parte immutandi, neque tanquam symptomata habentur, quatenus spectat ad præsens institutum. Quare eiusmodi dolor capitis, qui decretorius est, tanquam signum futuri iuditij à medico consideratur. Et sicut dolores capitis, de quibus hactenus actum est, indicabant aliquid agendum à medico esse, vt illi tollantur, & sedentur. Ita hic ab omni medico auxilio esse abstinendum, & res naturæ relinquenda penitus, & omnino indicat; neque illis apparentibus, aliud à medico procurandum est, nisi ut ab ipso cognoscantur istius esse naturæ. Vnde quia res hæc non pauci momenti est: Ideò quicquid præsentis libri superest: id totum in docendo, qua ratione hoc medicus percipere possit, summatim tamen hic exponit. Quoniam eius copiosa tractatio ad librum de Crisibus pertinet. Reliquum est, ergo ut ad sequentium explanationem nos transferamus. D

Lect. cv. Considera igitur primùm quidem species febrium, si calidę, atque urentes sint, nam hę per excretiones iudicari consueuerunt, &c.

Tria capita, quæ, quantum ad præsens istius libri institutum pertinet, sunt cognitu utilia, & maximè à medico desideranda, proponit, & explanat. Primum, quando dolor capitis tanquam decretorius sit habendus. Alterum verò, an iudicatio instet, & paulò post futura sit, uel tardius. Tertium, cùm dolor capitis soleat non quancunque in febribus iudicationem, neque vnum tantum præcedere modum iudicationis, sed duos, uidelicet per uomitum, & per profluuium sanguinis è naribus: quomodo prænoscendum sit, an per uomitum, an per sanguinem profluentem è naribus sit iudicandus morbus. Primum itaque, nempe an sit decretorium signum dolor capitis, cognoscemus, (ait ipse) si tria considerauerimus. Naturam uidelicet febris, quantum ad eius

speciem

A speciem pertinet. Deinde modum terminationis: nimirum an ea appareant signa, quæ morbum fere salubrem ostendant, uel mortalem. Tertium est, tempus morbi: an scilicet in principio: an in incremento: an in vigore: sumpta tamen temporum distinctione à concoctionis ratione. Quatenus ergo ad primum pertinet, hoc imprimis est reuocandum in memoriam, quod sæpe aliàs à nobis ex Galen. sententia expositum est, quòd triplex est modus, quo morbi salubriter terminantur: videlicet aut per excretionem humorum per manifestam vacuationem factam: aut per abscessum: aut per coococtionem. Per primum modum velox, & cita admodum fit resolutio: per vltimum lentè, & paulatim: per alterum medio modo. Sequuntur autem diuersi hi terminationum modi diuersitatem, tùm naturæ morborum, tùm corporum, tùm temporis, & constitutionis anni. Nam morbi acuti, & qui tandem excitantur à calidis, & tenuibus humoribus, quique velocis sunt motus, hi sæpe per excretionem terminantur: sicuti exquisitæ tertianæ, & ardentes febres, quę causi dicuntur: ita & pleuritides, & phreuitides, & istiusmodi reliqui. Morbi verò, & febres diuturnę, quę & crassis, frigidisque humoribus accenduntur, paulatim terminantur, & per concoctionem, paulatim siquidem,
B vt concoquitur morbifica materia: ita vel per angustos meatus (vt hic exponit Stephan.) digeritur, vel in vrinis per hypostasin excernitur. Qui autem medio modo se habent, medium etiam terminationis modum habent. per abscessum enim terminantur: vt per parotidas, vel bubones; interdum per scabiem, vel papulas per vniuersum corpus efflorescentes. Ita etiam inuenum febres sæpe per excretionem indicantur, senum paulatim, & per concoctionem. Aestate etiam facilius per excretionem; hyeme per concoctionem. Hoc ergo primum considerandum est, vt probè discerni possit, an dolor capitis sit futuræ iudicationis signum: an potius sequatur febrem, tanquam symptoma. Quia si is morbus videatur ex eorum numero esse, qui non solent per sanguinis fluxum, vel vomitum, & tandem per excretionem indicari, non putandum est, esse decretorium signum. Alterum verò, an salubris morbus sit, an perniciosus, cognoscetur ex alijs signis, quę malignam, vel benignam morbi naturam indicant, de quibus & in Progn. lib. & in lib. de Crisi. abundè actum est, tùm ab Hippocra. tùm Galen. quę exponere ad nostrum negotium in præsentia non pertinet. Pręcipua verò signa, quę morbi salubritatem ostendunt, sunt signa concoctionis. Concoctiones enim apparentes dixit Hippocra. secundo libro Commenta. in pri-
C mum Epid. celeritatem iudicii significant, certamque salutem. Præterea verò hoc considerandum est; quia cùm morbus perniciosus fuerit, inepti, & imperiti medici erit putare, dolorem capitis posse esse signum bonum, & nuntiare bonum subsecuturum iuditium morbi. Tertio verò, & febris tempora sunt consideranda; quia nullum signum in principio morbi, dum videlicet crudus est, sed neque in cremento apparens potest bonam nuntiare crisin futuram. Loquimur autem de præsentia de temporibus morborum, quę accipiuntur à ratione apparentis concoctionis. Vnde cùm statim à principio morbi, incipit dolor capitis esse molestus, ille nequit esse signum iudicationis superuenturę. In incremento verò, & si cùm incœperint alicuius concoctionis signa apparere, possit futuram denuntiare crisin; eam tamen nuntiat, quę aut mala crisis sit futura, aut saltem non perfecta. Solum ergo dolor ille capitis poterit inditium esse citę salutis, & morbum aut per uomitum, aut per sanguinis profluuium iudicandum, qui in vigore, & iam concocto morbo exoritur. co. 45
His itaque attendentes discernere poterimus, qualis nam sit dolor capitis in febribus.
Alterum verò caput, quod à nobis aduertendum proposuit, est, an instet, & paulò post futura sit morbi iudicatio. Nam decretoria signa solent quidem crisin non multo tem-
D pore pręcedere; immò illis apparentibus paulò post iudicatur morbus. Plerunque autem futuram crisin antecedit difficilis quędam ęgrotantis tolerantia; ut eo tempore molestissimus, & longè magis, quàm antea sit ęgroto morbus, vt uix eum perferre posse uideatur. quia omnia molesta symptomata increscere uidentur. Accepta est autem hęc sententia ex secundo Aphoris. & secundo etiam lib. Commentariorum in sextum Epid. Et si die sit iudicandus morbus, nox præcedens difficilis erit: si in noctu, præcedens dies. Hippocra. tamen noctis tantum meminit. Propterea quia conturbatio hęc manifestior est, & molestiòr, quando noctu accidit, quàm quando interdiu; vtpote quoniam preter alia incommoda somnum etiam adimit; quod ægrotantibus admodum est molestum. Et fortasse etiam dic sæpius morbi iudicantur, quàm nocte, adiuta natura à calore, præsentia solis. Sed & ratio dierum non parum nobis confert ad hoc discernendum. Nam dies quidam sunt, qui maximam uim habent ad rationem indicandi morbi: sicuti illi sunt, qui propriè critici dicuntur; ut quartus, septimus, undecimus, decimusquartus, & subinde. In his frequentissimè, præsertim uerò in septimo, & decimoquarto, fiunt crises, & integrę, absolutęque. aph 13 co. 13.

In alijs autem, vt est sextus, & octauus, aut non fiunt; aut si fiant, neque perfectæ, necnon, & cum A
agitatione maxima, grauibus symptomatibus, & non modico timore, ac periculo. Quia nun-
quàm natura molitur crisin, nisi coacta à nimia morbi molestia. De his verò magis particulatim
agere ad librum de Rat. decreto. dier. attinet potius, quàm ad præsens negotium. Quare
iam ad tertium caput explanandum transeamus; nempe ut discernamus futuram iudicatio-
nem; quam ex dolore capitis significari diximus: num per vomitum futura sit: aut
per sanguinem è naribus profluentem. De hoc ergo sermone habito in hunc modum
ait Galen.

Age, iam sit dies pro magnitudine perturbationis; deinde oportet considerare &c.

Semper, vt etiam Aristotel. secundo lib. Post. analy:, docuit, si quærendum est, qualis
futura res sit, oportet prius pro constituto habere, quòd ea sit futura. Vnde cùm volumus
prænosse, qualis sit post dolorem capitis expectanda crisis: prius debemus habere pro com-
perto, consecuturam omnino crisin esse. Id verò nobis compertum erit, si iam cœperit ea per-
turbatio, quam diximus præcedere crisin: atque dolor capitis in ea ipsa perturbatione excitetur,
non autem cum alijs symptomatibus morbum concomitantibus statim à principio hominem
corripuerit. Alioquin enim (ut diximus,) si statim à principio, dum crudus erat morbus, B
inuasisset, non esset decretorium signum, sed symptoma morbosum. Hic tamen & vnum
considerandum, quod & Stephan. visus est animaduertisse: nimirum quòd potest & decreto-
rius dolor interdum inter initia morbi incœpisse: sed quatenus ad id, quòd inter initia in-
cœpit, non est decretorius. Verùm cùm iam perturbatione ea apparente, quæ solet iudi-
cationem præcedere, dolor augetur, & longè molestior fit, concocto iam morbo: tunc ra-
tionem acquirit signi decretorij, & potest esse nuntius futuræ iudicationis. Itaque si is do-
lor iam sit iudicatus talis esse, vt futuram crisin indicet, superest, vt quæramus, qualis
sit futura crisis. Multiplex enim est modus, quo iudicari potest morbus. Nam & per al-
ui profluuium: per hæmorrhoidas: per menstrua: per sudorem: per vrinam: per uomi-
tum: & sanguinis fluxum è naribus. De alijs quidem quærere superuacaneum est; quia
solummodo indicat eorum duplicem differentiam: videlicet aut uomitum, aut profluuium
sanguinis ex naribus. De his ergo duntaxat agendum; præsertim verò de futura sanguinis
eruptione è naribus. Nam & illa in febribus, præcipuè ex tenui, & calido humore pu-
trescente excitatis, quæ etiam illæ sunt, quæ frequentius per crisin terminantur, sæpius
solet iudicare. Vnde si ea apparuerint signa, quæ ostendunt ferri humores sursum ad caput, C
dolor capitis etiam per fluorem sanguinis è naribus indicandum morbum significabit. Sin
autem perturbatio iam incipiat, quam consueuit crisis sequi, & aliqua iam apparere in-
cipiant, quæ ostendant propensionem, & motum humorum ad ipsum uentriculum, ex-
pectanda crisis erit per uomitum. De his autem paulò post sermonem habebimus. Prius
enim unum exponendum nobis offertur, quod omnium eorum, quæ explananda sunt,
fundamentum est: quamuis Galen. illud ferè ad calcem istius libri, & capitis proposuerit.
Est igitur considerandum, quòd omnis crisis, quæ per excretionem fit, à facultate fit;
cuius officium est superuacua, & noxia expellere. Expellit autem ea; mouendo, ut omnis
motus inter duos terminos consistit, nempe inter terminum, à quo incipit motus, &
terminum, ad quem est motus. Quare qui exquisitè cogniturus est, qualis sit futura cri-
sis, & qua parte natura excretura est noxium humorem in crisi: imprimis oportet obserua-
re, vnde impelluntur humores, & quò tendant, vel propensi sint. Ex his enim facilè per-
cipiemus, quomodo per quam partem sit iudicandus morbus. Nam antequam succedat
excretio insignis, necesse est commoueri particulas, à quibus impellitur humor excernen-
dus; dum insurgunt ad expellendum: item & eas, ad quas fit impulsio. Hoc autem D
apertissimè percipietis, si his attenderitis, quæ Galen. exponit. Quæ vt facilius percipia-
tis, animaduertendum; quòd morborum terminatio opus est, & officium facultatis na-
turalis, cuius sedes est in uisceribus, præsertim verò in iecinore. Nam, & concoctio,
& noxiorum à bonis sequestratio, & tandem secretorum excretio istius facultatis actiones
sunt. Vnde cùm facultas, quę corpus regit, ad excernendum insurgit; commouentur
viscera, quæ istius naturalis facultatis sunt instrumenta, & sub præcordiis latent, ac
insignem transmutationem patiuntur: quam facilè diligens medicus observans, perci-
piet, & perspiciens poterit prænosse paulò post naturam, morbo superato, ad excre-
tionem morbosorum humorum properaturam. Percipiet autem sursum retracta hypochon-
dria. Fit autem ea retractio, natura iam mouente ad supernas partes excrementa, & ue-
luti protrudente. Accidit autem (quemadmodum acutè satis hic exponit Stephan.) ut
sicuti in uobis in externis impulsionibus, & iactibus, si aliqua magna iniicere, vel protru-
dere uolumus, non modò manu, sed toto etiam corpore aliquatenus rem impulsam
sequimur.

A sequimur : Ita (ait ille) & viscera , præsertim verò , quæ sub hypochondrijs continentur , adiuta aliquo modo à musculis abdominis , dum sursum impellunt excernendos succos , eositidem sequuntur , & sic ad superiora reuelluntur , vel retrahuntur hypochondria. Ita ergo cognoscemus vnde fiat motus , vel propensio futuræ indicationis : & pro ratione , qua dextrum magis , vel sinistrum hypochondrium commoueri , conturbarique viderimus; ita etiam , vel ex iecinore , vel ex liene magis concitari motionem excrementorum cognoscemus. Deinde & obseruandum est , quorsum ferantur excernendi humores , quia si per nares sint expellendi , necesse est sursum eos rapi. Si ergo diligenter attenderimus , istius raptus signa manifestissima percipiemus. Nam cùm vehemens ille dolor capitis sequatur ascensum vaporum , deinde humorum in ipsum caput , & membranas cerebri , qui , vel pungendo , & mordendo , vel extendendo dolorem excitant. & cùm is dolor possit ab his vaporibus concitati , qui per venas ad caput feruntur , possit etiam consensu ventriculi , à vitiosis humoribus , qui ad ventriculum impelluntur. Ideò doloris potest , & hanc , quæ per vomitum , & illam , quæ per effusionem sanguinis è naribus excitanda est crisis , significare. Itidem , & delirium : (Nam & delirare consensu ventriculi potest.) Ita , & splen-
B dores oculis obuersantes. Sed deinde cùm necesse sit per venas ascendere excernendos per fluxum sanguinis humores : plenæ autem venæ distendantur , & si multa sit distensio , & dolent : cùm collum cum capite dolet , iam hoc signum futuram eruptionem sanguinis è naribus indicat. Venæ enim, quæ ad cerebrum tàm exteriores , quàm interiores feruntur , per collum ascendunt. Spirandi verò difficultas indicare potest tàm futurum vomitum , quàm sanguinis fluxum , consentientibus cum ventriculo membris spiritualibus , præsertim verò septo transuerso , ventriculoque sursum elato , & id comprimente. Itemque & venæ ascendente multo sanguine sursum repletæ , & in tumorem elatæ , tùm comprimendo , tùm angustando spatium thoracis , & pulmonum , angustiam spiritus , & spirandi difficultatem afferunt ; cùm ex naribus fluxurus est sanguis. Palpitationes autem venarum in temporibus vapores in spiritus conuersos per eas uenas ascendere significant. Præterea si oculi, aut malæ rubicundiores , vel nares sint solito factæ , idipsum arguunt : videlicet sanguineos vapores , & sanguinem sursum ad caput ferri. Ita si nares prurientes cogant admotis digitis fricare , & scalpere : iam erupturum sanguinem demonstrant. Nam vsque ad narium venas materiam ostendit peruenisse , easque extremas pungere , & irritare cœpisse. Hęc qui-
C dem (ait Gal.) quantum ad indicandam crisin , satis esse possunt. Verùm alia quædam sunt , quæ huic cognitioni inseruire possunt : videlicet , quia spem hanc augebunt , & opinionem futuri sanguinis profluuij è naribus confirmabunt. Ea verò non ita signa sunt certa , & proxima istiusmodi futuræ sanguinis excretionis : sed quandam aptitudinem , & facilitatem , vel propensionem naturalem ad eam , quæ uel corporis ægrotantis rationem sequitur , aut aeris , aut consuetudinis ostendunt. Et corporis quidem ratio accipienda est , ab eius ætate , & temperatura , & ratione uictus. Nam istiusmodi criticæ excretionis , modus solet plerunque accidere in ijs , qui multo , & calido sanguine abundant. Via enim , ubi aut paucus , aut non calidus sit sanguis , aut etiam crassus , is facilè sursum ascendens iudicare morbos potest : potius enim inferius per hæmorrhoidas descendens excernetur , si sit crassus. Si frigidus , & paucus , non iudicatur per sanguinis fluorem morbus. Et propterea si calidum sit corpus , magis etiam , si & humidum. (Nam ex calore facilè attollitur in calidis : ex copia sanguinis in calidis , & humidis : item in adolescentibus , & iuuenibus vtriusque ratione , & copiæ , & caloris) huiusmodi criticam sanguinis excretionem expectare oportet. Ex ratione autem uictus , si eam seruauerit ,
D quæ & multum , & calidum sanguinem procreare solet : vt si sit factum corpus plethoricum : si solitum sit aliàs habere aliquas spontaneas excretiones , quæ ex aliquo tempore fuerint suppressæ : ut per hæmorrhoidas , vel per nares , uel per menses in mulieribus. Ex consuetudine verò , si sit assuetus , ut sæpe illi , vel dum sanus esset multus effluxeret sanguis ex naribus , uel in alijs morbis fuerit iudicatus sanguine profluente. Ex aere verò etiam aliqua accipietur indicatio. Nam vere , & ęstate sæpius fiunt crises per eruptionem sanguinis per nares : hyeme verò rarius. Itidem etiam potius calidioribus anni constitutionibus , quàm frigidioribus. Sed nec solùm his omnibus diligenter obseruatis , futurum sanguinis profluuium pręsagire poterimus. Verùm & ex qua nare. Quia primum si retractum magis dextrum hypochondrium senserimus , per narem dextram erupturum sanguinem sperandum est : per sinistram verò , si sinistram. Hoc enim nos docuit Hippocra. quòd plerunque omnes abscessus, & ad excretiones κατ' ἴξιν, hoc est per directum ad affectam partem fieri solent. Ita quoque si collum in dextra parte magis condoleat : si tempus dextrum magis palpitet : si oculus dexter , & facies dextra magis rubeat sini-

ſtra: ſi maior pectoris anguſtia ſit in dextris, quàm in ſiniſtris: (nam ꝙ ex iecore fiat impetus aſcen- A
dentis ſanguinis ſignificat) contra autem, ſi ex liene. Interdum autem non modò vtilis erit
hęc cognitio ad curandi rationem, ſed & apprimè neceſſaria. Etenim ſi ſuccedat immodica excre-
tio, facilius cohibebitur per cucurbitulas hypochondrijs affixas ea parte, vnde originem ha-
buit, vt ſuperiori oſtendimus capite. Quanuis ſoccordia, vel in curia medicorum (aut ipſe) e-
ò res iam peruenerit, vt credantur hæc omnino non poſſe arte medica cognoſci: cùm tamen
ſint facilia cognitu ei, qui vel mediocriter diligens fuerit. Neque modò hanc criticæ excretio-
nis rationem cognoſcere poſſumus ſequentes hanc eandem methodum, verùm etiam futurum
vomitum: quanuis rem hanc particulatim non expreſſerit Galen. Semper enim ſi duo ſimilem
rationem habeant, alterius tantum meminit, diſtinctè; & eadem ratione alterum nobis in
ueſtigandum relinquens. Vnde ſi iam ſuperueniente dolore capitis, & apparente ea conturba
tione, quæ criſin præcedere ſolet: incipiat quidam veluti morſus cordis; ventriculi faſti-
dium, aliqua vertigo, oculorum obtenebratio, raptum bilioſarum materierum ad ven-
triculum demonſtrant, à quibus vapores excitati ſurſum verſus caput feruntur. Cùm verò
iam labium incipit palpitare, vel tremere, nobis innoteſcit inſtare vomitum. Magis quo-
que, ſi tenue ſputum ex ore fluere incipiat. At ſi murmurent inteſtina, pungantur etiam, flatus in- B
ferius reddatur, aliqua concitentur tormina, humores ad aluum inferiorem declinare ſignifi-
cant. Sed hęc tractatio ad librum de Criſibus pertinet: ibique copioſè, & apertè res hæc expoſita
eſt. Quare neque in longius de hac re ſermonem protraham. In fine autem iſtius capitis tranſitum
facit ad ea, quę ad ſequentem librum pertinent. Sed nos hic conſiſtamus, vel potius reuertamur ad
ea, quę hactenus expoſita ſunt: ut aliqua addamus, quæ illis deeſſe videntur. Diximus enim, quòd
horum duorum ſymptomatum tantum meminit in hac ultima iſtius libri parte. Quia nobis hæc
exempla eſſe poterant, ad quę reſpicientes reliquorum ex nobiſmet ipſis poteramus metho-
dum, & curandi rationem inuenire. Vnde quia hoc non vobis omnibus forſitan ęquè notum
eſt, non erit à noſtro inſtituto alienum, ſi facta aliquorum ſectione, uiam, & modum
oſtenderimus, quo ſit illis occurrendum, quando nimis moleſta ſunt ipſis ægrotantibus,
eandem methodum inſequendo, quam Galen. in animi deliquio, & capitis dolore ſecutus
eſt. Et hæc tria ſymptomata accipiamus exponenda: vigilias immodicas: ſomnum immo-
dicum: & ſitim importunam. Primumque de uigilia agamus; ut pote quę magnis ſit dolori
capitis ſimilis: poſtea uerò de ſomno, qui uigilię omnino aduerſarius eſt, tàm ex propria ra-
tione, quàm ſi vtriuſque cauſas ſpectauerimus: ita enim collatis inter ſe duobus ſymptoma- C
tibus oppoſitis, res clarior euadet. Sed quędam prius explananda ſunt, in quibus vniuerſa
ferè uis eorum, quę dicenda ſunt, ſita eſt. Hoc itaque imprimis conſiderandum eſt, quòd ſi-
milis ratio omnino eſt, & doloris capitis, & vigiliæ. Nam ab eiſdem cauſis vtrunque exci-
tari poteſt, & ad eandem particulam vtrunque pertinet; quanuis non ad eandem partem
eiuſdem particulę, vt aliàs me oſtendiſſe memini. Porrò in capite, ad quod vtrunque hoc
ſymptoma pertinere primum omnes fatentur, multę ſunt partes facultatibus differentes.
Nam eſt cerebri ſubſtantia, quę aut nullo ſenſu tactus prędita eſt, vt ſenſit Ariſtot. aut admo-
dum exiguo, vt quandoque uiſus eſt Galen. ſenſiſſe. Vnde neque poteſt inſignis alicuius do-
loris eſſe particeps. Quia dolor ſequitur conditionem ſenſus. Membranę uerò cerebri, prętę-
rea & arterię, & venę inſignem ſenſum habent, pręſertim verò membranę. Quare partes hę ue-
hementibus obnoxię ſunt doloribus. Sed cùm cerebrum deinde alias habeat facultates ſibi pe-
culiares, & proprias; ex ſuę ſubſtantiæ tranſmutatione, quanuis non doleat; alia tamen pati-
tur moleſta ſymptomata, pręcipuè verò ſi uentrium naturalis ſtatus, & temperies a cauſa
morboſa tranſmutetur, afficiaturque. Et ſicuti hę facultates diuerſę in cerebro ſunt: ita uaria ha-
bent inſtrumenta: quę ſi malè afficiantur, uel alioquin lędunt eas actiones, quę ab illis faculta- D
tibus edendę ſunt, quarum ſunt inſtrumentum. Vnde cùm ad cerebrum attineat omnis, & ſomni
& uigiliarum ratio, ſi eius pars, in qua uis eſt uigilias, uel ſomnum inducendi tranſmutetur; ſi qui-
dem ad calidum, & ſiccum, ſequentur uigilię immodicę: ſi uerò ad frigidum, & humidum,
ſopor. Sed ſi pars ea, in qua cogitatio ſedem habet, vitio aliquo corripiatur, ſequetur de-
lirium, uel amentia. Et ita etiam ſi memoria. Ita ergo eadem cauſa, verbi gratia idem humor
aut eadem intemperatura, ſicuti bilis; aut bilioſus uapor, aut calidior, & ſiccior con-
tracta in cerebri membranis intemperies, aut pungendo, & mordendo, aut calefaciendo
faciliè poterit uehementes commouere dolores. At ſi cerebri uentriculos occupauerit, non
amplius ingentem dolorem; quia ea particula non eſt magni doloris capax: ſed aut uigi-
lias, aut deliria, aut aliam internam facultatum oblęſionem; pro ratione, qua organa uel hu-
ius, uel illius magis lęduntur: & aliquando plures, aliquando pauciores; pro ut læſio
plures, uel pauciores pertingerit partes. Et quot modis poterit capitis dolor concitari; eiſdem
& vigiliæ, & deliria, & id genus reliqua, & ab eadem cauſa. Et ſicuti varius eſt cauſæ modus: ita

&

A & curationis. Ac eadem partitione in inueniendis differentijs uigiliarum vtemur, qua & in capitis dolore: habito videlicet respectu ad ipsam causam. Nisi quòd hac ratione differunt, quòd dolor duplicem habere potest causam proximam: intemperaturam scilicet, & continui solutionem, quæ sequitur, aut punctionem, aut erosionem, aut distentionem partium. Vigiliæ verò solam cerebri intemperaturam calidam, aut siccam: Ideò in uigilijs non sunt quærendæ tot differentiæ, quot in dolore capitis: sed illæ solum, quæ sequuntur transmutationem cerebri ex mutatione sui intemperamenti. Sequamur ergo eandem methodum, quam in inuestigandis causis doloris capitis secuti sumus, quantum saltem ad eas partes pertinet, quæ ad intemperatura accipi possunt. Et dicamus ita hic, vt ibi, quod caput lædi potest, & ad vigiliam immodicam perducí, uel proprio suo affectu: nempe si contraxerit calidam siccam ve, præsertim verò siccam intemperiem: quis & calida possit vigilias concitare. Potest etiam fieri vigilia consensu alterius partis, præcipuè verò uentriculi. Vt enim dolor potest ex affecto uentriculo in capite concitari, consentientibus videlicet mẽbranis cum ventriculo: Ita etiã consentiente parte ea cerebri, in qua sedem habet somnus & uigilia, per intemperiem summè calidã, & siccam, si quando biliosi humores in ventriculum sint congesti, quorum uapores ad caput elati illud exiccent, & calefaciant, in

B uigiliam propensus redditur ægrotans; immò, & melancholici, cùm exiccent: magis verò, si putridi: acriores enim fiunt per putredinem. Nec modò consensu ventriculi, sed & cum toto capite consentiente coniugunt uigiliæ, vt in febribus, cùm ex putrescente materia, aut suapte natura calida siccave, aut ratione putredinis elatus uapor caput petit. A putredine enim (ut ait Gal. tertio libro Cõmentariorum in tertium Epid.) acredo oritur, quæ inducit vigilias. Per primarium autem cerebri affectum ortum habent uigiliæ, quando aut nimis calefactum est cerebrum, uel quando exiccatum. Quod duobus modis esse potest, quia aut ob solam intemperiẽ citra consortium alicuius materiæ fouentis illam intemperiem: aut cum materia. Ex materia autem tripli ci potest fieri uigilia: ex biliosa, ex melancholica, & ex pituitosa. Sed aliæ suapte natura ob naturalem earum siccitatem possunt afferre uigilias. Pituita verò non nisi quæ salsa est, & quæ ex multa putredine acrior, & calidior facta est. Vnde cùm omnibus his etiam causis dolor quoq; capitis excitari possit, & cũ horum omnium ratio curationis petenda sit à ratione causę, necesse est, ut similis curatio sit differentiarũ uigiliæ cum curatione earum differentiarũ doloris capitis, quę similes habent causas. Et cùm superius omnem rationem doloris, si is à materia præsente foueatur in triplex caput resoluerimus: nẽpe in obstructionem, multitudinem, & inflãmationẽ: ita uigiliæ

C itidem vniuersam rationem in eadem resoluere possumus. Nam cùm ex obstructione exitus (ut diximus) præcludatur excrementis, si talia detineantur excrementa, quæ uel calidiora sint, uel ficciora, & tandem eius naturæ, quæ possint uigilias afferre, eas concitant. Multitudo quoque eorum humorum, quos paulò ante retulimus, potest in causa uigiliarum esse. Item & inflammatio: ea verò imprimis, quæ ex bilioso sanguine, uel ex salso humore procreatur. Et tandem etiam si aduerterimus diligenter, facile easdẽ causas inueniemus, cur caput repletum fuerit his, aut uaporibus, aut humoribus, qui uigiliarum occasionem præstare possunt. Quoniam aut ob uehementiam febris, eiusque calorem, à quo funduntur humores, & fusi facilè ascenduut: aut propter imbecillitatem capitis, qua excrementa aliunde transmissa facilè ab eo admittuntur: aut ob corporis plenitudinem. Et prout horum vnicuique docuit occurrere ad tollendum capitis dolorem: Ita eadem ratione nos uti possumus, ut occurramus uigilijs importunis. Quare, & superuacaneum uidetur in his repetendis tempus conterere. Egimus enim de his paulò ante cum Galen. satis copiosè. Transeamus ergo ad aliud symptoma huic contrarium ad somnum videlicet immodicum, uel soporem. Quod quidem sicuti contrarium est: ita contrarias habet causas. Contrariorum autem (ut philosophi tradidere) eadem ratio, eadem itidem est disciplina. Vnde quot

D sunt differentię vigiliarum, totidem erunt & importuni somni concitati in febribus: nimirum ex collatione eius cum suis causis, præterquàm quod vtriusq; contrarię sunt causæ. Somnus enim pręcipuè ex humiditate, deinde ex frigiditate concitari solet. A causis ergo humectantibus, & refrigerantibus cerebrum concitari solet, & quot modis poterat siccior, calidiorve cerebri temperies uigiliarum esse in causa, tot humidior, & frigidior somni. Si ergo fuerit in ventriculo multa congesta frigida, & humida materia: nempe pituitosa, uel per exhalationes ab ea ad caput elatas: uel per ipsos neruos naturali consensu communicata frigiditate, & humiditate cerebro, facilè potest somnus conciliati; præsertim uerò in initijs accessionum, quando alioquin etiã refrigeratur, confugiente sanguine, & natiuo calore ad intimas corporis partes. Quòd autem facilis sit is consensus, potest eo argumento ab experientia deprompto comprobari. Multos enim uidemus, qui dum famem patiuntur, uariè affliguntur. Alij statim dolore capitis tentantur. Alij verò morosi, & iracundi fiunt. Alij quiescere nequeunt. Alij nunq̃ dormire. Nonnulli etiã conqueruntur de quadam capitis grauitate. Quidam in somnum procliues sunt. Nam famescens uentriculus, cùm non offertur cibus, quem appetit, aliò conuersus à venis ad eum pertinentibus attrahit:

Cõ. 16

Lect. CVII.

attrahit; & cùm viscera, si quid boni alimenti in eis sit, in se contineant, ut eo alantur: quod verò A
inutile, & excrementosum est, permittant attrahi: pro ratione quidem attracti humoris uaria se-
quuntur incommoda. Et.n. si sit biliosus, & ad os uentriculi ascendat, hominem ex molestia in
eo percepta reddit iracundum, inquietum, morosum. Si in fundo resideat vapore ad caput ab eo
ascendente concitatur, aut dolor capitis, aut vigilia, vel utrunque. At si pituitosus sit humor, &
hominem in somnum propensum reddet, & grauitatem capitis, & interdum dolorem resoluto
eo humore inflatulentum spiritum excitabit. Ecce ergo quàm facilè in affectibus uentriculi secū-
dum omnem rationem caput afficiatur. Præterea verò & refrigerato capite primariò conciliari
potest somnus, & humectato. Nam hyeme in somnum procliuiores sumus, quàm æstate, & plu-
uiosis temporibus, q̃ serenis. Ita facilè in somnum (ut paulò ante diximus) in initijs accessionū
procliues sumus, & id interdum sine alicuius materiæ fomento, aliquando ex materia, vel in ca-
pite contenta, vel in venis in habitu totius corporis, quæ à febre fusa frigidis, & humidis uapo-
ribus caput replet. Curatio autem per remedia quidē contraria instituenda est, eadem tamen me-
thodo seruata. Nam si ex ventriculo ad illum dirigenda est curatio, aut per uacuationem, uel per
transmutationem: calefaciendo videlicet, & siccando, & tandem ea ratione, quam docuimus
succurrere in dolore capitis, aut lipothimia pendente à vitio ventriculi, uel ex eius aliqua intem B
peratura, uel ex uitiosis humoribus in eo congestis. Sed si ex multitudine crudorum, & frigido-
rum humorum in toto, illi imprimis erunt ea ratione euacuandi, quam exposuimus in cura quo-
tidianę febris. Si ab intemperatura aliqua contracta in cerebro, si ea sine materia fuerit, calefacien
tibus, & siccantibus erit corrigenda: si cum materia, illa etiam erit inanienda, aut ijs, quę caput
per os, uel nares purgant: uel illis, quæ attenuando, & discutiendo, de quibus cum sit alias abun
dè disputatum, superuacaneum videtur in præsentia eadem repetere. Procurandū præterea est,
ut addatur robur capiti, quæ omnia in curatione doloris capitis sunt à Galen. exposita. Vt tamen
id sit aduertendum, quod tanquam cōmune pręceptum in omnibus his superius nobis traditum
est, q non faciles in his symptomatibus ad ea particulatim curanda debemus esse; sed quantū pos-
sumus incumbere curationi febris: conuertere verò nos ad horum vacuationem, si illa adeò au-
geantur, ut iam timeamus futurum aliquod periculum. Vnde sæpe satis erit, cùm procliues sunt
in somnum, eos excitare, vocando, stringendo manus, aut pedes, oblato acri aceto odorando, &
simili aliquo, facilique remedio. Ita etiam in vigilijs, quiete, leui, ac facili artuum frictione, lotio
ne etiam ex aqua dulci calida, in qua fuerint cocta refrigerantia, & humectantia, ut sunt lactuca,
uiolę, flores nimphęę, & istiusmodi reliqua. At ubi res magis urgeat, tunc aggredi oportet eas ra- C
tiones curationis, quæ hactenus fuere institutæ. nec de his plura tractanda mihi in præsentia uidē-
tur. De tertio itaque symptomate breuiter, & summatim nonnulla dicamus, hoc est de siti: cuius
comes est linguę ariditas. Et sicut hæc, de quibus sermonem hactenus habuimus, ad caput perti-
nent: Ita & sitis ad uentriculum, pręsertim verò ad os eius, sicuti & fames, magis pertinere vidē-
tur, & cùm immoderatæ sunt rationem habent actionis vitiatæ. Sitis itaque, quæ (ut Arist. secun-
Ca.30 do de Anima dixit) appetitus est frigidi, & humidi, à duabus causis (ut primo de Simpl. med.
facul. docuit Galen.) proximè ortum habet: ex humoris defectu: et excessu caloris: interdum
verò ex utroque simul. Ex calida ergo, & ex sicca intemperie concitatur sitis, & ex calida, siccaq;:
& his aut cum materia, aut citra materiam. Materia verò, quæ sitim affert, aut biliosa est, pręser-
tim uerò cùm in uentriculi tunicis recepta est, & absorta: aut pituitosa salsa. Siticulosus autem
est ventriculus interdum ex suo proprio affectu: interdum autem consentiens cum alijs. Con-
sensu autem iecinoris sępe sitimus. Nam & inflammationum illius visceris, reliquarumq; affe-
ctionum calidarum ipsius comes esse solet sitis. Consensu etiam cordis, si ipsum calido aliquo
tentetur affectu. Item ex pulmonis, & gulę, & totius tandem corporis: ut in vehementibus febri-
bus, & squalido corporis habitu. Vnde in remouenda, uel mitiganda siti, propria, & vera cura- D
tio esset, causam remouere; & si ea pendeat ex consensu ventriculi cum aliis particulis, danda
esset opera, ut curarentur affectus earum: quia illis desinentibus, desinit & sitis. Ita si totius corpo
ris consensu, pro ratione affectus refrigerandum, & humectandum esset, aut balneis, aut medica-
mentis, pro ut & res ipsa exigeret, & ratio febris admitteret. Et si primario affectu ventriculus
esset sitibundus, & laboraret intemperie calida, siccave, citra materiam, agendum esset refrigerā
tibus, tàm cibis, quàm potu, quam etiam medicamentis. Cibi quidem humectantes, & refrige-
rantes: ut esset ptissana; panis lotus, & coctus. uel iure galinaceo, & conditus lacte amygdalarum
dulcium, aut seminum melonis, uel cucurbitæ, uel aliorum id genus: lactuca pręterea, endiuiaq;
& id genus reliqua comesta. Potus sit aqua hordeacea, addito sirupo violaceo, uel alijs istiusmo-
di. Pręterea verò caput perfundendum oleis refrigerantibus, aut alijs refrigerantibus perfusioni-
bus; uel embrochijs. Per neruos enim statim exorientes à cerebro quorum multorum particeps
est ventriculus, consentit primum, & fit particeps etiam ventriculus earum transmutationum,
quæ fiunt in cerebro. Nec modò hęc, quę capiti administrantur, plurimum si opportunè fiant,
prosunt

A prosunt uentriculo; uerùm & ea quę pedibus. Vnde, & balneę pedibus ex aqua dulci adhibitę non parū proderunt. Lotiones etiam ori adminstratę ex aqua hordei, ex aqua communi simplici non parum facient. Item si lactucę folia aqua frigida perfusa ori indantur, & cùm exiccata fuerint, abijciantur, appositis alijs recentibus. Possunt & frustra malorum resecta, ueluti in laminas tenues, & aqua macerata, in ore super lingua eodem modo teneri, & cucumerum, uel melonis indi, quem anguriam appellamus. Faciunt hęc omnia ad mitigandam sitim, donec causa sit penitus ablata. Caules etiam duriores lactucę dissectos ad magnitudinem nuclei prunorum. Item & ziziphæ aqua maceratæ commoda erunt auxilia. Quòd si materia prӕterea adsit, quę calorem, & siccitatem foueat, blandiri quidem his interim oportebit. Pręcipuum verò est incumbere, ut ea purgetur ea ratione, qua purgandam esse in superioribus lectionibus docuimus. Ecce ergo, ꝙ in vniuersum eadem, aut similis methodus est occurrendi omnibus symptomatibus, quę febricitantibus molesta sunt. In reliquis autem explicandis non protrahemus rem in longius, ne nimium temporis dispendium faciamus. Præstaturum.n. putamus, vt aliqua dę febribus pestilentibus exponamus, quę, & si in ijs, quæ hactenus tractata sunt, esse potestate contenta, tùm primo de Differ. feb. tùm hic uideri possint. Quia tamen nullæ sunt cum maioribus,
B pluribusque, & deterioribus symptomatibus, quàm pestilentes: Forsitan si particulatim agamus, erit uobis magis satisfactum.

VICTORIS TRINCAVELLII

DE FEBRE PESTILENTI.

C

CVM Febris pestilens neq; ad vnam tantum febrium primam differentiam attinere possit, neque vnam simplicem habeat rationem, sed duplicem: nempe quia altera est eius differentia, quæ ad hecticarum febrium genus pertinet: altera uerò, quæ ad genus putridarum. Prioris quidem curatio potest in vniuersum in curatione hecticarum contineri. Particulatim autem superuacaneum videtur velle, aut docere, aut literis mandare eius curandę methodum, cum omnino adeò curari non possit, vt neq; etiam in longum admodùm uita protrahi. neq;.n. tandiu viuere possunt, ut in marasmum transeat: quemadmodum docuit Gal. Aliarum verò curatio in ijs, quę de ratione febris putridas curandi dicta sunt, & in illis, quę de curatione febrium cum sympto- Lect. cviij.
D matibus vniuersa (vt dicemus) continetur. Nā ab alijs hæc differt per eximiam quandā putredinē, & maiorem (vt docuit Gal. primo lib. Com. in sextum Epid.) q̄ in alijs putridis febribus. Præterea verò, quia hanc, & plura, & maiora, deterioraq; symptomata, q̄ alias semper (ut ex sententia Ruphi retulere Paulus, Oribasius, & Aetius) concomitantur. Ideò, & hoc illis addendum esset, ꝙ quanuis eędem indicationes, & communes in vtrisq; sint scopi: attamen hæc, & exquisitiori (vt quarto de Rat. vict. in acu. mor. traditum est) egent curatione, & maiori diligentia tractandæ. Possemus his paucis esse contenti. Verùm quoniam hisce temporibus iuniores quidam, vt sapientiores videantur, paradoxa quædam defendenda suscepere, multaq; tàm ad cognitionem, quàm ad curationem spectantia, in controuersiam iterum, & quæstionem reuocant, non animaduertentes, ꝙ dum paradoxis iuuenes allicere putant, in paraloga præcipites incidunt. Ideò, licet passim iam lectiones nostras ab hinc tres annos domi institutas multi habeant, in quibus ea omnia disquisita habentur, quæ ad hoc negotium pertinere possunt: Voluimus tamen ea iterum ad incudem perducere, vt nonnullos, qui postea exorti sunt, errores extirpemus, & hoc in nostram vtilitatem. Itaq; tanquam constituto hoc accepto, ꝙ quanuis à pestilentia febris pestilens Cō.

suam

suam habuerit nuncupationem; non tamen omnis febris, quæ pestilens est, item & pestilentia di- A cenda. siquidem pestilentia in morbis epidemicis est, qui cõmunes sunt, & multos eodem tempore adoriuntur. Pestilentia.n.(vt dixit Gal.) est epidemicus morbus perniciosus, qui plerosq; quos apprehenderit, interficit. Id genus autem morbi communem aliquam causam sequuntur: vt sunt, aut aer vitiatus: aut aqua, qua vtimur: aut communis in aliquo loco, & vitiosa ratio victus. Sępe autem videmus aliquos, præsertim verò in magnis ciuitatibus, vbi varij, ac multiplices in victu committuntur errores, qui à febre maligna, non ex communem aliqua causa, sed eadum taxat priuata victus ratione, quam ipsi seruarunt, corripiuntur, similis formæ, & eiusdem malignitatis cum illis, quæ per ciuitates in pestilentijs vagari solent. Hæ ergo pestilentes febres dicuntur, non autem pestilentia. Immò interdum febres possunt inter initia esse tantum pestilentes, quæ postea in pestilentiam transeant. Sicuti aliquando ex contagio potest pestilens qualitas habuisse ortum, quæ dum ex negligentia hominum ad multos serpit, potest ex malo vapore ab infectis iam corporibus putredine quadam aer affici, ita ut & ipse pestilens reddatur. Quamuis ergo, & pestilentia, & pestilens hoc modo febris hac, quam nuper exposuimus, ratione differant: attamen quia vtraque unam, & eandem ideam, & eundem characterismum habet: vna, eademq; tractatione vtranq; complectemur. Rem itaq; iam persequamur; & cùm nemo non B concedat febres reperiri, quæ pestilentes sint, ordinem quæstionum ab Arist. propositum sequentes, deinde inquirendum proponamus, quid sint eiusmodi febres, & quam rationem habeant, cur pestilentes dicantur, & fint. Quidam autem sunt his temporibus, qui dicant, in duobus primum consistere omnem istarum febrium rationem. Nempe in modo putredinis: quia ex putredi-

C6.19 ne suum habent ortum. Primo si quidem lib. Com. in sextum Epid. Gal. ait, pestilentes febres putridum habere calorem, & excellentem quandam putredinem. Deinde verò in materia, quę putrescit, & vnde accenditur ea febris. quoniam in hac febre vniuersa (vt aiunt ipsi) humorũ massa computrescit in venis: cùm in alijs continentibus febribus non putrescat vniuersa hũmorũ cõngeries, sed certus aliquis humor, uel partes aliquæ humorum. Differte autem mutuò illas differentias febris pestilentis aiunt, quarum superius meminimus, quòd cùm putredo in venis excitatur, putredo inquam omnium humorum, est febris pestilens putrida: cùm verò in corde sit humorum, putredo ea propriè est pestilens hectica: quia necesse est unà & parietes cordis cõputrescere. Addunt præterea, q non modò putrescente uniuersa humorum farragine potest concitari febris pestilens, uerùm & si sanguis purus, ut est humor ab alijs secretus, putrescat. Sed & illud tanquam corollarium prædictis adiungunt (q tamen videtur prædictis aduersari) q potest inter- C dum, accendi febris pestilẽs, non putrescente tota ea humorum massa, sed ex parte tantum, cùm in aliqua seorsum particula putrescens, ut in inflãmationibus putrescere consueuit, sanguis compactus, & infartus. Quod ea ratione probare nituntur, quia interdum uisę sunt anginę pestilentes, & pleuritides, quę ab alijs nõ pestilentibus differunt inflãmationibus. quòd(vt ipsi videntur interpretari) in pestilentibus putrescit sanguis, in alijs assatur, & supercalefit in eo priuato loco, & febres periodicas accendit. Hæc sunt horum decreta, in quibus id possum pronuntiare, quod de antiquis dixit Auer. q verba onerabant sententijs: ita hi verba hæc onerant erroribus. plures siquidem sunt errores, quàm verba, & adeò euidentes, vt ne summis quidem labijs degustasse videantur antiquorum, & probatorum auctorum doctrinam. Nos autem aliquos colligamus, & eos, qui maioris momenti sunt, ne plus temporis, quàm par sit, conteramus. Primum ergo ex hac totum positione sequitur, q omnis febris pestilens sit synocha, & q nulla alia febris possit esse pestilens, nisi synocha. Quia & ipse Gal. sentit, quod synocha accenditur, cùm sanguis vnà cum alijs humoribus putrescit in venis: sicuti & cùm in aliqua particula fiunt inflammationes, & (ut ipsi aiunt) pestilentes. Immò etiam, quod magis ad rem nostram facit, si solus citra alios humores sanguis putrescat, fit pestilens febris: non potest autem putrescere, quin & alij humores pu- D trescant: quia eius pars tenuior in bilem, dum putrescit, vertitur: crassior verò in hummorẽ melancholicum. Nunquam ergo reperiri potest putredo insignis sanguinis synceri. Quòd autem hoc absurdissimum sit, nemo est, si modò sit uel parum in doctrina Gal. uersatus, qui non viderit. Gal. enim in secundo lib. de Cris. synocham febrem cum ardentibus, tanquam vnam eius speciem collocar. Plurimæ autem febres pestilentes non sunt calore uehementes, ut non de Simpl.

C2.4. med. fac. ait idem Gal. Vnde tertio de Cris. distinguens magnitudinem morbi à modo, per quem malignus dicitur, vel benignus, inquit, debiles, & paruæ febres sæpe valde malignæ sunt: aliæ verò calidę, & incendentes sunt: quæ tamen periculo carent. Sequitur item ex hac istorum opinione, quòd omnis febris pestilens item esset hectica, & disperatæ salutis. Quòd tamen falsum est: Nam sunt multi, qui euadunt à pestilentibus febribus. Quòd autem hoc sequatur, probamus ex suismet placitis. Quoniam si putrescente vniuersa humorum massa, accenditur febris pestilens, necesse est, vt & qui in corde humores sunt, putrescant: quandoquidem, & illi in humorum massa continentur. At cùm putredo in corde est, ea febris pestilens hectica est. Nisi dicat,

excipien-

A excipiendos esse eos humores, qui in corde sunt; quos natura magis ad extremum vsq; custodit quòd quidē si dicant, rerū naturaliū magnā ostendent ignorationē. Quia neq; nnq̄ fieri poterit, ut si tota humorū moles in uenis insigni putredine putrescat, non etiam putrescat ea pars, quæ in corde est, si, & ali cor, & spiritus in corde ex sanguine gigni necesse sit, & continenter sicut attrahitur ex venis iecinoris sanguis à corde, ut & eo alatur, & ex eo gignantur quotidie spiritus: ita in pulmones, & alias partes per arterias distribuuntur. Etenim cùm sit vniuersa farrago humorum facta in hac febre putris, non poterit attrahi, nisi sanguis putridus à corde. Nulla ergo ois tuēri cor poterit, quin ipsum repleatur humore putrido, quem necessariò, si illi uiuendum sit, attrahit. Non animaduertunt etiam, q̄ si aliquid in eo erit contentū, qood integrū, & expers putredinis sit, necesse erit, ut & ipsum putrescat, dum cum eo miscebitur sanguis attractus ex venis, qui iam putridus est. Nam si putrescentibus (vt ipsi asseruot) humoribus in corde, necesse est, eam esse febrem hecticam; quia sit necesse cordis parietes putrescere, longe facilius homores, si qui sint integri, immixtis illis putridis, qui continenter attrahuntur à corde, cum illis cōputrescent.

Accedit ad hoc, quod omnis synocha febris cum putredine erit febris pestilens, cùm ex eorum decretis in potrida febre synocha putrescat simul sanguis cum alijs humoribus in uenis: siue ille
B sit solus: (solus.n. putrescens (aiunt ipsi) accendit febrem pestilentem) siue cum alijs putrescat. Nam nihil aliud est sanguis cum alijs humoribus, siue sit cum eorum sub dominio, uel vtcunque alioquin sit; nisi tota humorum massa. Sed & alia ratione ex dictis Gal. ostendemus, quòd si ita est, vt ipsi [illegible] rmant, necesse est, nullam pestilentem febrem, siue putrida sit, siue hectica, unquam posse curari. Cùm enim totus sanguis potrescit, uel alioquin uitiatur, (ot in lib. contra Iulianum docuit Gal.) morbi, qui inde oriontur, curari nequaquam possunt. Ita.n. ait, Non pollicentur medici se omnes morbos ex uitiato humore, omnemque corruptionem sanaturos: sed eos tantum, in quibus corpus adhuc validum sit, & vires robustę; non autem quando sanguis penitus sit corruptus, & factus ęrugioosus, ut & assumptom alimentum in corroptelam trahat: verùm quando potius potest ab accepto alimento contemperari. Grauissimè etiam ea parte peccant, qua dicunt, hecticam pestilentem accendi ex putredine orta in corde; qoia sit necesse parietes cordis computrescere. Vtrunque enim falsissimum est, & decretis antiquorum, & probatissimorum auctorum aduersarium. Quoniam si ex potredine humorum cordis accendantur febris hectica: (neque.n. aliud intelligere possunt, cùm aiont, si adest porredo in corde, sit febris pestilens hectica: quia oon potest referri id, oisi ad humores cordis: subdunt enim, quia necessariò computrescunt parietes) sequetur hoc absurdum, q̄ non possit fieri hectica pestilens statim à principio incipiens: sed erit necesse, ot illa semper putridam sequatur. Nam si ideò hectica est, quia putrescentibus humoribus ab eis in parietes cordis transit putredo; in putrescētibus autem humoribus consistit ratio febrium omnium potridarum. non ue.n. primo de Differ. febr. probauit Gal. ex sententia Hippo. febrem ephemeram in spiritibus primū accendi putridam in humoribus: hecticam in solidis membris? Non poterit crgo pestilens hectica accendi, nisi prius accendatur, & pendeat à putrida. Gal. tamen tertio de præsag. ex pul. apertè pronunciauit, non paucas febres ab initio statim esse hecticas. Qnòd etiam dicant, q̄ si adsit humorum putredo in corde, necesse sit, & parietes computrescere, mihi ineptire videntur. Quæ enim quæso est, hæc necessitas, quæ cogat cor computrescere: cùm humores sæpissimè in continentibus, & acutis febribus, ut in synocha putrida, in uenis insigni etiam putredine putrescant; nulla tamen cogat necessitas computrescere parietes uenarum, uel arteriarum, in quibus illi putrescunt. Nisi quis fortasse dicat, natoram magis solicitè tueri venas, & arterias, q̄ cor. Sed etiam cùm dicunt solum ex sanguine in venis totius corporis computrescēte, aut ex vniuersa humorum massa solum, ex alijs humoribus, non autem particulatim ex putredine aliorum humorum, pestilentem febrem accen
D di, homiois est, qui neq; animaduerterit, quæ qnotidie in ægrotantibus conspiciuntur, neque legerit, qoæ de his febribus ab auctoribus, à quibus medicinam docti sumus, literis mandata sont. Quot.o. pestilentes febres sunt, quando multus est ex anni aliqua pestilenti constitutione earum proueniu, in quibus si urinas, si alui deiectiones, si periodorum rationem, si tandem reliqua symptomata, ac demum ætatem, temperaturam, anni tempus, uictus rationem respiciamus, omnia formam biliosę febris ostendunt, quæ ex bile putrescente accensa sit. Sed si velimus ea etiam examinare, quæ Hipp. describens pestilentes constitutiones, quæ suis accidere temporibus, & quæ in Comentarijs Gal. eas explanans exposuerit: si ea preterea, quæ particulatim ab eo obseruata sunt, dum morbos diuersorum proponit in exemplum, luce clarius percipiemus, multos in illis pestilentijs certissimè laborasse febribus, & alijs morbis ex bile ortis. Nam (vt Gal. tertio libro Com. in tertium Epid. ait) à ratione insiti in nobis caloris generantur, & augentur in nobis humores: qui si exquisitè fuerit temperatus, quantum naturæ ratio in nobis requirit, multus in nostris corporibus generatur sanguis. Sed si ad igneam naturam conuertatur, multam, aut flauam, aut pallidam bilem gignit. Atque ita de alijs humoribus intelligendum est. At verò si externus calor,

Ca.7.
Ca.4.
Có.22

calor, qui est præter naturam, accedat, & afficiat corpos, & humores in eo congestos, in causa est cur putrescant humores, & ioterdum maligna putredioe, qoicunqoe sint humores illi: Et proinde quanuis eadem sit causa efficiens, & eadem constitutio aeris, quæ omnes afficit; noo est tameo eadem forma febrium, & reliquorum humorum, qoi passim in eo loco io homines grassantur. Quod facilè apparet. In prima enim pestilentia, quam in eodem tertio describit, multos fuisse ait, qui à febribus ardentibus correpti sunt, quę etiā phrenitice eraot, hoc est, cum quibus erant phrenitides coniunctæ. Quod Gal. refert in multam bilem in illis congestam, quæ tùm in iecur, & uentriculum decubuerat, & ex ea febris ardens excitabatur: tùm verò in cerebrum ferebatur, & phrenitin procreabat. Quosdam etiam asserit, fuisse longo sopore tentatos: qui quidem non poterat ex bile habere ortum, sed ex frigido, & homido homore. Possemus & alias persequi pestilentes coustitutiones: sed hæc in præsentia siot satis. Neq; minotem inscitiam ostenduot, cū aiunt, argumento accepro, à pleuritide, & angina pestilente, quòd oon solùm concitari possit febris ex sanguine, vel ex vniuersa massa (vt ipsi loquuntur) humoris in oenis putrescente, sed etiam ex eo etiam in vna certa, & determinata particula, vt in faucibus, uel in membrana costas succingente, uel alia particula, quæ inflammatione tentetur. Quòd verò multam ignoraotiā eorū, quæ ad hanc partem attinent, hoc suo decreto ostendant, facile est ostendere. Quia qoanuis in morbis, uel febribus pestilentibus, multi accidaut, & pręter naturam tumores, vt inflammationes, erysipelata, herpetes, carbunculi, bubones, aphthę, & id genus alia: & hæc quidē possint tàm in internis oisceribus, quàm in externis suboriri: Non tamen ab his ratio pestilentis qualitatis, & malignę febris ortum ducit; sed à putredine, quæ ioterius sedem soam haber. Nam hęc fiont à natura irritata ab ea praua materia: quæ non potens pro ratione administrare humores, partem aliquam eorum, nunc in hanc, nunc in illam particulam quasi furore agitata impellit: nempe quatenus hęc, uel illa pars imbecillior est. Vnde hęc suot symptomata consequentia pestilentem febrem: potius quàm febris hęc ipsa tauquam symptomata concomitetur. Quod Gal. tertio B

c. 75 lib. Com. io tertium Epid. satis aperte exposuit, dum rationem eorum explicat, quæ pleuritico contigere, qui adeò acuto, & maligno morbo laborauit, vt in tertia die obierit. Inquit autem. Hic æger statim tertio die censendus est obijsse, à qualitate succorum virolentorum, oon à phrenitide peremptus; at phrenitis illum est subsecuta symptomatis vice. Ecce ergo, quòd non ex phrenitide primùm obijt, sed ex febre, quæ concitata est à putredine maligna, venenosaq; virulentorum humorum, quę fuit febris urens. Hoc.n. ostendunt verba, quæ paulò superius refert Gal. vbi ait, ꝙ hoic phrenitico contigit statim ab initio vomitus virulentorum humorum: quod plerunq; febribus adurentibus consequens esse solet. Ex his igitur humoribus putrescentibus C accensa fuit febris hæc malignissima: cui accessit & phrenitis, tanq̃ symptoma. Hocq; manifestissimè percipies in pestilentis relatis ab Hippo. primo & tertio lib. Epid. ubi sæpe narrat morbos moltos in illis pestilentibus statibus pestilentes febres consquentes: uel paulò post apparentes: vel statim ab initio eas concomitantes. Cùm.o. referta sunt corpora molta cacochymia, quę incipit putrescere: & natura ab ipsis molestata, eorumq; malitia eos incipit mouere, & agitare: illi naturę rebelles ex sua prauitate ad diuersa loca delati diuersas particulatim concitare solent affectiones: ut tamen prima omnium origo, & fomentum sit mala materia in venis congesta ex causis, vel externis, uel internis, quæ ibi putrescit, & uehementi, etiam putredine. Et de hoc satis in præsentia. Sed & illud pretermittendum non est, ꝙ ea etiam parte erant, qua dicoot quòd quando sanguis in aliquo priuato loco continetur, & in inflāmationem attollitur, ac tumorem in eaq; assatur, accendit febrem periodicam, quæ accessiones habet tertianis similes. Videntur enim innuere, ꝙ si in aliquo priuato loco putrescat sanguis, procreat pestilentem febrem: sed si supercalefactus esset, periodicam. Id quod omnino alienom est ab Hippo. & Gal. doctrina.

Cap. 5. & 6 Lect. CIX. Nam hoc ab ipso Gal. fuit primo de Differ. febr. expositum, & à nobis ibi explanatum, ꝙ idem est D modus febrium, quæ ex inflammationibus ortum habent, & quæ ex potredine humorum in vasis. vtrasq; enim accendit putrida fuligo ad cor delata. Cùm ergo undiq; sit absurda hęc horum positio, nobis incumbit onus inuestigandi, ac reperieodi eam seutentia, quæ vera sit, & ab omni absurditate alienam. Sed cùm duplex sit febrium genos, ad quod retulere Gal. & qui illom secuti sunt, febres pestilentes. Nimirum quia alias putridas esse dixere. Alias uerò hecticas. Quæ & si in boc conoeniaut io vniuersum, ꝙ vtraq; differentia ortum à putredine habeat: particulatim tamen plurimum habent differentes ratioues. Primum quidem de potrida agamus, postea verò & de hectica nostram proferemus senteotiam. Pestilentes itaq; febres, si antiquiores auctores sequamor, illę inquā, quę potridæ sont, eandē generatiouis modum habent, & eandem naturam, quam & alię non pestilentes. omnes siquidem tàm hæ, quàm illæ ab humoribus putresceotibos accenduntur. Differunt autem ab illis more, (ut aiunt græci) videlicet quia pestilentes maligoq sunt, & deteriores, magisq; lethales, quàm aliæ nou pestilentes, & putridę. Nam dixit Gal. epidemicus morbus, qui plures iuterficit, pestis dicitur, uel pestilentia. Vnde verò illis hæc malignitas accedat,

A tas accedat, hic consistit omne punctum, & vniuersæ penè istius quæstionis status. Nos autem sequentes Gal. dicemus, in hac febre, perinde vt in alijs morbis, à duplici capite omnem istius malignitatis rationem esse petendam, ut ipse in lib. de Const. art. med. declarauit, & quarto Metho. ca. 16 cap. 6
Nempe à natura putridi humoris: Præterea & à natura membri, quod ab eo humore afficitur. A natura quidem humoris, qui putrescit, duplex potest esse ratio malignitatis. Altera, quę est ratione naturæ propriæ illius humoris. Sicuti v.g. melancholia, (quę verè, & propriè atra bilis dicitur, à qua muscę fugiunt, & proiecta in terrabulas excitat) humor est suapte natura malignissimus, qui putrescens deterrimã fert putredinẽ. Ita etiam virulentus, & ęruginosus humor, cuius paulò superius facta est mentio, in quem, tanquam in causam retulit Galen. cur phreniticus ita citò perierit, ueneni cuiusdam naturam sapere dicebatur. Altera potest esse ratio malignitatis ex ipsa putredine. quamuis enim interdum humor putrescens, alioquin ex sua natura, neque malignus, neque venenosus fuerit; potest tamen adeò vehemens, & mala excitari putredo, vel ex multa eius humiditate: vel ex multa obstructione: vel ex magna victoria caloris externi; vt ex putredine ea multa acquirant putrescentes humores malignam, & veneno similem naturam. Quemadmodum enim in exterioribus diuersos modos, & ordines putrescentium rerum videmus, & ex malo odo
B re, & ex colore, & alijs accidẽtibus facile percipere possumus, & in putridis vlceribus, & in abscessibus, qui ad putrefactionẽ partis terminantur, & in uasis, in quibus continentur humores inanimate, uaria est putredinis ratio, vt primo de Differen. febr. exposuit Galen. vnde primo lib. cap. 6
Com. in sextũ Epid. ait, febrem pestilentem ab alijs putridis febribus differre per putredinis excellentiam. c6. 29
Altera verò ratio malignitatis ab ipso affecto membro accipitur, ab ipso videlicet corde, in quo accenditur putredo, & ad quod maximè attinet pestilens febris, quæcunque illa sit, siue putrida, siue hectica. Sed hic parumper consistamus, & inquiramus, an febris hęc, quę putrida pestilens dicitur, accendatur ex humoribus in corde putrescentibus: & si id fuerit constitutum, an ea sola sit pestilens, quę à putrescentibus cordis humoribus ortum habeat: vel interdum alibi accensa putredine, possit fieri febris pestilens. Porrò si Hippocra. & Gale. medicinam velimus sequi, oportet, velimus, nolimus, fateri febrem pestilentem putridam concitari, cùm humores in corde putrescunt: neque eam esse propriè hecticã, sed putridam: neque semper illum, qui hoc modo laborauerit, mori necessariò: immò multos euadere posse. Et qui secus sensisse Gal. existimant, penitus delirant. Nam ipse tertio lib. de Præsag. ex puls. apertissimè hoc cap. 3
expoint. Inquit. n. quòd si aer, quem inspirando attrahimus, sit putrida affectus qualitate, & cor
C dis corpus putredo attingat, fit hectica pestilens. in quibus autem putredo ad humores conuertatur, qui in cordis ventribus continentur, eorum multi euadunt incolumes: cùm in prioribus nulla amplius reliqua sit salutis spes. Prima ergo differentia, & ea quidẽ pręcipua febris pestilentis hæc est, quę corde primariò affecto ex putredine primum in eo concepta accenditur. Sed postea an ea sola possit pestilens, & maligna febris dici: an verò & cum alijs aliquibus particulis, in quibus putredo oriatur, consentiente corde possit febris suboriri, quę pestilens sit, maius forsitan negotium habet. Neque enim hoc manifestè diffiniuisse visus est Galen. sed tantum eius meminisse, quę vitio primario cordis generatur. Si tamen diligenter ea voluerimus examinare, quę ab ipso traduntur in uarijs locis, necesse est, dicamus alias, etiam febres malignas, & pestilentes posse concitari ex mala putredine humorum in alijs locis orta. Nam statim in exordio secundi libr. Commen. in tertium Epid. ait, Verius erat dicere, quòd febres à cerebro affecto malignę, item à membranis, quę cerebrum continent, & à pulmone etiam malignę, & præ his etiam, quæ corde affecto malignę. Præterea verò libro secundo Commen. in primum Epid. dum morbos refert, qui Thasijs contigere in postrema pestilen- Cõ. 75
D ti constitutione, quam eo libro narrauit, presertim eos ab ardentibus febribus malignis, & petoiciosis fuisse correptos ait, qui statim à principio euidentibus signis ostendebant malignitatem, & exitium, vel etiam à phrenitide. Paulò autem superius reddens rationem, cur c6. 73
illi tũ in ardentibus febribus: tùm etiam phrenitidi essent obnosij, ita dicit, idem humor febrium ardentium, & phrenitidis causa est, differens tantum pro diuersitate loci, quem occupat. Nam cùm vasorum spatijs vnà cum sanguine continetur flaua bilis, vtcunque accendatur, contingit febres ardentes excitari, presertim ubi in uenis uentris, aut iecinoris, aut pulmonis bilis efferuescat. quæ si ab inferioribus uenis ad caput sublata in cerebro, & in eius membranis figatur, phrenitidas generat. Sed hoc idem sequenti libro apertius nobis insinuat, nimirum tertio, ubi statim ab initio hæc pronuntiat, Pestem siquidem, quæ multarum gentium fuit communis, hoc libro reddit, quibus indicat & eas, quas relaturus est Hippocr. prosequens narrationem pestilentis illius constitutionis, febres fuisse pestilentes à putrido, & maligno aere procreatas: immò & reliquos morbo. Quod paulò inferius confirmat, cùm inquit, Cùm dicit, & complures moriebantur, pestilentes fuisse morbos, qui vulgabantur, demonstrat: quod referendum est ad id, quod in pręcedentis commenta- com. 1 C6. 21

R

mentationis calce exposuit: vbi ita ait, Quicunque morbus simul vno in loco multos inuaserit, epidemicus, hoc est vulgaris hic vocatur: qui si & hoc habeat, vt multos perimat, pestis fit. Sed age & ea afferamus, quæ illæ de febribus io ea contigisse pestilentia inferius dicit, vbi hæc literis ab eo tradita sunt: Dixerat autem Hippo. Quin febres ardentes, & phrenitis. A
cõ.33. Galen. explanans ea verba ait, Hæ febres ardentes, & phrenitis ab eadem causa profectę sunt, sed differentes fuere locis affectis. Nam quibus in iecinoris, & ventris regionem, maximeque in os eius prauus humor inuasit, hoc febres ardentes solicitauere: quibus in cerebrum, phrenitis. Quòd etiam pestilentes, & maligni hi essent morbi: indicat præterea Hippo. de his dicens, Plurimi non diu ægrotabant. Acuta autem, & lethalia his contigere. Iam ergo satis patet, non modò febrem pestilentem accendi ob putredinem propriorum humorum in corde: uerùm & ex uehementi aliqua putredine, malignaq; in illis partibus orta, cum quibus multum consensum habet cor. Ex putredinis enim magnitudine consistit malignitas abundantis hu-
cõ.13. moris, ibidem ait Gal. Patet præterea, non ex solo sanguine putrescente accendi febrem pestilentem, sed ex alijs etiam humoribus, modò uehemens accedat putredo. Et de his satis. Transeamus nunc ad aliam differentiam febris pestilentis, quę hectica est. Cuius mea quidem sententia longè difficilior est diffinitio. Nam apertissimè Galen. uidetur dicere tertio de Pręsag. B
Cap.3 ex pulf. in hectica febre pestilenti substantiam cordis putrescere: ait enim quod si aer inspiratus fuerit putredinosa qualitate contaminatus, & attingat corpus cordis putredo, tales fiunt pulsus: & febris illa hectica pestilens est. Subiungit autem, neque igitur mirum est, si hi omnino morituri sunt. Nam quod unquam poterit salutare remedium afferri putredinis quę in corde est? sicuti potest illis, in quibus calor putredinosus ad humores contentos in uentriculis cordis conuersus? quorum multi superstites euasere. Satis ergo apertè uidetur exposuisse in hac febre corpus, & substantiam cordis putrescere: pręsertim verò ventres cordis. Quod mihi non modò paradoxum, uerùm & maximè paralogum uidetur. Etenim quòd substantia alicuius solidi membri ad putredinem conuertatur, & putrescat, tunc imprimis accidit, quando ad gangręnam, uel ad sphacelum uertitur, extincto nempe natiuo calore illius partis ab externo, & igneo. Quæ corruptio dum fit, & in transmutatione est, gangræna dicitur. Cùm verò absoluta est, & facta sphacelus est. latini, si rectè memini, syderationem appellant. Semper enim in putrescentibus corporibus eorum calor proprius superatur, & extinguitur; & in putrefactionem tandem desinunt, quę gangræna corripiuntur, ut tùm alibi, tùm secundo
cõ.30. libro Comment. in sextum Epid. exponit Galen. sed & apertè hoc ostendit tertio lib. in tertium C
cõ.25. Epid. vbi ait, quòd cùm putridus humor in solidas partes decumbebat, illæ marcescebant: unde decidebant & ossa, & carnes, & nerui. sed si ad interna procumbebat longè erat deterior affectus. Vnde quòd cor ad id, stante vita, peruenire possit, vt solidæ eius partes, & illę maximè, quæ maximè præcipuę sunt, quales, quæ ad ueutres pertinent, putrescere incipiant uiuente animante, mihi præter omnem rationem uidetur: cùm alioquin, neque aliquam continui solutionem, neque abscessum aliquem, uix autem initium inflammationis ferre possit; quippe quòd quando inflammatio ulterius progreditur, necesse sit, (vt & ipse Galen. docet.) animal mori. Sed addamus & hoc, quòd hectica febris siccus omnino affectus est, quem sequitur pulsus durus. Putrefactio autem humidus est affectus. (Dici enim solet, quòd mater putrefactionibus est humiditas) & quò res humidior, eò & magis obnoxia est putrefactioni. Pestilentes etiã status, quos refert in suis lib. Gal. semper multa præcessit humiditas. Non ergo potest hectica febris ex putredine primum accendi. Præterea in hac febre, quam ais accendi ex putrescente cordis substantia, uel putresit substantia illa, aut pars illa, quam putridam esse dicis: uel iam putrefacta est, quando febrem hanc accendit. Si est tantùm putresiens; nondum autem omnino putrefacta: sicut necesse est te affirmare. Nam quando iam putrefacta est emortua est ea particula, & D vel in incinerationem desijt, sicut illis, quæ per putredinem intereunt, solet euenire: aut in sphacelum, qui nihil est, nisi transmutatio partis in interitum, uel in cadauer, quæ in corde uiuentis animantis, dum ipsum uiuit, uix potest imaginatione capi, si quis naturam, & principatum cordis probè tenuit: Si igitur dixeris, febrem hanc excitari, dum putrescit, & in transmutatione est particula, quam putrescere dicis. quod & in ratione putredinis contineri
Cap.8 ostendit nobis diffinitio putredinis à Galen. undecimo Metho. exposita: quæ talis est, quòd est transmutatio totius substantię putrescentis corporis ad interitum, vel corruptelam ab externo calore. Tunc febris hæc non erit facta, neque equalis intemperies; sed potius inęqualis, & fiens. Quod omnino rationi febris hecticę aduersarium est. Nam & hac ratione falsum esset, quòd qui laborant hac febre, eam non perciperent: contra quàm dicat Gal.
cap.1. Ita enim de gangręna in lib. de inaeq. temper. sensit, quòd dum in via, & transitu est mem-
& vlt. brum ad interitum, inequali constat intemperatura, quo tempore dolorem percipit, & nondum sensus expers est. Vbi verò iam emortuum est, nullus est amplius doloris sensus, & intem-

A intemperies inæqualis facta est. Liquidò autem apud omnes constat, quòd hæc febris, quæ est hectica pestilens, æqualis est, & facta intemperies: non autem, quę adhuc fiat. Sed & accedit ad hoc, quòd Galen. satis apertè ostendit ex vndecimo Metho. putrefactionem, uel putredinem affectionem esse, quę in transmutatione consistat: non autem sit facta. Eam enim diuidit in duas partes, in eam, quę iam facta, & eam, quæ in generatione est, & quę futura sit. Id verò proprium est eorum, quę fiunt, & constant inæquali intemperie. Vt id etiam non sit prętermittendum, quòd febris hęc, quæ ex putredine cordis ortum haberet, non magis putrida, quàm hectica esset. Nam cur minus putrida hęc, quàm illa, quę ex humoribus cordis putrescentibus accenditur. Et ab hac separari minimè poterit illa pulsus inæqualitas, quæ propria, & inseparabilis est ab omnibus alijs putridis febribus: nimirum quòd systole velocior esset diastole, & quies exterior breuior interiori. Quoniam ea inęqualitas fit propter maiorem necessitatem mundificationis, & excretionis putridę fuliginis, quę multa in putridis febribus præ alijs generatur ex putredine. Sed eam etiam in putredine cordis perinde necesse est generari, ut in alijs putridis febribus. Habemus autem & satis claram auctoritatem, quæ videtur nobis apertè indicare Gal. hecticam hanc febrem non consistere in putredine, qui ait B in eodem tertio de Pręsag. ex pul. Fiunt sanè, vt dictum est, non paucę ex pestilentibus statim à principio hecticę, differentes ab omnibus alijs febribus, quæcunque in valida putredine consistunt. Quibus verbis significat, quòd quanuis dixerit in eis putredinem ad cor peruenire, atque in corde esse; non tamen febrem hanc ex putredine cordis ortum habere; cùm hoc fieri nequeat manente vita. Sed quęretis, quis ergo erit sensus, & quę horum verborum expositio? Mihi quidem uidetur quòd Gal. hoc uoluerit significare, quòd cùm aer fuerit contaminatus putrida, & subinde maligna aliqua qualitate, ea quidem conuersa ad humores, qui in cor deferuntur, & ad spiritus, malè afficit eos. Et quia quòd à putrido tangitur, putrescit, si id sit ad putrescendum aptum, vel suapte natura, vel ex accidenti. Apti autem vel maximè humores sunt ob humiditatem: & quò humidiores sunt, eò facilius putrescunt. Vnde in humidis, & calidis, & quasi suffocatis tempestatibus facillimè, & leui quacunque occasione à putredine corripiuntur. Facilè ergo ex conuersatione cum pestilenti, & putrido aere putrescunt, & valdè putrescunt humores cordis; vt pote qui, & humidi, & in loco calido sint. Quæ verò inepta sunt ad putredinem, non possunt non affici, & ipsa à putrida illa qualitate: & quanC uis non putrescant; contrahunt tamen malignam quandam qualitatem, qua secundum naturam saltem, licet secundum substantiam non corrumpatur, insigni transmutantur transmutatione, & degenerant plurimùm à sua priori temperatura. & pro ratione maioris, & malignioris putredinis: ita malignior, & deterior est qualitas ea, quæ impressa relinquitur à re putrida. Vnde & in hectica, dum humores in putridis febribus putrescentes continentur in venis; sæpè à calore suo solida membra transmutat: & quanuis non putrefiant, transmutatur tamen eorum substantia, quantum ad naturalem eorum temperaturam pertinet. Sed vbi præfuit uehemens, & maligna putredo aliquid venenosi sapiens, ea praua illius putredinosæ qualitatis natura imprimitur solidis etiam partibus: & tametsi non putrefaciat eorum substantiam, retinet tamen perniciosam naturam qualitas ea, in quam membra transmutantur. Sicuti possumus externo exemplo ostendere in dolijs, quibus vinum seruamus, in quibus si vinum interdum marcescat, vel putrescat, atque diutius ibi seruetur, quanuis dolium non putrescat, semper tamen malam quandam à vino contrahit qualitatem, quæ aliquam putredinosam naturam refert: semper enim putridum quendam odorem retinet. Immò non modò dolium, sed & vinum si abiecto priori putrido aliud optimum infundatur, paulò post putridam eam infectioD nē contrahit, & retinet. Ita & aer putridus, pestilensque inspiratus, ad cor delatus in pestilentibus tempestatibus ea est eius praua natura, vt quanuis non putrefaciat ipsum cor, tamen transmutando id perniciosa ea, & pestilente qualitate contaminat, ac eius naturalem temperaturam ualidè immutat, & labem ita imprimit, ut neque possit deinde remoueri: sed eius vniuersum habitum permutat, & ita ad hecticam perducit; perniciosam tamen, & acutam ratione illius uenenosæ qualitatis, quam ex maligna putredine sibi comparauit, & ea ratione in ea illa omnia apparent, quæ putredinem referunt. Nam & colliquationes deijciuntur sæpe, & anima fœtet, putredinem referens, & reliqua, quæ Gal. tertio de Præsag. ex pul. refert, neq; tamen ea æqualitas pulsus variatur, quæ solet aliarum hecticarum febriū esse perpetua comes; quia inde non ea excitatur putrida fuligo, quæ in febribus putridis. Hæc sunt, quæ mihi visa sunt dicenda in hoc difficili negotio: vt tamen iudicanda relinquamus illis, qui in his diffiniendis sunt perspicaciores. Hæ ergo sunt duæ primę differentię pestilentium febrium ab ipsa rei essentia deprompt arum. Sunt pręterea & aliæ, sed potius à symptomatibus acceptæ. Nam non vnus est earum modus; sed multiplex pro ratione uariorum symptomatum in his febribus apparentium. In aliquibus enim, uel statim, uel progrediente tempore

cap.2.

Lect. cx.

cap.4.

maculę, vel papulę per vniuersam exteriorem cutem efflorescunt, quas vulgares petechias A
his in locis appellant, quę vatię in diuersis sunt colore, magnitudine, & multitudine. aliquæ.n.
nigrę: alię purpureę: alię liuidę: alię rubrę: item aliæ paruæ, quæ vibices pulicum imitantur: aliæ,
quæ cutim eleuant, & aliæ magis, ut ferè uariolarum magnitudinem ęquent: aliæ minus, perin
de, vt quæ morbilli sunt ab arabibus dictæ: alię etiam his omnibus maiores: quædam etiam ulce-
rantur: quędam minimè. Fiunt autem interdum pestilentes febres, in quibus non papulæ hæ exi-
guę, sed tumores insignes magnas inflãmationes, aut excedentes, aut æquantes, ad anthracis natu
ram accedentes, extuberant, interdum plures, interdum pauciores. Ego semel vidi quendam
pestifera febre laborantem, qui multos habuit maximos tumores, qui proculdubio erant phleg-
monæ erysipelatosę; quorum unus vniuersam exteriorem manum sinistram occupabat. Sępis-
simè autem loca glandulosa his tumoribus corripiuntur: (Et propriè hę Gianduffa à nostris vul-
garibus appellantur) & ea loca sunt, quæ emunctoria à nostris medicis iunioribus dicuntur: vt
sunt inguina, subaxilę, & loca post aures. Sunt tamen & aliquæ, in quibus horum nihil apparent:
quæ plerunq; aliarum pessimæ sunt. Sed de his hoc tantum dixerim, quòd omnia hęc fiũt à natu-
ra puguante cum prauo morbo, ac morbificas causas, quantum fieri potest, remotius à præcipuis
cap.4 membris sanguine ab eis expurgato, (ut declarat Gal. in lib. de atra bile) conante protrudere ad B
externas, & minus necessarias particulas. Sed de his nolumus alioquin longiores esse, cùm mul-
ti vestrum nostras habeant priuatas esercitationes de hac re institutas prioribus annis: quibus
hęc omnia diligenter, & exposita, & probata fuere. Vbi & de signis etiam, quibus, & cognosci, &
distingui omnes febrium pestilentium differentiæ facilè possint, copiosè actum fuit. Vel si qui
sint, qui eis careant, facilè habere possunt; ut pote quæ iam vulgatæ, & in multorum manibus
sint. In hac.n. penuria temporis, qua angimur in præsentia, nolumus in his repetendis frustra id
conterere; sed properare ad curandi rationem volumus: quam quidem licet ibi exquisitissimè
tractauerimus; quędam tamen addemus, & quædam repetemus, ut errores quorundam extirpe-
mus, qui dum plus alijs sapere videri volunt, alios damnantes, & communem opinionem euer-
tentes, suam apertissimam detegunt ignorãtiam. Ob id enim de hac re à nobis in præsentia hæc
tractatio est instituta. Sed ne plus iusto longiores simus, quæ superius de febribus putri-
dis curandis exposita sunt, & si hic non minus, quàm ibi necessaria sint; non tamen repete-
mus. (putamus enim à vobis ea tradita memorię) sed de ijs tantum agemus, quę pestilenti-
bus febribus propria sunt, quatenus pestilentes sunt. Nam cùm & hæ, & putridæ, &
continentes sint, ea omnia, quæ de curatione continentium, & putridarum febrium sunt C
literis mandata, huic tractationi accommodata sunt. Hoc autem addemus quòd sicut hæc fe-
bris pestilens, & morbus deterior est, & acutior: ita maior diligentia, & exquisitiore cura-
tione tractari debet. Vnde cùm sit multa, & longa indicationum series, quæ medico febres
curaturo putridas statim, (ut docuit Galen. undecimo Metho.) inter initia se offerunt: il-
lis omnibus positis tanquam aliàs decalararis, ea solum persequemur, quę priuatim à pe-
stilentibus febribus, quatenus sunt pestilentes, & ab ijs, quibus pestilentes ab alijs diffe-
runt, sunt depromendę. Sed cùm (vt disimus) hæ ab alijs differant per maiorem quan-
dam, & eximiam putredinem: pręcipuè indicationes in hac curatione illę erunt, quæ à pu-
tredine sunt accipiendæ. Deinde verò illæ, quę à loco putredinis. Semper enim oportet
simul iungi indicationes ab ipso affectu, à loco affecto. Locus verò putredine affectus est,
aut cor, vt exposuimus: aut particulę illę, quæ maximè possunt in sui consensum cor tra-
here. At de putredine prius agamus, quæ (ut ibidem dixit. Galen.) duas habet partes: si-
cut omnia, quæ fiunt, & in transmutatione sunt. In eis enim semper aliquid factum est,
& aliud faciendum, seu quod futurum est: Ita in his, quæ putrescunt, aliud iam putruit, a-
liud putrefaciendum est. Quod putruit, indicat, id tollendum esse. Tollitur autem per eua- D
cuationem, ut uidelicet in febribus putridis, quod putruit iam, uel per vrinam, uel sudorem,
vel vomitum, vel inferiorem aluum, vel sensibus inconspicuam vacuationem, pro ut com-
modius fuerit, uel ratione humoris, uel ratione loci, in quo continetur humor, uel aptitu-
dinis corporis uacuandi, & id genus reliquis. Id uerò quod nondum putruit, sed putre-
scet, indicat putredini esse occurrendum, quò minus amplius putrescat. Et de hoc prius
agamus, quia hoc præcipuum est in hoc negotio. Obsistimus autem futurę putredini, si cau-
sis occurramus: quæ duę sunt proximæ. Altera est humiditas, tanquam materia: Altera
externus calor, tanquam efficiens. Causa verò proxima exortus extranei caloris in uiuenti-
bus corporibus, aut omnino, aut maxima ex parte est obstructio. Obstructioq; aut à crassa, aut à
lenta, aut à multa excitatur materia. His ergo in curandis putridis omnibus, præ omnibus au-
tem alijs pestilentibus febribus, est intendendum, vt tollatur excedens humiditas, quę corpus
reddit in putredinem propensum, & ut obstructio remoueatur, & eius etiam occasiones om-
nes. Duo ergo hi scopi pręcipui, quantum ad ea pertinet, quæ has indicationes respi-

H ciunt.

A cinnt, nobis in hac curatione proponuntur: quos primo de Differen. febr. nobis clarissimè propofuit Gal. si eorum memores sumus, quæ dum locum illum explanaremus, dicta fuere: videlicet exiccare, & corpus probè transpirabile reddere. Hoc est ergo fundamentum generale, à quo omnis ferè ratio eorum pendet, quæ accommodari possont huic curationi. Sed sumamus expositionis huius exordium ab ijs, quæ possunt obstructiones tollere. Horum omnis ratio ab ijs erit petenda, quorum occasione fiunt obstructiones. Vnde si multitudine corpus detineatur, illi euacuationibus erit succurrendum. Et cùm morbus acutus, magnus, & præceps sit remedijs id erit agendum, quę citò, & confertim corpus uacuare possunt. (Extremis enim morbis extrema remedia (ut dixit Hippo.) opportuna sunt) non illis, quæ paulatim. præceps siquidem periculum est. Eapropter cùm duo uacuationum arte moliendarum genera sint quibus (ut secundo Aph. tradit Gal.) opus est in magnis morbis vti ad euacuandum: nimirum venæ sectio, & purgatio: In his eligendis antiqui, & probati medici hac usi sunt distinctione, quam Ruphus antiquus, & præstantissimus medicus exposuit: cui Auicenna, Oribasius, Paulus, & Aetius subscripsere. Porrò considerandum, an sanguis plurimus abundet, & eo abundante, sanguinem secta vena detrahemus. Huic tamen diffinitioni addendum, uel saltem ea exponenda est, quemadmodum Gal. exposuit quarto de Tuen. san. nempe ut sub ea non modò comprehendatur solius sanguinis abundantia; sed & aliorum humorom, q nando fuerint cum sanguine permixti: uel q̃ñ non multùm à natura sanguinis recesserint, eo modo, quo ipse ibi declarat. Quòd si alij exhuberent excrementitij humores, purgandum erit corpus. Ita enim sensit Gal. primo de Differ. febr. Nisi quòd hic aliquantò consistendum est. Primum, quia multis in locis maximè timent missionem sanguinis: sicuti Venetijs, cùm febrem eam pestilentem metuunt, in qua solent papulę apparere. & adeò confirmata est hæc opinio in ea ciuitate, ut si cui fuerit secta uena, qui postea moriatur, vniuersam caosam referant in sectionem venę. Considerandum autem, ꝙ si uelimus decreta omnium antiquorum medicorum seqoi, qui ex ratione exercuere hanc artem, nisi viribus timeamus, aot ętas uetet, omnino esset mittendus sanguis, cùm sit magnus, & valdè acutus hic morbus. Vnde quoties vires validę, & integræ repertę fuerint, semper esset mittendus. quia vix fieri potest, ut pulsus sit uehemens, & magnus, quin vires adhuc cõsistant. is. n. vt Gal. in lib. Meth. docet, pręsertim validas vires ostendit, & ꝙ alij humores à natora sanguinis plurimom distantes exhuberent per uniuersum corpus, ut idem in lib. de Rati. cur. per ven. sect. testatus est. Ego tamen puto hic non parum hoc animaduertendum esse, quod (ut arbitror) potest ex uarijs Gal.

C locis depromi: nempe non parum referre, immò plurimam interesse differentiam inter febres, quæ pestis propriè dici possunt, quęq; ex putrido aere, & pestifero occasionem habent suę generationis, & illas, quæ ex praua victus ratione, quæq; potins pestilentes febres, quàm pestes diximus appellari. Quia priores, & si omnino aliquam corporis aptitudinem requirant, vt possint accendi, saltem humiditatis abundantiam, quę succos aptos ad putredinem fecerit; maxima tamen pars occasionis abaete in illis petenda est, tanquam ab efficiente. Vnde in his facilius est, saltem inter initia, anteaquàm plurimùm procedat putrefactio, quòd vires fortes omnino reperiantur: cùm possint non admodùm mali esse alioquin humores, qui in corpore geniti sunt: nisi quòd ex aliqua excrementosa humiditate sint facti faciliores ad putredinem. In illis autem, qui non ex aere; sed ex praua ratione victus inciduntin id genus febrem, non potest illud referri in aerem; sed vniuersa putredinis, vel malę febris ratio petenda est à vitiosis, & prauis humoribus genitis ex mala victus ratione. Vnde magis à materia pendet earum occasio. Ar vbi tanta est copia malorum humorum, ut rationem bonorum superent, non possunt esse vires omnino validę. & si primum quidem validę videantur; illis tamen non est plurimum fidendum: quoniam cùm non habeant fundamentum firmum: (non enim multum sanguinis boni habent, cui innituntur vires) satis facili negotio, & leui occasione concidunt. Quare si ob-

D seruauerimus Galen. dum in primo, & secundo libro Epid. de Ægrotis, qui Hppo. per eas pestilentias oblati sunt, curandis sermonem habet, ait se pro certo habere, quòd illis ab Hippo. fuerit sanguis missus: quanuis illius remedij nequaquam in narratione meminerit; quia morbi, qui referuntur, tales erant, vt id requirerent. At in libro de bonitate, & vitio succorum referens pestilentiam, quæ eo tempore excitata est post penuriam, & famem ingentem, ex uitiosis succis, ex prauis cibis genitis ob bonorum inopiam, inquit, rarissimè fuisse sanguinem missum. Nam medici timebant, & ex ratione timebant, (ait ipse) quia uires paucissimis eę erant, quæ possent id admittere. Tales enim humores, qui ita facilè ad malam, magnamque putredinem perueniunt, (ut primo de Differ. febr. tradit idem Galen.) praui admodum sunt, neque uires souere possunt. Quare neque etiam mirum est, si sępe, & vulgares experientia docti, in istis pestilentibus febribus, quæ citra pestilentiam excitantur, & malam uictus rationem dumtaxat sequuntur, timent missionem sanguinis per sectam venam: sed potius eligunt illum scatificatione detrahere. Nam & Gal. in illis, qui ex sui corporis natura non

Margin notes: Lect. cxi. (beside "tio ab ijs erit petenda"); Cõ. 19 (beside "& purgatio"); Cap. 4 (beside "sanguinis abundantia"); Cap. 4 (beside "Nisi quòd"); Cap. 1 (beside "corum referens"); Cap. 4 (beside "modum sunt").

tura non erant apti ad tolerandam sectionem venę, sicuti sunt corpora alba, & laxa, molliaque, A
ex scarificatione sanguinem detrahebat. Et sæpe uidemus in his febribus, in quibus papulæ efflorescuut, accidere, vt secta vena statim, aut paulò post vires concidant, & pulsus languidi admodùm euadant. Quare mea quidem sententia in hac re ea est, ut neque adeò timidus omnino sit medicus in hac febre, vt omnino, & in omnibus fugiendam esse puter sanguis missionem: neque tamen ita etiam promptus, & audax, ut omnibus mittat: quamuis etiam prima visitatione videantur vires mediocres. sed benè respicere debet, & considerare, & ex anteacta victus ratione, & ex alijs, quantum illi pulsui, & uiribus fidere possit. Et si mittendum putat, statim in principio id agat, antequàm magis inualescat putrefactio: (Hoc enim insinuare videtur Gal.
C6.26 qui tertio lib. Com. in primum Epid. exponens historiam Crironis ab Hipp. relatam, quasi illum excusans, quòd non miserit sanguinem, ait, quod sæpe non accerseretur ab initio; quia si inter initia aduocatus fuisset, sanguinem misisset) & antequam natura tentet expulsionem ad cutem. Sed de hoc posterius erit agendum. In præsentia enim ad aliud vacuationis genus transeundum, nisi
C6.8 licet ad purgationem, quę ad aliam patitionis partem spectat. Secundo. n. Apho. ita Gal. refert, Hipp. non hic tantum, sed & in alijs suis libris, quando inuicem, proportione seruata, omnes humores augentur, missione sanguinis auxiliatur. Vbi vnus aliquis ex ipsis superabundat, purgatorium dat medicamen. Hic tamen insurgit quæstio, quando in his febribus vtendum sit medicamento, & quo medicamento. Equidem ad hoc responderem iuxta diffinitionem Hipp. & Galen. vel quod statim ab initio, vel post vigorem, vbi iam maturauerint, & sint concocti purgandi humores. Vbi considerandum est, quòd cùm materia, uel morbus turget, statim à principio debemus purgare; uel si talis videatur, addamus nos, vt facilè putemus, paulò post turgiturum, quàmprimum debemus purgare. Si turgent enim in valdè acutis, eadem die dixit B
Aph. 11. Hippo. quarto Apho. purgandi sunt. Pestilens autem febris, & valdè acutus morbus est, & in quo sæpissimè turget materia; vt quæ, & vim habeat veneni, & facillimè ad principalia membra feratur. Nam sæpe in pestilentijs illis, quas refert Hipp. & in ægrotantibus, quorum particulatim, & nominatim meminit, videmus ex symptomatibus materias morbificas, & venenosas vagas plerunque esse, quæ varijs petitis particulis varia afferebant incommoda, vt deliria, præcordiorum tensiones, alui profluuia, vrinarum copiam: quæ materiam ad varias partes moueri indicabant. In multis papulæ prius apparebant, quę mox, recedente materia ad internas corporis partes, delitescebant, & alia deinde apparebant symptomata. In Critone, cuius paulò ante meminimus, in quo pes ad talum intumuit tumore rubente cum tensione, & papulæ nigrę effloruere, mox delirans perijt, nonne manifestè turgebat acutissimus morbus ille? C
Atque si velimus diligenter animaduertere ad ea, quæ tùm à Galen. tùm ab Hippo. referuntur, facilè in his febribus turgentis morbi signa manifesta conspici solent. Neque id mirum videri debet. Quandoquidem turget morbus, cùm natura, vel à multa, uel à praua materia concitata etiam inter initia mouere eam, & extendere nititur, quamuis importunè. Id genus autem
C6.12 febrium semper à praua, & venenosa materia ortum habet; sed & sæpius à multa etiam. Vnde primo Prorrh. tradit Galen. habito nimirum sermone de motionibus, quæ in acutis morbis fieri solent, rationi consonum est, eas euenire in illis affectionibus, quæ à multitudine, vel à qualitate vitiosorum humorum concitantur, dum aliàs in aliam feruntur partem: aliquando quidem in principem, & tunc morbi benignitatem vitiant: aliquando in non principem, & ita benigum morbum efficiunt; atq; eo tempore oportet medicum aggredi vacuationem humorum, qui molesti sunt, tùm multitudine, tùm qualitate. Quare sæpe inter initia istius morbi, si multa admodùm, & plurimùm mala sit materia, de qua sit timendum, ne vlterius putrescens, aut exusta ad venenosam naturam vertatur: aut si ferri cęperit versus præcipuum aliquod membrum: quę materia fuerit remota à sanguinis natura; non video, si sequi Hippo. decreta velimus, cur vacuare statim in principio non liceat; præsertim si aut sanguis non fuisset missus, D
uel non auderemus tantum mittere, vt esset, aut pro ratione multitudinis: aut quantus posset esse satis ad reuulsionem à membris principalibus. Nam & Aetius monebat in his febri-
Ca.4. bus non esse mittendum copiosum sanguinem; quia præ alijs omnibus vires dissoluti, Gal. etiã loco paulò ante citato, hoc est primo de Diff. feb. dixit, se in pestilentibus tępestatibus consueuisse, si corpora essent excrementis scatentia, ea purgationibus curare. Quòd si quis respondeat Gal. sententiam illam ad custodiam, non ad curationem esse referendam, nempe antequam febricitent, vt tuti à pestilenti labe reddantur. Primum illi aduersatur modus loquendi Gal. qui ait, purgationibus curabamus. Deinde esto, quòd eò sit referenda hæc sententia: idem Gal. in libro de Ratio. cur. per ven. sect. apertè dixit, quòd quæcunque incipientibus morbis vtilia sunt, ea melius est anticipare, ut defendantur ab imminentibus, & futuris. Si ergo oporteat uti medicamentis inter morbi initia purgantibus, hoc modo vtendum. Reliquum est, vt præterea quæramus, quibus medicamentis: Græci quidem omnes post Gal. mirificè laudant Ruphi medicamen-

medicamentum, quod conficitur ex aloes, & ammoniaci partibus duabus, myrrhæ autem vna par
te. quo medicamento, si quis quotidie fuerit vsus, odn putat Ruphus fieri posse, quin à peste non
liber euadat. Et re vera non possum nnn summopere ipsum laudare. In potu antem ex odorato vi-
no dabat. Pręter. n. id, ꝙ moderatè euacuat, sine multa humnrũ cõmotinne, roborat viscera, à pu
tredine tuetur, alne pręsertim, & mirrha, & amoniacũ quoque & desiccat valenter. Arabes ẽt oẽs
illi subscripsere: nisi ꝙ aliqua immntarunt credo ex malis interpretationibns crocum enim pro am
mnniaco imponunt, & aloes partes voam: cęterorum tertiam vnius partem & hęc in catapotia re-
digũt: cùm alinquin gręci horum puluere vtantur. Hoc tñ in his mihi uł aiaduersione dignnm, ꝙ
id genus medicamenta possunt accommodari, & salubriter quidem in his pestilentibus constitn-
tionibus, antequam à febre corripiantur, & nisi aer fuerit admndum ęstunsus: vel si iam etiam cæ-
periot febricitare, dum ea non est admodum acuta febris sed lenis: sicuti interdum esse solent pe-
stilentes. Quia quandn acuta tenentur febre, & interius vri videntur, vsus istius medicamenti noo Cap.1.
probaretur Gal. Noo enim ipse octann de Comp. med. per loc. testatur, cùm de hiera sermonem ha
beat: ait enim, ꝙ si conficiatur ex lnta aloe, poterit quis ea vti audacter etiam in febribns, si valdè
debiles fuerint. Vnde nostris his temporibus longè præstantius videretur esse, eis vti medicamen-
B tis, quę & facilè citra vllam agitationem, & violentiam aliquam motionem soluent. Nam si mate
riam paratam ad motum inueniaot, & quam natura, aut mnuere cæperat, aut paulò post erat ag-
gressura, facilè, naturam adinrricem habentia, illam poterunt euacuare: sin autem illam immotam
& rebellem, cùm non vinlenter possint mouere, neque illam alioquin exagitabunt; neque vlla in
his timenda est caliditas, sicut in aloe, vel hiera, vel Ruphi medicamento. Ea medicamenta erunt
syrupus rnsaceus solutiuus: qui mihi magis violaceo probatur; quia vim aliquam exiccandi maio-
rem habet, ratione cuius magis putredini resistit. Cura enim propria harum febrinm est exiccatin.
Deinde verò tamarindi: qnnniam illi itidem moderatè vacuant, refrigerant, resistunt putredini,
sicut & alia acida, exiccant satis moderatè, & aperiunt: quæ nmnia in his febribus nnn modò vti-
lia, sed & necessaria sunt. Neque hic sunt audiendi inepti illi, qui eorum vsum in his febribns dam
oant, & nnnntum somninrum nuntij sunt. Somniarunt enim, ꝙ tamarindi aduerlarij sunt his pe
stilentibus febribus; ob id, quia astringunt. Hi quidem mihi magis, quàm illi, qui his febribus la-
borant, deliri esse videntur, ac sibi ipsis non consentire. Primùm quidem oescio, qua ratinne addu
cti contendere velint, eos astringere saltem insigni astrictione, nisi ex accidn sapore. Quod argu-
mentum onllum est. Qnia sapor acidus (ut Gal. quarto de Simp. med. fac. probat) in tenui substao
C tia consistit: astrictio verò, io crassa, & terrea. Vnde per se acida attenuant, inciduot, & aperiunt;
licet refrigerent. Quòd si aliqua acida etiam astringant, id illis accidit, quę non habent hunc sapo
rem simplicem, sed cum acerbo, & austero mixtum: sicut vua immatura. Et ꝙ ita sit, ꝙ astrictione
careant, attestantur auctores nmnes arabes, qunrum fuere inueotnm, qui de eorum stipticitate
hoc solum dicunt, ꝙ vnmitum reprimunt. quod quidem onn astrictinne faciunt, sed quia bilia
acrimoniam obtunduot, & eam euacuant, atque ad intestina conuertnnt. Neque enim ita lęderent
ventriculum, & egerent correctione, & astriogentibus, si ipsi insigni essent astrictione præditi. Ni-
si dicas, ꝙ refrigeratione id præstant. Sed hnc fabula est. Nam & myrobalani refrigerant, non tamẽ
lædunt: immò roborãt veotriculum; quia astringunt. Neque ita in acutis febribus, vbi esset lenitio
ne opus, laudarentur. Sed illis donemus etiam hoc, in ipsis videlicet aliquam esse astrictionem.
Primum plus in his febribus insigniter exiccandn pnssunt prndesse, qua ratione putrefactioni ob-
sistunt, quàm astrinctione obesse. cùm leuis astrictio, & roborandn interna viscera, & à receptione
malignorum excrementorum defendendo; non parum conferat: sicuti aqua lenrium in morbillis,
& variolis, (vt docuere Arabes, & recepta iam passim est consuetudn) quę vim haber astringendi,
& siccandi. Nam alioquin astringentia omnia, quanuis leuem aliquam astrinctinnem haberent, es
D sent reijcienda, neque cichoreum, neque endinia, neque scordium, pnssent tutò io his febribus da
ri, neque Ruphi medicamentum, neque sexcenta alia, quę longo vsu, & auctoritate probatissimo-
rũ auctorum snnt probata, neq; ẽt theriaca, neq; nitridatia antidotus. Valeant ergo hi nounrũ
dogmatum inuentores cũ suis cõmentis. Immò mihi videreť, ꝙ nunquã in his febribus mãna, aut
cassia, quæ medicamenta mihi, & alijs maximè probãtur, sine additis tamarindis, dãda essent: quia
humectant. Cura aũt harũ febriũ est exiccatin. Snnt tñ & cõposita medicamenta quædã huic rei idn
nea. Nam & quod in his partibus electuariũ lenitiuum appellatur, mihi probandum, & quod dia-
catholicnn à Nicolao dř, & qund describitnr à Mesue, & trisea Persica dř, quã ipse in pestilẽtia æsta
te laudat. Et quãuis ea accipiãt, quæ nõ sint astrictionis expertia, vt rhabarbarũ, & myrobalanos; si
ramen & ea cũ alijs cõparauerimus, & mndum compositinnis considerauerimus, videbimus adeò
vim astriogendi remitti, vt nõ prnpterea impedire possint, quin fiat cõmoda purgario, aut queant
astringendo aliquã afferre mainrem obstrnctionem. Sed præter id, ꝙ viscera roborant moderata ea
astrictione, adiuuant ẽt vim soluentiũ medicamentnrũ, sicuti cotoneũ malũ feliciorẽ efficit, & mino
ri cũ molestia operationẽ scamonij. neq; aliqua ex pte, licet astringat, nfficit. Itaq; si corpus inanẽ

dum sicut inaniendum omnes censent, cùm multis redundat excrementis, id statim inter initia A agendum ast. Quia cùm ulterius res progreditur, semper progrediente item putrefactione, deterior, & magis maligna fit materia; ita vt & vires quotidie magis languescant; & natura ad euacuationem iu eptior reddatur. Sæpe etiam mali illi, & pestilentes succi à natura concitata ab eorum prauitate præcipites, & confertim feruntur ad præcipua membra. quo fit, vt in extremum periculum adducatur ægrotans. Exinanito ergo corpore, uel altera, uel utraque ratione, omni opere incumbendum est putredini, atque illi obsistendum, quacunque ratione id fieri potest, duplici ea ratione, quam nobis Gal. vndecimo Meth. tradidit: nempe ut id, quod iam putruit, ab integro separatum excernatur: reliquum autem humoris, quod nondum putredine correptum est, a putredine defendamus. Quod iam putruit, ab alijs secretum educetur ea parte, in quam magis est propensa natura: si quidem ad ventriculum uomitu, & eo facili: si inferius ad aluum, clysteribus: si ad renes, & vesicam, ijs quæ vrinam proritant: si ad cutem, frictionibus, quæ eam rarefaciunt, & ad exteriora trahunt. De quibus cùm abundè in curatione febrium egerimus; superuacaneum videtur eadem repetere. In hoc.n. non modò Gal. sed & Ruphus, & cæteri antiqui medici consensere. Defendemus autem remouentes putredinis causas, quę duę sunt proximę: humiditas, (vt diximus) & externus calor: sed addamus tertiam obstructionem; quippe quę calorem fouet. Humiditati exiccando contra ibimus: calori refrigerando: obstructioni aperientibus. B Sed hęc particulatim tractemus. Primùm ab Auic. quæ acida sunt, (Nam & refrigerant, & siccant) tàm medicamenta, quàm cibi laudantur. At de his cibis posterius agemus. Etenim vtroque instrumento medico oportet exiccare primum, mox & refrigerare: videlicet uictus ratione, & medicamentis. Pręterea uerò (ut Gal. quinto de Simpl. med. fac. palam pronunciat) eadem acida vim habent incidendi, extenuandi, tollendi obstructiones, purgandi, citra tamē calefactionem: accomodatissima ergo his febribus. Vnde & syrupum confectum ex acido succo citrij pomi quàm maximè laudamus, & simplicem acetosum, & qui ex succo oxalidis conficitur, quā acetosam herbam appellant. Non inscitiam quorundam, qui debacchantur quotidie, & publicè, & priuatim contra syrupum confectum ex acido succo pomi citrij, (quem uulgò ex acetositate citri appellant) ac eum detestantur, & damnant, quasi piaculum sit cōmissum ab illis, qui eo vtuntur. Sed hi dum alios damnare credunt, suam detegunt ignorantiam. Sed ne iniuria, & nos illos damnare uelle uideamur, audiamus rationes, quibus innituntur, & pensitemus, quantum momenti hac in re habeant. Aiunt ergo, errant moderni practicantes, qui eo vtuntur, cùm ille maximè astringat. Sed qua ratione probas, quæso, ꝙ ualdè astringens sit? Nam neque probatū quenquā auctorem aut legimus, aut audiuimus, te uno excepto, qui hoc asseruerit, neq; qui eo tanquam astringente insigniter fuerit vsus. Propterea quia dum coquitur. Coquunt autem apothecatij ipsum conficientes. Immò, & Mesue, qui illum describit, esse succum coquendum ait ad consumptionem tertiæ partis, ac iterum additis alijs, dum conficitur syrupus. Vnde ait ipse, per decoctionem digeruntur partes aereę: remanent autem terrestres, in quibus consistit uis astringens. C O quantam ignorantiam, & socordiam in hac re ostendunt huiusmodi hoïes. Primum.n. hoc falsum est, quòd quæ astringunt, omnia fiant magis astringentia per decoctionem: immò & asperitatem cocta, & astrictionē plurimum remittunt. Possumus quidem innumeris exēplis id ostendere mala enim cotonea, pyra scerba, & sexcenta alia, quę cocta in cibum ueniunt, suauiora fiunt; cùm tamen ante cocturam ne comedi quidem ex austeritate possint. Et cùm magis terrea sit eorum, quę austera, uel acerba sunt, substantia, si per cocturam resoluuntur aereæ partes, & tantum relinquuntur terrestres, deberent acerbiora, & magis austera fieri, & astringentia: fiunt tamen minus aspera, & minus astringentia. Nec modò ea, quæ in cibum ueniunt, cocta remittunt astrictionem; sed & metalla, vt chalcitis, quemadmodum docet Galen. decimo de Fac. simpl. medicam. Sed quomodocunq; sit, illud ab his quęterem, quando decoquitur is succus, uel quādo iam, quātum satis est ad conficiendum syrupum, coctus est, sit adhuc acidus insigniter, uec ne. Hoc si affirmauerint, iam satis constat, ipsum vim habere extenuandi, incidendi, obstructiones aperiendi, urinam ciendi, & quod est pręterea tenuis substantiæ. Acidus.o. sapor in frigido tenui (ut quarto de Facul. simp. med. docuit Gal.) cōsistit. Nō ergo astringet, saltē insigniter. Huic uerò, & aliud addamus, ꝙ hac eadē ratione tollitur omnis usus syruporū, qui uel ex succis, vel ex decoctis parantur. Necesse.n. est hæc omnia coquere, donec superuacanea, & excremētitia humiditas consumatur: alioquin nō possent seruari. accescerēt.n aut putrescerēt. E hac ratione, neq; syrupo in putridis febribus ex succo endiuiæ, uel cichoreę, vel oxalidis, uel rosarū esset vtendū: ac plurimum errarent, q his vtentur. ita neq; decoctis, vt vtebātur antiqui. Et miror, cur hunc syrupū, non aūt eum, qui ex succo rosarū, uel ex succo oxalidis pari ratione damnent: cùm apertius dixerit Gal. aliquam esse in his astrictionem, quàm in acida citrij mali parte. Valeant ergo hi cum his suis in sulsis rationibus. Et nos syrupis istiusmodi, vel decoctis ex his utamur in his febribus: uidelicet ex acido succo citri, uel limonum appellatorum. Nam pręter vim exsiccandi, qua resistunt putredini, &

Ca.16

Lect. cxiij.

D

Attredini,& venenosę qualitati,insig niter etiam lotium prouitant.Quod pręter id, ꝙ signum est ma iorem vim attenuandi habere,& aperiendi,q̃ astringendi, prodest etiam ad excernendum per vri nam saltem putrefactam partem humorum in febre. Pręstantissimus est ergo is syrupus, & maxi mè huic curationi accommodatus. Inter medicamenta etiam q̃ maximè hoc nomine accommoda ta consensu omnium auctorum,qui de hac re reperti sunt verba fecisse,primum ferè locum habet bolus armena;ita vt qui in magnis pestilentijs eius ope non fuere liberati,nullis alijs remedijs à morte eximi potuerint,vt Gal.testatur nono de Simp.med.facul. Ob id autem tantam vim habet, quia eximiè exiccat,& refrigerat, vtrunque autem putredinem arcet q̃ maximè. Sed hic etiam in surgunt medici moderni,& bellum maximum tàm bolo huic,q̃ medicis ea vtētibus indicunt,gra uiterque eos errare asseuerant. Vniuersam autem istius erroris causam referunt in astrictionē. Cùm enim maxima in venis fit putredo: bolus verò insigniter astringat,auget obstruendo putredinem Verùm quoniam nullam habent probati alicuius auctoris antiqui sententiam,quam possint affer re,duplici ratione suadere nituntur,ꝙ astringat: videlicet quia linguę apposita hæret: deindę quia dysenterię mirum in modum conferr. Quòd si quis obijciat Gal.auctoritatem, quam nuper citaui mus. Respondent Gal.illam in pestilentijs,quę ab aere inspirato pendet, fuisse vsum: atque nos il- cap.de terra.

B la in his possumus ea ratione vti,quia astringendo meatus claudit, & ingressum aeris prohibet, qui pestilens est. In febribus uerò pestilentibus,quę ex humorum putredine acceosæ sunt, Galen. non fuisset vsus. Quantam ignorantiam ostendunt hi,& medicinę,& philosophiæ,& omnium di sciplinarum. Plures enim errores committunt,q̃ verba proferant. Nam primum à nullo vnquam hoc dictum inuenient,ꝙ bolus armena vim aliquam insignem astrictoriam habeat. Eius verò ratio nes adeò pueriles,& friuolæ sunt, vt ferè earum meminisse erubuerim. Etenim primum, ꝙ hæreat linguę,hoc argumentum est lentoris, non astrictionis. Alumen enim validè astringit, chalcitis, chalcanthum,gallę, balaustia,& alia innumera:quæ tamen non hęrent linguæ. Et multa hærent, quæ non astringunt,vt quo aucupamur, viscus,& pituita lenta. Quę verò lentoris, vt multę terrę, quarum nono de Facul.simp.med. mentio facta est, sunt participes,& linguæ hærent, Quod e- tiam dysenterias mirificè sanet,non est astrictionis,sed exiccationis argumentum, vt vnusquisque ex Gal.loco nuper citato percipere potest.qui omnia,quę ab armena bolo efficiuntur, in vim e- xiccandi,non astringendi refert. Alioquin enim non video,cur magis auxilium, quod pręstat dy- sentericis, suadere nobis possit,ꝙ astringat,q̃ cùm asthma curet,& omnem ferè curandi difficulta- tem,quòd careat astrictione. verùm vtrunque per desiccationem efficit: sicut & ꝙ vlcera curet,&

C phthisicis salutare sit remedium, & reliqua,quę ibi refert Gal.. Iam ergo omnes videre possunt, q̃ vanis, & futilibus rationibus innixus, tàm aere bellum assumpserit. Videamus modò, quo pa- cto aliorum tela ipse declinare nitatur. Respondet ergo Gal.sententię contrarium sentientis, illũ rectè quidem & aliis consuluisse,& ipsum fuisse vsum armenia bolo in pestilentijs, quę ex aeris infectione suum habent ortum;quia astringendo cutaneos meatus,aeris ingressum prohibet. Hoc verò aliis est noxium,quę ex humorum multa putredine accenduntur. His nihil non modò ine- ptius; verùm neque magis erroneum excogitari potest. Primum enim hoc aduersarium ijs est,quę nos Gal.docuit primo de Differ. febr.loco toties citato:qui tanquam saluberrimum remedium, & pręcipuum proposuit, vt corpus benè sit perspirabile in veris pestilentijs. Nō ergo voluit clau di cutis meatus. Nam nihil ita putredinis causa est, nihil ita eam fouet,& auget,sicuti hęc perspi- ratio corporis prohibita. Miror, cur,si adeò ab aere illis timendum putat, vt propterea velit con- stipandos,astringendosque meatus cutaneos,non enim prohibuerit inspirationem. Quandoqui- dē liberiorē ad cor ingressum hēt aer per inspirationē,& magis confertim,q̃ per cutaneos meatus. Deinde non animaduertunt, ꝙ eiusdē generis vtrę; febres sunt, quātū ad earū propriā essentiā. Nā oīs febris pestilens,ob eximiā putredinē est pestilēs;& in vtraq; vehemēs,& multa est humorū

D putredo. Vnde si propter vehementem putredinem armenica bolus noxia est: pariter errauit Ga- le.qui in pestilentia dedit,sicut qui. etiam in aliis pestilentibus febribus. Omnibus enim putridis febribus noxia est constipatio cutis, quę transpirationem,& euentationem natiui caloris prohi- bet. Sed de curatione per medicamenta hęc in pręsentia satis esse poterunt. Etenim si aliqua videantur prætermissa, facilè,si illa cum ijs,quę dicta sunt, conferantur, poterit eorum ratio per- cipi. Transeamus ad rationem victus,qui is debet esse, vt semper ad eos scopos spectet,qui pręci- pui sunt in hac febre: videlicet vt ab eis cibis,& potubus cauendum sit, qui excrementosi sunt, ab eis quoque, qui plurimùm humectant; prę sertim excrementitia humiditate. Nam ptissana quidem damnari non potest. quia,& si humectet; non est tamen humiditas, quę putredini apta sit; quoniam alioquin refrigerando, abstergendo, vrinam ciendo,& aluum lenem reddendo, quo- nomine iuuat ad excrementorum vacuationem, magis longè iuuat, q̃ lędere possit una multa sua humiditas. Quod si oxalide incocta iure,quo parati solet, condiatur: iam & uim aliquam exic can di acquiret, vel istiusmodi alia; sicut esset frustrum limonis, aut citri. Far verò, vel chondrus benè coctus,& panis coctus ex iure, sunt quidem fercula,quę cùm & optimum alimentum gene- rent

rent, & nõ facilè putrescãt, apti sunt cibi. Verùm quia nõ hẽnt, ut ita aperiãt, & aluũ leniãt, erũt A
huic negotio fercula meliora, si modico cõdiantur aceto, vt ex Gal. in prioribus lectionibus do-
Lect. cuimus. A vino est abstinendũ, saltem inter initia, dum morbus crudus. potus verò sit syrupus
cxiiij multa aqua dilutus, ex acetoso succo citri, vel acetosus syrupus : quando non vergerent intestina
in dysenteriam. Laudant arabes decoctam aquam ex tamarindis: de quibus iam disputauimus: quę
pręter extinctionem & sitis, & ardoris febrilis, aluum lenem, & fluidam seruat : quod maximũ
cõmodum affert; nisi qñ adesset nimium alui profluuium. Reliqua verò eo modo instituen-
da, quo symptomata, & morbus requireret. Nam interdum vigilia: interdum somnus erit conci
liandus. Sed de his in præcedentibus lectionibus, quantum satis erat, diximus. Verùm hoc tantũ
addendum puto, quod & Aetius ex Herodoti sententia monet, ꝙ quanuis febris hæc magnus ad-
modùm, & acutus morbus sit, attamen quia nulla ferè febris est, à qua facilius, & frequentius vi
res prosternantur, & interdum consertim, & repente : Ideò exquisitè tenuis victus non est vnde-
quaq; tutus. quia non solum respiciendæ sunt pręsentes vires, sed & futurę prospiciendæ. Qua-
re interdum & oua damus sorbilia, & carnes etiam: sed tunc illę eligendę, quę non facilè putre-
scant ob humiditatem, & bonum sanguinem, licciorem tamen procreent: in quibus perdices pri-
mum locum obtinent, & nemorales auiculę. Reliquę parentur acidis condimentis, vt citro, folijs B
oxalidis, & id genus alijs. De frictionibus quidẽ cũ sępe pro exercitatione assumantur, in ratione
victus dicendum vř. hę post corporis vacuationẽ erunt utiles; quippe quę ad digestionẽ faciunt,
& vacuationẽ: corpus etiam rarefacta cute reddunt perspirabile. Nisi forsan hi, qui in his febribus,
si appareant papulæ, eas non esse iuuandas aiunt, quia expellantur symptomaticè, ut ipsi inquiũt,
pari rõne, & frictiones suspectas habeant. At de his paulò inferius loquemur. Aer verò aut eli-
gatur siccior, aut paretur. Quòd si cubiculum, in quo decumbit æger, in aquilonem uergat, erit
melius, q̃ in meridiẽ. Nam sicut aquilo arcet putredinẽ: ita auster eam fouet. Parandus antẽ aer
vaporibus rerum exiccantiũ, & refrigerantium, ut herbis siccantibus, uel suffitibus, vitiũ scilicet
rami, myrti, pomorũ, & aliorũ, quę exiccant, vt citri, limonũ, naranciorũ, cotoneorum fructus,
malorum punicorum, prunorũ etiam, & reliquorum istiusmodi. Suffitus quoq; ex aqua rosacea,
& aceto, in quibus bulliant sandali, frustrum citri, vel limonis, aliquid etiam cinnamomi, & id ge
nus multa. Quibus expositis, reliquum est, vt de symptomatibus, quę solent apparere, aliquid
dicamus: non quidẽ de illis, quę fuere tractata in lectionibus prioribus: vt sunt animi deliquia, ca
pitis dolor, & quæ eadẽ methodo curationis diximus esse tractanda : vt somnus vigilia, utraque
immodica, sitis, & id genus reliqua, quia satis possunt esse ea, quæ superius exposuimus. Sed de C
illis, quæ pręsertim sunt familiaria his febribus, & habent quandam priuatam & ipsa morborũ
rationem, & indicationẽ: sicuti sunt papulę, quę efflorescunt per cutim, carbunculi, bubones, pa-
rotides, vlcera oris, quę aphthę à græcis dicuntur, & frequentissima sunt in febribus, ut quasi pa-
thognomonica signa fuerint, tertio de Pręsag. ex pul. habita. Primum autem de papulis sermo-
nem instituamus; ut pote de quibus maior fuerit excitata à iunioribus nostris contentio. Qui-
dam enim sensere eam expulsionem, tanq̃ vtilem accipiendam, & adiuuandam, attrahentibus ni-
mirũ auxilijs ad superficiem materiam noxiam, quam natura expellere conatur. Vnde & frictio
nibus vtuntur, & cucurbitulis incisis scalpello, & sine etiam incisione. Alij verò his aduersantur,
& contendunt, potius quàm adiuuandum, hanc expulsionẽ prohibendam, & diuertendam esse:
propterea quia motus is symptomaticus est, factus à natura, quę multitudine aggrauata, & quali
tate irritata ad cutem simul bonos humores cum malis transmittit. Quare inferunt, quòd qui
cucurbitulas prius affigunt, apparentibus his papulis, mox verò eis incisis sanguinem detrahunt,
ægros se curaturos dum credunt, illos interficiunt. Id uerò ea ratone probare nituntur. pri-
mum quia in his non adest robur virium, vt possint sanguinis missionem perferre: sed & spiritus,
nec non & bonum sanguinem euacuant. Alij etiam addunt, quòd incisę cucurbitulę tenuem san- D
guinem vacuant, relicto crassiori, à quo maior fit obstructio. Sed hi multa ignorantiæ cali-
gine obsessi sunt, ut qui cortici nerborum duntaxat insistentes ad medullam rerũ nunquàm per-
ueniunt: neq; verã sententiam assequuntur. Verùm ne in his nimium dispendium temporis fa-
ciamus, cùm res hęc sit in nostris priuatis exercitationibus diffusè tractata, eam in præsentia bre
uibus perstringemus. Nam quòd frequenter expulsio hæc rationem potius critici motus ha-
beant, quàm symptomatis, inde apparet, quia multos uidemus illis apparentibus, liberos euasis
se. Sed quoniam, quæ referuntur ex probatorũ auctorum relatione magis, & ab alijs, præser-
tim verò proteruis accipiuntur, quàm ea, quæ nos uidisse testari possumus. (Monet.n. liuor plus
hoĩes, q̃ veritas.) Ideò Hipp. & Gal. auctoritatibus agemus. Hipp. itaq;, & qui eius sententiã p̃stan
tissimè oĩum tenuit; & assecutus est Gal. tres differẽtias motionũ, q̃bus noxios humores in mor
bis natura mouere solet, nouere: siue ad excretionẽ eos moueat: siue ad abscessum. Excretionẽ ipsi
appellant, qñ aut ad deiectiones alui insurgit: aut ad vrinã: aut ad sudores: aut ad sanguinis e-
ruptiones, uel per nares, uel per sedem, vel per menses. Abscessum autem propriè, quando ab
vna par-

A vna parte in aliam mouentur,& transferuntur humores,impellente prius natura.Quod bifariam interdum fieri potest.Interdum ad partem aliquam,& præcipuam:vt ad iecur,cerebrum,cor,pulmones,os ventriculi,septum transuersum. Aliquando verò ab internis,& principalibus , ad exteriores,& ignobiliores:quales sunt,cutis,adenes, vel glādulosæ partes,artus,& id genus alia.Prima ergo horum motuum differantia est,quando omnino rationē symptomatis habent, neque aliqua ex parte critici motus.& hi non modò non prodesse vllo modo possunt,verùm potius obsunt.Alia uerò differentia est,quando omnino critici sunt hi motus,& à natura fiunt, quæ deuicto iam morbo,& profligato,noxios humores expellit.& hi semper salutares,& boni . Quòd verò ita de his senserint hi auctores,facilè innumeris ferè eorum auctoritatibus possemus ostendere,& apertissimè,sed nobis vna satis sit:& quia clarior est Gal.ideò eum in præsentia testē citabimus. Quarto igitur Aphoris.ita ille inquit.Malæ excretiones prauorum affectuum sunt signa , & sæpe fiunt iuxta,atque in ulceribus putridis,è quibus effluunt ichores,qui nihil affectui prosunt: interdum tamen fiunt perinde, vt quando erupto abscessu,pus inde effluit;atque ita expurgatur affecta particula. Sed est & tertia differentia,quæ est inter media,quæ neque omnino est critica, neque omnino symptomatica est,sed potius iuuat,quàm noceat:& interdum per eam facta aliquantisper le- cō. 48

B nior natura,& morbo mitiori facto,in reliquum incumbens reliquo excrementitio humori,facilius ad concoctionem perducit.Et eodem,quo Gal.usus est in explicandis duobus excretionū differentijs extremis,exemplo vtamur & nos in hac tertia,& media exponenda:ab ipso tamen sumpto argumento,qui primo lib.de Differ.febr.hoc clarissimè explanauit , ubi dixit ab vlceribus aliquando pus effluere undequaque probum,& laudabile,album sanè,leue,& æquale, citra ullū grauem odorem. Aliquando uerò omnino putridum,fœtidum,& malo colore infectum . Et sicuti prius,quod probum est,efficitur omnino uincente natura,& natiuo calore.Ita alterum penitus, & ex toto natiuo calore superato,& euicto ab extraneo,& putrido.Interdum autem & pus effluit, tertio quodam,& medio statu, vel affectu:videlicet cùm non ex alterius absoluta uictoria ; sed ex utriusque veluti pugna,& neutro alterum penitus superante.Vnde in eo pure vtriusque apparēt manifesta inditia:nempe quæ,& actionem natiui,& actionem externi caloris ostendunt.Nā si fuerit pus album,non erit lene: uel si lene, non erit æquale:uel si æquale,erit male olens.Et istius tertiæ differentiæ(ut ibidem tradidit Galen.)magna est latitudo,& multi ordines,quatenus aliquando magis uincit natiuus,aliquādo magis extraneus:quæ & maioris,& minoris ratione innumeros potest ordines habere . Ita ergo in criticis motionibus,aliqui fiunt abscessus,aliquæ etiam excre- cap.6.

C tiones natura omnino uincēte,& profligante morbo:Aliquę fiunt natura uicta,& superata à multitudine,vel à malignitate morbi . Sicut in pestilentibus febribus fluxus colliquatiui , sudores frigidi circa frontem,& collum,& qui uires dissoluunt. Quod apertè declarauerunt Hippo. & Gal. tertio Epid.Commentariorum verò Gal.item tertio,ubi idem Gal.ita ait,Ipse enim Hippo.in præsenti sermone apertè ostendit,quòd tàm urinæ , quàm sudores , atque etiam uomitus , & quæ per aluum deijciuntur, nōn nunquam ratione symptomatis uacuantur,Sed apertius secundo lib. Commen.in primum Epid. ubi hæc literis tradidit , Has febres , de quibus sermo in præsentia habetur,sudores comitantur,qui nihil proderunt , neque etiam sunt signum bonum.Cuius causa in promptu est:hoc enim morbis crudis attribuimus.indicant autem aut humorum copiam aut uirium imbecillitatem.Sed hoc idem de his iudicijs ,quæ per abscessus fiunt, possemus innumeris ferè exemplis,& auctoritatibus ostendere.Nam in lib.de Rat.ciborum boni,uel mali succi in relatione pestis illius maximę,quæ famem, & magnā penuriam secuta est, ait relatis prius uarijs tuberculorum,& papularum modis,qui per cutem efflorescebant in ea peste, ait inquam, Atque hęc omnium placidissima erant,quibus per cutim efflorescentibus,uitiosus succus de uisceribus, pro fundoq; corporis exinaniretur : alijs uerò quibusdam carbunculi, & fagedenæ specie cum febre cō. 61 cō. 27 cap. 1.

D plurimos interfecere. Ecce quomodo priores abscessus per papulas efflorescentes criticæ expulsionis rationem habuere.Alteri per carbunculos tantum symptomatis.Verùm interdum bubones , carbunculique magis criticam,quàm symptomaticam rationem habent. Etenim longa obseruatione hoc cognitum est, ꝗ longè salubriores sunt pestes,in quibus plures extuberant bubones,& carbunculi,quàm in quibus unus tantum.Vnde & Turcæ,quibus solet sæpe pestis aggredi, iam rectè agi cùm ægrotante putant, cùm plures bubones exeunt . Sed & papulæ, quas refert idem Galen.secundo lib.Commentariorum in primum Epid.rationem tantum symptomatis habuere; ut pote apparentes, moxque euanescentes. Indicabant enim (ut ibi ipse explanat) naturā morbo quidem, quantum poterat, reluctantem eam propulsionem tentasse, sed illi tamen succubuisse, & ne quaquam potuisse resistere, sed potius sinentem materiam secedere introrsum ad membra principalia.Vnde ibi eas papulas non fuisse excernendis morbis ait Hippo. De aliis etiam abscessibus ad inguina factis, axillas, post aures, quid dicam, cùm omnibus hæc sint manifesta? Quotidie enim pestilentijs uidemus multos illis apparentibus, aut statim, aut paulò post mori. Sed quòd etiam fiunt motus quidam ægrotantibus, qui quasi medii sunt inter duos extremos, possumus ꝗ Com. 38.39.

plu-

plurimis exemplis,& auctoritatibus probare:sed probemus aliquibus,quæ citra vllam controuer A
Com. 11.19. cō.1.4. liam sunt,& primùm afferamus in istius theorematis testimonium morbos,quos turgentes appellauit,quasi per metaphoram Hippo.primo Apho.& quarto.In eis enim ait Gal.cùm superabundantes humores mouentur,nec dum in aliqua parte firmati sunt,tunc ad eos expellendos natura incitatur, & aliquo manum porrigente indiget,& hunc humorum motum ad aluum deducente Motus is naturæ humores agitantis,vt expellat.Neque enim illi sponte moueri possent; nisi à facultate expultrice membrorū mouerentur.Quod vbiq; apertè pronuntiat Gale.vbi de hac motus ratione verba facit:sicut octauo de Comp.med.per loc.vbi exponens verbum,turgere, ait, hoc est
cō.53. motus ad excretionem adducat.Sed clarius secundo lib.Com.in sextum Epid..ita loquit, Hippo. ait turgeat,atque ad excretionem humorum natura,quę animalia gubernat, incumbit.Profectò is motus non est omnino criticè expellentis naturę;quippe qui in initio morbi est , & ante concoctionem:neque omnino symptomaticè;quia nec salubris esse posset,neque vt causa, neque vt signum:quod apertè ostensum est superius ex Gal.Sed cùm sępe & salubris sit, & bonus, non possumus dicere,quod sit penitus rationem habens symptomatis. Quòd verò sit sępe salutaris,indicant & verba recitata superius:nempè quod natura in his adiuuante indigeat.& manum porrigente: at quę
cō.12. omnino sunt symptomata,non sunt iuuanda. At clarius etiam primo Prorrhet.vbi de hac eadem B
re habito sermone,ita scriptum reliquit,Dixit autem in principio; quia forsitan id alio tempore fieri nequeat. Nam frequenter in initiis videmus transmutationes fieri ; non autem cum inueterauerint morbi.Rationi verò consonum est,hoc euenire in affectibus,qui à multitudine,vel à qualitate vitiosorum humorum excitantur,dum aliàs in aliam feruntur partem :interdum quidem in principem aliquam translati: interdum in eas,quę principes non sunt.Vnde cùm ad principes transferuntur,vitiant morbi benignitatem. At cùm ad eas,quæ minimè principes,benignitatem demonstrant.Atque eo maximè tempore oportet medicum aggredi vacuationem noxiorum humorum. Ad hoc etiam caput pertinent omnes crises,quę imperfectę sunt.quia vel sine insigni aliqua concoctione præcedente: vel non indicatorio die factæ sunt;atque ideò neque integrè potuit morbus per eas iudicari.Vnde postea sequuntur recidiuæ,a quibus interdum ad interitum deducuntur ęgroti:interdum verò leuiores aliquantò per priores excretiones facti, deinde iterùm integrè iudicati sani euadunt.Taliū multa exempla proferre ex libris Epid.Hip.possumus;sed aliqua adducemus: reliqua vos ipsi ab illis libris petere poteritis.Primum autem legamus,quę de Hero
cō.20. phonte tertio lib.in primum Epid.scripsere Hippo.& Gal.qui cùm acuto,& ferè pernicioso morbo affligeretur,& intumuisset lien,octauo die detumuit lien,& cœpit inguine primum dolere se C
cundum lienē:mox verò translati sunt dolores in vtranque tibiam;vnde & noctem sequentem faciliorem habuit:& mox vrinæ magis coctę visę sunt:& postea nono die per sudorem iterum iudicatus est: verùm necdum integrè,quia neque dies aptus erat iudicationi integrę: neque ea adhuc cōcoctio apparuerat,quæ sufficeret : iterū deinde recidit in febrē,à qua ferè in quarta à recidiua integrè nocturno sudore est iudicatus.Et proculdubio,si vellemus etiam aliquos ægrotantes, qui tùm hoc primo, tùm etiam tertio Epid.lib.describuntur, persequi,idem,quod in hoc,ostenderemus: sed nimium temporis in hoc contereremus. At quędam de hoc primo ęgroto,qui euasit , dicamus: postea sermonem ad eos,quos obiisse dixit Hipp. conuertemus; vt his mutuò collatis demonstremus has omnes expulsiones,quæ per abscessum, uel per excretionem fiunt , & mediæ sunt inter eas,quę omnino symptomaticę ab his appellantur,& eas,quę omnino criticæ,semper si perdurent,neque cùm incęperint, mox retrocedere uitiosi humores permittantur,fiantque ad partes non pręcipuas,& nobiles,eiusmodi inquam motiones esse utiles ęgrotantibus,& eis aliquantò subleuati.
Cap.4 cō.19. Fiunt.n.hæc a natura (vt à Gal.in libello de Atra bile apertè expositum habemus : & in lib. de Cibis boni, vel mali succi:& tertio lib.Com.in primū Epid.)contendente cū morbo,& morbificis causis,& nitente expellere à venis,& internis nobilioribusq; particulis nocuos humores ad D
partes minus nobiles, vt est cutis, vel adenes, vel artus, aut ēt extra corpus, si pōt.Nā cū ad partes nobiles,& principales fiunt, nō à natura pugnante, sed à morbo vincente fiunt. Quòd aūt ita sit, quod uidelicet semper cum utilitate fiant hę transmutationes, ostendam exemplis euidentissimis ab eodē Hipp.petitis.Etenim exponens Gal. historiā Herophontis,& eorum,quæ illi cōtigerant,rónemque eorum referens in commentario,quę illi euenere octano die,ait,Tanti momenti fuit noxios, humores ad mas partes abscessisse,& mox aliquam apparuisse concoctionem, ut quasi primam occasionem salutis illius eum abscessum fuisse censuerit.In iis verò,qui etiam malè terminantur , non sine utilitate sæpe fieri eiusmodi motus,& repulsiones à natura contendente cum morbificis causis:quamuis tandem, uel ob nimiam copiam, uel ob insignem malitiam uincere nequeat ; sed
cō. 19. potius succumbere cogatur:ostendit in eodem libro historia Sileni ab Hippo.relata:quam explanans Gale. ait, quod mirum fuit,cur non in septima mortuus sit.id enim portendere uidebantur sæuissima symptomata,quibus afflictus fuit in tertia,& quarta die.Sed ex uirium robore potuit septimam superare.Et quia in octaua apparuerint papulę paruę,rotundę,rubentes,cum sudore,fa-

ctum

A factum est, vt natura ita reluctante morbo, propellenteque ad cutim superfluitatem malorum humorum, potuerit etiam nonam transire, & vsque ad vndecimam peruenire. Et nulli dubium est, quod si vel sponte, vel auxilio artis copiosior fuisset ea facta expulsio, longe melius res habuisset. Vnde cùm inferius historiam Critonis describeret Hippo. in quo doluit, ac intumuit pes, & nigrę papulę enim occuparunt: Gal. ait, quod naturę institutum erat, materiam noxiam procul à principalibus particulis protrudere, quam vniuersam cùm pars illa capere non posset, recedens ea ad internas partes hominem interfecit. Ac miratur, cur in hac re non attulerit auxilium Hippocr. per sectionem venę. Hoc etiam Gal. apertè primo libro Commentariorum in tertium Epid. explanans historiam illius, qui in Dealcis horto decumbebat, ait, quod nullum eorum symptomatum, quæ ibi referuntur, aliquid boni habebant, pręter abscessum, qui in lienem, & sinistrum pedem factus fuit. Ex his itaque declaratis tanquam corollarium quoddam hoc depromendum est, quod & certissimum est, si Hippo. decreta, itidem & Gal. sequamur: quod scilicet neque transmutationes illæ sunt à medico iuuandę, & fouendæ, quæ omnino, & penitus ratione symptomatis fiunt: & si aliquid in eis agere oporteat, medicum potius eas impedire, & reprimere oportet; pręsertim verò cùm uires deficiunt, uel si fiat impetus uersus membrum principale: neque illę, quę omnino criti- cò. 26.

cò. 23.

B cę; præsertim cùm integrę iudicare uidentur. Primum quidem uel ipsis Gal. verbis ostendere possumus, qui primo Apho. ait, Oportet itaque medicum naturę motum animaduertere, & si quidem idoneus fuerit, ei conuenit subministrare, & adminiculari. Si verò contrarius, & noxius prohibere, transferre, atque diuertere oportet. Alterum etiam Hippo. iuxta, ac Gal. apertè pronuntiauit eodem primo Aph. ubi ait, Quæ iudicantur & iudicata sunt integrè, neque mouere, neque nouare. Sed pręterea, quod motiones in morbis, quæ solum ratione symptomatis fiunt, non sint iuuandæ, insinuat Hippo. & Gal. secundo lib. in primum Epid. de pestilenti ea constitutione loquentes: ait. n. Hip. sudores mali, & adeò aberant, ut recrearent, vt etiam contra læderent. referens autem rationem, quod potius lęderent, quàm prodessent, quia inquit, summa eorum erat cruditas, & potius contingebant ex nimia humorum copia, uel ex multa uirium imbecillitate: ac potius quia natura non poterat eos regulare, & continere, quàm quod natura esset, quę sponte eos moueret. Vt hinc nemo non uideat, tales neque etiam iuuandos: cùm & ab eis magis uires deiicerentur. Apho. 21. Apho. 20.

Itaque solum ij, qui ad tertiam differentiam pertinent, iuuari debent: uidelicet, qui neque omnino critici sunt, neque omnino symptomatis ratione, sed medio quodam modo se habent. Quia motus naturę sunt fortioris quidem eatenus, & cum morbo contendentis, à multitudine autem

C vel mala qualitate coactæ, non expectata maturatione, nitentisque malam materiam ex parte saltem expellere; ut mox aliquantò facta leuior reliquum facilius possit coquere. Possumus autem id multis ostendere argumentis, depromptis ex varijs Hippo. & Gale. locis. Nam primum turgente materia, & ea motu exagitata, statim vacuandum esse pręcipiunt. Quoniam tùc naturam habemus vacuationi adminiculantem. Vnde in Com. uigesimiquinti Aph. primi Aph. ait Gal. melius est circa principia uacuare, quò minorem iam factam materiam facilius possit natura concoquere. Sed nec modò in turgentibus morbis, verùm et in illis, in quibus natura incipit quidē uacuare, (quanuis ante apparentem concoctionem) parcè tamen, & non quantum ipsa iuuari possit. vacuat, iuuare eam nos debere, si Hippo. & Gal. sequi uelimus, ostendunt ipsi tertio lib. Com. in primum Epid. in historia Metonis: qui cū grauissimè ægrotaret, ac è dextra nare cępisset, nulla ēt apparente coctione, sanguis, parcè tamen, fluere: & grauiter ille habebat. Vnde vt abundantius sanguis flueret, caput lauit: postea verò & frequenti fluxu sanguinis, & sudore integrè iudicatus est, ut nulla fit secuta recidiua. Et locum exponens Gal. ait, quod ea historia nos præsertim duo docet. Primum, quòd ad adiuuandum sanguinis profluuium è naribus balneum multum ualet. Deinde effectu comprobat, ueram eam esse sententiam aphoristicam primo Apho. Quæ ducere oportet, quò maxime natura uergit per loca conferentia, eò ducere. Lect: cxvj.

D Quo facile quis hos iuniores inscitiæ nomine damnet, qui quod critica non oīno sit expulsio, non esse iuuandā putant. respiciant quæso, an fluens ex Metonis naribus sanguis criticè fluxisse dici possit, qui inter initia ante ullam concoctionem apparentem fluxit. Sed huic & illud addamus: nonne & carbunculi, & bubones, & parotides, qui in pestilentibus febribus oīno apparent, eadē rōne extuberant, qua & papulę: natura uidelicet expellente uitiosos humores, quantò potest, longius ab internis uisceribus, & ante ullam cōcoctionem. Symptomatica ergo est ea expulsio: quam tamen omnes iuuare omni ope nituntur. Nam nullis repellentibus vtuntur, sed potius iis, quę exterius attrahunt, ita ut & scarificent, seu scalpello summas partes incidant. Vana igitur est horum oppositio. Sed & hoc adiiciamus, quod non possumus, non nisi de quibusdam mirari, qui omni ope contendunt, non esse affligendas, & incidendas cucurbitulas, eò quod papularum expulsio sit symptomatica, nec iuuanda. & tamen ipsi postea utuntur illinitione ab Aetio ex Herodoti sententia descripta, quę ex oleo, & aqua, & modico nitro paratur, cui uis est, trahendo materias ex profundo ad cutim, non permittere papulas retrocedere: atque ita cùm non esse iuuandam symptomaticam expulsionem contendant, mox ipsam iuuant.

Igitur

Igitur sibi ipsis non constant. Nam vel nullo modo iuuanda: vel si sit iuuanda, falsum est symptomaticum motum non esse iuuandum, neque animaduertunt antiquos auctores eam adiuuari voluisse. Cùm etiam aiunt, non esse illis per cucurbitulas sanguinem detrahendum; quia vires languidæ sunt: inepta satis est oppositio. Nemo enim nisi imperitus sanguinẽ mitteret languentibus viribus. Quòd si dicant, in omnibus vires languere. Falsa dicunt: cùm sæpe auctores uelint copiosum esse sanguinem laborantibus febre pestilenti mittendum, secta etiam vena. Sicuti miratur Gal. cur Hip. Critoni sanguinem non miserit. A quo oino abstinendũ esse potius dixissent, si sensissent vires esse languidas semper in his febribus. Immò græci omnes in curãdis carbunculis, cùm illi cum febre sunt, ad lipothymiam vsque mitti sanguinem volunt: qui tamen, vt nemini non notũ est, malignarũ febriũ comites esse solent. Sed cur in hoc laboramus, cùm superius probauerimus ex omnium probatorum auctorum sententia, sæpe in pestilentibus febribus esse venam secandam: quod remedium, & antiqui omnes, & Gal. pluris longè fecere, quatenus ad vires imbecillio res reddendas pertinet, quàm scarificationem. Vnde quando vires omnino languent, nihil aliud medico agendum est: nisi illis reficiendis incombendam, instaurandisque: neque solùm à scarificatione tunc abstinendum; sed & à clysteribus, ut Hipp. quarto de Rat. uict. in acut. mor. docuit. A

Cæterùm quod etiam postremo opponunt alij, nempe scarificationem in his fugiendam post cucurbitulas; propterea quia tantum tenuem partem vacuant sanguinis, relicta crassiori, vt deinde maior fiat obstructio: & falsum, & vanum est. Nam vbi sanguinis crassi tiem timemus, docuere, & Aetius ex Herodoti sentẽtia, item & Oribasius ex Apollonij, & Antili, quibus Gal. subscripsit in libello de Cucurb. hirudinibus, reuulsione, scarificatione, aut frictionibus, aut potu aquæ tepidæ ex spongijs, aut calfactione ex calidis linteis huic timori occurrere. Funditur enim sic sanguis, vt & pars crassior fusa fluat facilè, id quod obseruant chirurgi, qui hæc agunt; præsertim verò qui vulgò hic stuffarij à nobis appellantur. Alioquin enim, si hoc incommodum haberent scarificationes, essent fugiẽdæ in illis omnibus affectibus, in quibus præfati auctores in locis nuper citatis eas summoperelaudant. Nam si in magnis inflammationibus, in carbunculis, in mensiũ suppressionibus scarificatis partibus, tantum tenuior pars efflueret, & crassior magis obstrueret, lõge magis obessent, quàm prodissent. cùm tamen hoc habeant omnes pro saluberrimo remedio. Immò Oribasius loco nuper citato capite de scarificatione ait, se in ea pestilentia, quæ ea tempestate Asiam deuastauit, ope harum scarificationum liberum & incolumen euasisse, nec seipsum modò, verùm etiam alios multos. Sed de his satis. Nisi q̃ supersunt quædam dicenda de signis febris pestilentis, quæ consultò prętererieram, quia noueram vestrũ q̃ plures habere nostras illas exercitationes alias domi priuatim institutas. Quoniam verò à nonnullis requisitus fui, vt aliqua etiam de hac re proferam in medium: quanuis hic non sit eorum locus proprius; vt tamen illis tem gratam faciam, ea iterum hic exponam, sed de illis, quæ quoquomodo remota dici possunt, quàm proxima, sermonem non habebimus; quippe quæ potius causas febris pestilentis respiciunt, q̃ ipsam febris naturam. Et cùm causa febris pestilentis duplex sit: altera quidem ad genus efficiẽtis causæ pertinet: altera verò ad genus causæ materialis. prior enim dependet ab iis, quæ possunt calorem extraneũ accendere in corpore, qui vehementis putredinis sit opifex: altera ab iis, quæ corpus aptum, & pronum, & capax putredinis, & externi caloris reddunt. Cumque nihil sit, quod vim maiorẽ habeat afficiendi corpus, & ea, quæ in eo sunt, q̃ aer, vt qui per omnes partes permiscet, & cum omnibus commisceatur: Ideò pestilentiæ, & febrium pestilentium maxima causa est aer, cùm factus est alienus à sua natura. Potest verò aer transmutari, à constitutione, vel à tempestate, quæ eo tempore diuersa, & ferè contraria est temperamento naturali illius temporis: vt quãdo calida, & humida fuerit temporis constituto, neque rectè à ventris aer fuerit perspiratus, & veluti suffocatus, eo tempore, & pestilentes febres, atque adeò etiam pestilentiæ vagari solent. cuius exempla haberis primo, & tertio Epid. ab Hippo. Aerem etiam permutant & loca, vel regiones, vel naturali, & propria illius loci qualitate: vel noua, & ascititia. Naturali quidem sicut in locis, in quibus cœlum insalubre est, ut loca palustria, præsertim æstatis tempore; aut ubi sunt antra, aut voragines, à quibus pestilenti qualitate spiritus affecti spirant. Ascitia uerò, vbi aut propter bella, aut hominum incuriã putredines, uel cadauerum in humatorum, uel aliarum rerum multæ malum emittunt uaporem. Post aerem aquæ, quibus in potu, aut in coquendis cibis utimur, vim habent putredinem in humanis corporibus concitandi. Victus autem ratio pestilentibus febribus occasionem præstat, cũ ea seruatur, quæ humoribus generando sit, qui facilè, & plurimum putrescere possunt: vel ob quãtitatem, quam uincere non possit natiuus uentriculi calor: uel ob qualitatem: uel ob apparatum & condiendi rationem: uel ob ordinem: uel ob alios errores, qui ad obstructionem perduxerint: uel ob uenerem. Nam frequens & immodesta uenus uim plurimam habet ad pestilentes febres accendendas. Ad hæc ergo omnia respiciens medicus, coniectu tas poterit sibi comparare, quibus usus hoc saltem cognoscet, an possit febris esse pestilens. Quòd autem determinatè sit, tùm signa, quæ statim à substantia febris proximè accipiuntur, indicabunt: tum quæ à proprijs symptomatibus B C D

A matibus. A substantia febris signa sunt deprompta, quæ à modo febrilis caloris accepta sunt. Pestilentes enim febres omnes exterius non plurimum feruentes sunt, sed quasi tepidæ. quanuis eximia quædam sit in eis putredo: ea ratione, qua putredo aut in corde est, aut in vicinis partibus, ad quæ refugiunt sanguis, & spiritus: sicuti solent facere in magnis, & prauis earum partium affectibus: neque calor plurimus exterius potest expandi. Quod, & nono de Simp. med. & fac. & primo lib. Cō. in sextum Epid. docet Gal. interius tamen vel ipsi ægrotantes incendium magnum percipiunt, vt Cō.29 neque linteos ferre possint: vel si ipsi non percipiunt, vt in hecticis pestilentibus; signa tamen urentis caloris apparent, vt sunt fluxus colliquatiui, linguæ ariditas, & nigrities. Facilius aũt calor percipitur, applicata manu thoraci. cũ. n. circa cor sit fomes febris, ibi & maior, & acrior percipitur calor, vel statim eo tacto, vt in putridis: uel tandem diutius tangendo, vt in hecticis. Ex symptomatibus aũt cognoscuntur hæ febres. quia & si non videantur plurimum calere ægrotantes; sunt tamẽ plurimum anxii, & inquieti. Vnde dicebat Auic. sunt quietę exterius, turbantes interius. In eis maiora contingũt symptomata, q̃ pro rõne magnitudinis febris, vt deliria, appetitus, omnimoda prostratio, dolor capitis, linguæ ariditas, & nigrities, cuius comes interdum est vehemens sitis: interdum & hoc est pessimum signum, cùm licet arida lingua sit; se tamen non sitire aiunt; extincta videlicet ferè vi appetitrice oris ventriculi. In signis etiam istius febris sunt fluxus colliquatiui, liquidi,
B lenes, in quibus aut nigra, aut synceré biliosa deijciuntur, cũ vehementi fætore. Aliquando & respiratio fętens est, & redolens internam putredinem. Præterea aphthæ, hoc est vlcera sordida: interdũ nigra, quæ naturam erysipelatis, aut herpetis referunt, aut inflammationis. & hoc etiam maximũ est signum, quod ferè fallere nõ potest, vt sensit Gal. tertio de Præsag. ex pul. Vires etiam pulsus interdum statim, & sine vlla alia occasione cadunt, & languidæ fiunt: Interdum quanuis non videantur grauiter laborare, & cibum accommodatè accipiant: semper tamen & quotidie pulsus fiunt minores, & imbecilliores. Distinguitur autẽ hectica pestilens à putrida his imprimis. Quia sicut in aliis hecticis illi suum calorem multoties non percipiunt: Ita in his, vt sæpe neque febricitare, neque ęgrotare putent: quanuis in mortem proni sint, contendunt etiam se esse sanos, & assurgere nolunt. Immò cum (vt diximus) in his calor expandi non admodum possit, medici quoque vix cognoscunt, & percipiunt in eis calorem febrilem, ac non nisi illi, qui in his sunt exercitati. Facilius antè percipiet, qui diligenter thoracis partes contrectauerit. Nã q̃uis primo appulsu, non percipiatur calor acris: dum tamen tangendo perseuerat medicus videtur acris, quidam, & insuauis calor, quasi ex profundo emergere. At in putridis (vt diximus,) se interius vri fatentur. Præterea in hecticis sem-
C per febris ęqualis, & vniformis est, nullas accessionum varietates habens vel periodorũ: nisi si quãdo post cibum aliquantisper incalescat: Cùm tamen in putridis, si quis diligens alioquin sit, facilè percipiat aliquam periodorum rationem. Præterea verò in hecticis pestilentibus sępe & pulsus, & vrinę medicis imponunt; quia non videntur permutatæ à naturali suo statu. Nam pulsus æqualis videtur, & seruans naturalem suam velocitatem, & frequentiam. Cùm in putridis pestilentibus, ob id quia, & maior, & deterior est putredo, inęqualior, & maiorem diuersitatem seruet pulsus, quàm in aliis putridis, vt nullum videatur pondus, vel rhithmum seruare. Sed & vrinæ in putridis febribus, aut turbatę, aut liuidę, aut dilutę, & aquosæ, aut nigrę. In hecticis verò; quia febris illa non pertinet ad materias in uenis contentas: ferè semper suum naturalem statum seruant, vt aut nihil, aut parum à sanis varient. Et quamuis multa prętere à & alia ad hoc argumentum pertinentia afferri possent; quia tamen hæc etiam satis esse queunt: ideò hic demum consistere volumus.

FINIS

D

Series Cartharum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R.

Omnes ſunt terniones, præter R, qui eſt quaternio.

VENETIIS,

Apud Camillum, & Rutilium Borgominerios fratres.

M. D. LXXIIII.